14. Sequitur: et missum est ad me unum de seraphim et in manu sua habebat carbonem, quem forcipe acceperat de altari. et tetigit os meum et dixit: ecce tetigit hoc labia tua et auferet iniquitates
10 tuas et peccata tua circumpurgabit. secundum omnes editiones, quas supra exposuimus, siue duo testamenta intellegere uolueris siue aliquas apparitrices in caelestibus uirtutes siue in signum captiuitatis umbram quandam futurae ueritatis praefigurata, nunc accipe seraphim. nos, quia primam sen- 2
15 tentiam sequimur, euangelicum testamentum missum adserimus ad prophetam, quod habens in se utraque mandata, id est et sua et ueteris testamenti, ignitum sermonem dei duplici praeceptorum acie comprehendit et tactis labiis, quidquid fuerat ignorantiae, hoc, siquidem nos labia interpretamur imunda,
20 purgationis suae pepulit ueritate. hanc forcipem Iacob in scala 3

6 *Esai. 6, 6—7 17 cf. Prou. 30, 5 20 cf. Gen. 28, 12—13

1 non potest *W* non uidit *W* si non uidit (uidet *m2 B*) *cet.* 2 dic
L dum dicit *BS* 3 quem cum *LSD* quae cum *F*; *s. l. add.* enim *B* in
s. l. Σ expositionem *SD, F* (*m eras.*) huius *WS* 4 moysi *W*
moy(i)sen *cet.* 5 temperabimus *S, B* (*i ex a m2*) temperauimus *cet.*
6 Seq.] *s. l. m2 Σ, om. LW* missus *Ba.c.m2, S* me] *seq.* de
eras. F unus *S, FΣp.c.m2* de *s. l. m2 F* 8 acceperat *scripsi*
coll. p. 74, 12 sum(p)serat *LWS* sumpserant (*n eras.*) *B* tulerat *cet.*
tetigi *ΣB* 9 auferet *Σ* (*cf. supra p. 74, 13*) abstuli *ΣB* abstulit *W*
abstulit *cet.* 10 circumpurgabit *scripsi coll. p. 74, 14* purgabit *S*
purgauit *Σ* purgauit (*t eras. B*) *cet.* 11 quas] *seq. ex exp. F* duo
W, Bp.c. in duo *cet.* 12 apparitrices *W* ad(p)paritrices *cet.* 13 captiuitatis] *add.* futurae *S, B* (*in mg. m2*) uer. fut. *codd. praeter W*
14 accipies *D* 15 testimonium *D* 16 se] se ē (*eras.*) *Σ* se uisum
est *F* et sua *et]* ut *D* 17 ueteri *WD* 18 conpraehendet *W*
fuerat *LWB* fuerit *cet.* 20 purgatione *W* repulit *F* reppulit *BS*
populi tuae *W* ueritatem *FΣWD* puritate *S*

conspicit; hic est gladius bis acutus; haec duo minuta, quae mulier uidua mittit in dona dei; hic stater duos denarios habens, qui in ore piscis repertus pro domino et Petro redditur; hac duplici, quae unione retinetur, uirtute carbo comprehensus mittitur ad prophetam, quem et in centesimo nono decimo psalmo, cum propheta deum rogaret dicens: domine, libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa, et post interrogationem spiritus sancti: quid detur tibi aut quid adponatur tibi ad linguam dolosam? dictum esset: sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriiis, scimus prophetae esse concessum. uere quippe desolator carbo, qui linguam puram faciat a peccato, sermo diuinus est, de quo et in Esaia dicitur: habes carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium.

15. Et audiui uocem domini dicentis: quem mittam et quis ibit ad populum istum? et dixi: ecce ego, mitte me. et ait: uade et dic populo huic: aure audietis et non intellegitis. interrogantis sunt uerba domini, non iubentis, quem debeat mittere et quis

1 cf. Apoc. 1, 16 cf. Marc. 12, 41—44 etc. 2 cf. Matth. 17, 24—27 6 Ps. 119, 2 8 Ps. 119, 3 10 Ps. 119, 4 13 *Esai. 47, 14—15 15 *Esai. 6, 8—9

1 minuta] testamenta *FL, Sa.c.m.2* 2 mulier *om. B* uidua *om. DS* mittat *F'* dona] domum *S* 3 repperus *F' (corr.), L*
 4 hac *WBS* haec *cet.* duplici forcipe *BS* quae *s. l. Σ* unione *W* unionis *cet.* 5 et *LSDDB, om. cet.* CXVIIIImo *F' CXVIII*
LSD 6 deum rogare *B* dominum rog. *FΣ* rog. dominum *S* 7 au.
 meam] me *W* mean *s. l. B* alt. a *om. W* et—dolosam] *in mg.*
inf. m.2 Σ 8 sancti *LB, Wp.r.* sanctus *cet.* quid] qui *W* 9 tibi
om. B dictum est *SB, om. FDS* 10 desolatoris *B* 11 prophetiae
FLD, Sp.c. desolatur *F'* dissolator *L (dissolatorius m.2), Σ (ex dis-*
soluatur) 12 faciet *W* facit *FΣ* a *om. D* 13 est *om. F'* in
s. l. Σ esaye (*esaya m.2*) *B* 14 hii *Σ (corr.), DBS, om. W* ad-
 iutorio *W* 15 et] sequitur et *Σ* dicentis domine *F' (domini m.2),*
Σ (et s. l. domini) domini] *dm D, om. L* quem *ex qui m.2 F'*
 16 *pr. et]* aut *B* et dixi *s. l. Σ* 17 *alt. et om. W* 18 intellegitis
(corr.) FΣ, La.c.m.2 interrogandi *W*

sit iturus ad populum, cui facilis propheta respondit: ecce
 ego, mitte me et post pollicitationem iubetur, ut dicat: uade
 et dic populo huic: aure audietis et non intellegi-
 getis, et cernentes aspicietis et non uidebitis et
 5 cetera, quae ipsius prophetiae sermo contexit. audiui ego hoc 2
 in loco non paruam Hebraei mei disputationem, cuius pauca
 ponam, ut sensum hominis aduertat. aiebat: 'de Moysi et Esaia,
 quis melius fecerit, requiramus: utrumne Moyses, qui, cum a
 deo mitteretur ad populum, ait: precor, domine, non sum
 10 dignus et rursum: prouide alium, quem mittas, an
 Esaias, qui, cum non fuisset electus, ultro se obtulit dicens:
 ecce ego, mitte me. nec ignoro', dicebat, 'periculosum esse 3
 de sanctorum meritis disputare et aliquid uel minus uel plus
 adserere uelle de eo, quem dominus coronauit; sed quia ipse
 15 dixit: quaerite et inuenietis. pulsate et aperietur
 uobis, etiam nos, non ut de aliquo detrahamus, sed ut scrip-
 turae sensum scientes ad eius nos dirigamus exempla, debe-
 mus inquirere, quod potest facere quaestionem. qui Moysi', 4
 inquit, 'adsertor est, humilitatem eius praedicat et mansuetu-
 20 dinem, quod se indignum iudicans ministerio dei maior effectus
 sit; Esaias uero, quia ultro se obtulit, incipiens prophetare a
 maledictis coepit: aure audietis et non intellegetis, et
 cernentes aspicietis et non uidebitis. ob quod multa 5

1 Esai. 6, 8 2 *Esai. 6, 9 9 *Ex. 4, 10 10 *Ex. 4, 13
 12 Esai. 6, 8 15 Matth. 7, 7 etc. 22 *Esai. 6, 9

1 sit it. *BS* it. sit Σ iturus *cet.* facile *F* (e s. l. *m2*), Σ , *Bp.c.m2* re
 spondit *F* respondet ς 3 intellegitis *Fa.c.m2*, *LSD* 4 et cern.—uid. *om.* *W*
 5 contexit *W* contexit *cet.* in hoc *FLES* 7 ponat *D* agebat *W*
 moysi *W* moysen *B* moise *L* moyse *cet.* esaye (esaya *m2*) *B* 8 re-
 quir. quis m. fec. *S* utrum *F\Sigma* 10 praeuide *F\Sigma* 12 ne *W* 13 *pr.*
 uel *om.* *D* 14 disserere *F\Sigma DS* coronabit *L* 15 queritis (queretis
m2) *F* 16 non s. l. *D* *pr.* ut *W, B* (*in mg. m2*), *om.* *cet.* 17 diri-
 gamur *D* 18 qui *WB* quique *cet.* 19 adserto *F* est *om.* *F*
 humilitatis *D* et] ac *DS* et hac (hanc *m2*) *F* 20 affectus *W* 21 quia]
 qui in *W* qui ς 22 intellegitis *Fa.c.m2*, *LSD* 23 cern.—uid.]
cetera DS ob] hoc *W* quod inde ς multa] mala *S* multa
 mala ς

peressus et ab omni populo pro insano habitus, cum iterum
 ei uox diuina dixisset: clama, sciens, quid superiori facilitate
 se ipsum offerens pertulisset, non ait: ecce ego, mitte me,
 sed interrogauit, quid illud esset, quod clamare deberet: et
 6 dixi, ait: quid clamabo? cui simile est illud Hieremiae: 5
 accipe calicem uini meri huius de manu mea et
 potionabis omnes gentes, ad quas ego te mittam,
 et bibent et uoment et insanient et cadent a facie
 gladii, quem mittam in medio eorum. quod cum au-
 disset propheta, non rennuit, non secundum exemplum Moysi 10
 dixit: precor, domine, non sum dignus et: prouide
 alium, quem mittas, sed amator populi sui et putans, quia
 ex potu calicis inimicae gentes interficerentur et ruerent, cali-
 cem meri libenter accepit non intellegens in omnibus gentibus
 7 etiam Hierusalem comprehendi. denique inter ceteras nationes: 15
 et accepi, ait, calicem de manu domini et potionauit
 omnes gentes, ad quas misit me dominus, et Hie-
 rusalem et ciuitates Iuda et reges eius et principes
 eius ad ponendas eas in desolationem et in inuium et
 in sibilationem. pro qua prophetia, licet in plerisque codi- 20
 cibus ordo peruersus sit, quid etiam in alio loco dicat, au-
 sculta: seduxisti me, domine, et seductus sum; tenu-

2 Esai. 40, 6 3 Esai. 6, 8 5 Esai. 40, 6 6 *Hier. 32, 1—2 (25,
 15—16) 11 *Ex. 4, 10 *Ex. 4, 13 16 *Hier. 32, 3—4 (25, 17—18)
 22 *Hier. 20, 7

1 pop. suo *LΣ* pro] *s. l. Σ, om. L* habitus] abominabitur *F*
 2 ei eras. *L* quod *FΣD* 3 auferens *W* 4 planare *W* debuisset *Σ*
 5 dixi ait *WDS* dixit *FB* ait *LΣ* hieremie *W* in hieremia (*ihe- B*)
cet. 6 uini *W, om. cet.* 7 omn.] ad (*s. l. m2*) omnes *Σ* mittam te *Σ*
 8 uoment] bibentem tuo mentae *W* et (*ut S*) cadant *DS* a] in
Fac.m2 facie mea et *Σ* 9 earum *LD, Bp.c.m2* 10 *pr.* non
s. l. L 11 dicit *Σ* et] *exp. S, om. Σ* 13 *ex]* et *FD* inimici
 et *L* a calice *Σ* 14 accepit *DB* accepit *W* *excepit cet.* non *om. Σ*
 15 israhel *F* israhelem *LΣ* conpr. den.] conpraehendisse *F* denique]
 sed *L, Σ* (*in mg. at denique m2*) 16 accipe *H* 17 omne *W* et]
 ad *Σ* in *W* Hier.] israhelem *L* *isr†* (*in mg. at hierusalem m2*) *Σ*
 20 *pr.* in *om. DS* propheta *Σ* 21 sit peru. *Σ* etiam *W, om. cet.*

isti me et potuisti; factus sum in derisum, tota
 die egi in subsannatione. e contrario, qui adsertor est, 8
 dicebat, 'Esaiae, illa proferat: prophetam non tam suo merito
 quam misericordia dei confisum, postquam seraphim audierit:
 5 ecce tetigit hoc labia tua et auferet iniquitates
 tuas et peccata tua circumpurgabit, otio noluisse tor-
 pere et ultro in ministerium dei, quasi a peccatis liberum,
 zelo obtulisse se fidei. Moysen nero, quia saecularibus eruditus 9
 fuerit disciplinis et interfecto Aegypto conscientia eius aliqua
 10 ex parte sorduerit, unde et uox ad eum de rubo facta sit di-
 cens: ne accesseris huc. solue calciamentum de pedi-
 bus tuis; locus enim, in quo tu stas, terra sancta
 est, et scierit sibi aduersus magos, aduersum Pharaonem, pessimum
 regem, futurum esse certamen, se excusasse dicentem: precor,
 15 domine, non sum dignus, pro quo in Hebraeo legitur:
 non habeo labia circumcisa septuaginta interpretibus
 sensum potius quam uerbum de uerbo experimentibus. ex quo 10

5 *Esaï. 6, 7 9 cf. Ex. 2, 11—15 11 *Ex. 3, 5 14 *Ex. 4, 10

1 posuisti *WD* pauisti *S* sum *s. l. B* derisu *S* totam
 diem *S* 2 egi *W* exiui (iui *in ras. m2*) *B* exegi *cet.* subsannatione *F*
 subsannationem *cet.* e *W* et e *cet.* quia desertor est *L, 2m2 mg.*
 qui (quae *Σi.t.*) adsertorem *FD, Σi.t.* 3 isaiae (esaye *B*) dicebat *S, Bp.c m2*
 proferat *W* profert *BS* profert et *cet.* prophetā *W* propheta *cet.*
 sui *B, om. S* 4 confisum *W* confisus (*s. l. et m2 B*) *cet.* postquam
 a *BS* audierat *FBS* 5 tetigi *Σ* auferet *S* (cf. *supra p. 74, 13*),
 abstuli *ΣD* abstulit *cet.* 6 circumpurgabit *scripsi coll. p. 74, 14*
 purgabit *S* purgaui *Σ* purgauit *cet.* otium (otio *m2*) *B* otium *S* o
 si *F* noluisse torpori *Ba.c.m2* noluisse corpori *S* noluisset os aperire
 aperire (*sic*) *Σa.c.* noluisset os aperire *FL* 7 et] sed *S* ministerio
W, D (corr.) 8 se obt. fid. *FΣDB* se (*s. l.*) obtulisset fid. *L* fid. obt.
S moyses *Σ* qui *W* 9 fuerit *FD* fuerat *cet.* 10 sorduerit
scripsi sorduerat codd. ad eum] *s. l. m2 Σ, ex eundem m2 B* sit]
 est *W* 11 ne] non *B* huc] *s. l. add.* sed *B* calciamenta *codd. praeter W*
 12 tu *WB, om. cet.* 13 sciret *BS* magos et *BS* aduersus *codd.*
praeter WS pharaonem *codd. praeter W* reg. pess. *Σ* 14 se]
 sed *Σ* 15 dignus] *seq. in mg.* prouide alium *Bm2* 16 incircumcisa
Fp.c.m2Ba.c. 17 sensum] *s. l. m2 Σ, om. FLS* quam *WB, Σp.c.*
 quam dixi *cet.* ex sensu quam *S*

manifeste posse intellegi et Esaiam recte post circumcisa labia in dei se obtulisse ministerium et Moysen adhuc incircumcisis labiis tam grande ministerium recusasse'.

16. Aure audietis et non intellegitis, et cernentes aspicietis et non uidebitis. totus hic locus, sicut in euangelio saluator dicit, ad id pertinet tempus, quo ipse descendere dignatus ad terras signa Iudaeis non intellegentibus perpetravit.

- 2 Et quoniam usque ad finem capituli explanatio multiplex sequitur et excipientes iam impleuimus ceras, hucusque dictasse sufficiat, quia et oratio, quae non propriae manus stilo expolitur, cum per se inculta est, tum multo molestior fit, si taedium sui prolixitate congeminet, et oculorum dolore cruciati auribus tantum studemus et lingua.

4 *Esai. 6, 9 5 cf. Matth. 13, 14—15. Ioh. 12, 39—41. Act. 28, 25—27

1 posse] possed (possi [sic] m2) B, om. DS possit ζ et W, B (s. l.), om. cet. post] per W 2 my(i)sterium FL, Σ Ba.c.m2 moyses Σ (corr. m2), S 3 my(i) sterium FDL, Σ Ba.c. 4 intellegitis L Σ a.c.m2, D 6 salu. in eu. dic. DS salu. dic. in eu. ζ euangelium W 7 desc. dign. ad t. W dign. desc. ad t. D desc. ad t. dign. (add. est Σ) L Σ est desc. dign. ad t. B est desc. ad t. dignatur (dignatus m2) F dign. est ad t. desc. S signaque BS et signa ζ 9 explanatione D 10 excipientis FDS impleuimus W explicuimus cet. ceras WB ceteras DS cetera cet. ditasse Ba.c.m2 11 proprie W 12 per] s. l. m2 Σ , om. F tum multo] tumulto- WS tum] tunc m2 B tam D multo (o in ras. m2) B 13 tedio F et] ut ζ 14 studemus WB studeamus cet. et] in W

XVIII B.

AD DAMASUM.

1. (17.) Septuaginta: et missum est ad me unum de seraphim; Aquila et Theodotion: et uolauit ad me unum
 5 de seraphim; Symmachus: et uolauit ad me unus de seraphim. cotidie ad nos mittitur seraphim, cotidie ingemescentium atque dicentium: o miser ego, quoniam conpunctus sum, ora purgantur et, cum a peccatis fuerint liberati, praeparant se ministerio dei. quod autem ceteri interpretes
 10 pro 'missum esse' 'uolasse' dixerunt, intellege uelocem diuini sermonis aduentum super eos, qui digni societate illius iudicantur. in genere quoque diuersitas est. Septuaginta, Aquila et Theodotion seraphim neutro genere transtulerunt, Symmachus masculino. nec putandum sexum esse in uirtutibus dei,
 15 cum etiam ipse spiritus sanctus secundum proprietates linguae

3 *Esai. 6, 6 7 *Esai. 6, 5

F = Veronensis XVI. 14 s. IX.

L = Coloniensis 35 s. IX.

Σ = Turicensis Augiensis 41 s. IX.

D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.

B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

S = Vindobonensis lat. 746 s. XIII.

2 ad damasum *B* ad papam damasum de seraphym (-im, -in) et de calculo et de quis ibit nobis *FLE* ad damasum de seraphim et calculo *DS*; Hieronymi nomen exhibent tituli in omnibus codd. 3 Septuaginta *om.* *B* missus *BS* unus *BS* 4 seraphym *F* seraphin *DS* syraphin *L* theodocion *B* theudotion *LD* et uolauit—symmachus *Σ*, *om. codd.* 5 unus ad me *FLE* 6 seraphim *FB, Σp.c.m2* seraphin *cet. (sic fere saepius)* mitt. ad nos *B* ingemiscentium *S* ut (*eras. Σ*) gemescentium *FΣ* 7 o miser ego] omis ergo *D* 9 praeparant se *Σ* praeparantur *B* misterio *D* misterio *B(corr.)* in ministerio *S* 10 pro missum *LD, Σi.t.* per missum *F* praemissum *B* praetermissum *Σ mg. m2* praedictum *S* esse *Σ mg. m2* est *Σi.t.* dixerint *Σ*; *seq. ras. 8—9 litt. Σ* 11 societati *Ba.c.m2* iudicantur] *in ras. m2 B* 13 et *om. Σ* theudotion *LD* symachus *F* simmachus *L, Σ (mm ex m)*, simachus *S* simmacus *B* 14 dei *exp. Σ* 15 proprietatis *L, Σa.c.m2*, *D* proprietatem *DS*

Hebraeae feminino genere proferatur 'ruach', Graece neutro
 3 τὸ πνεῦμα, Latine masculino 'spiritus'. ex quo intellegendum
 est, quando de superioribus disputatur et masculinum aliquid
 seu femininum ponitur, non tam sexum significari, quam idioma
 sonare linguae; siquidem ipse deus inuisibilis et incorruptibilis 5
 omnibus paene linguis profertur genere masculino, et cum in
 4 eum non cadat sexus. illorum quoque, pius licet, attamen
 coarguendus error, qui in orationibus et oblationibus suis au-
 dent dicere: 'qui sedes super cherubim et seraphim'. nam et
 super cherubim scriptum est sedere deum, ut ibi: qui sedes 10
 super cherubim, ostendere, super seraphim uero sedere
 deum nulla scriptura commemorat, et ne ipsa quidem seraphim
 circa deum stantia excepto praesenti loco in scripturis omni-
 bus inuenimus.

2. (18.) Septuaginta: et in manu habebat carbonem, 15
 quem forcipe acceperat de altari, et tetigit os
 meum; Aquila: et in manu eius calculus in forcipe,
 quem acceperat de altari, et tetigit os meum; Theo-
 dotion: et in manu eius calculus in forcipe, quem
 acceperat de altari, et tetigit os meum; Symmachus: 20
 et in manu eius calculus in forcipibus, quem sump-
 2 serat de altari, et detulit ad os meum. quantum ad

10 *Ps. 79, 2 15 *Esai. 6, 6—7

1 proferatur *F, B* (feratur *in ras. m2*), *S* prof(ph)etatur *L, Sa.c.m2*,
D ruach *S* rua *D* ruha *B* sua *L, eras. Σ, om. F* graece] siue graece
F genere *S* 2 τὸ πνεῦμα] TOTINEYMA *S* TWIHEYMA *B* totineuma *L*
 toti (*eras. Σ*) pneuma *FΣ* 4 sexu *D* 6 praefertur *LΣ* et] *exp. Σ,*
om. B 8 coarguendus (quo arguendus *B*) est *BS* 9 sedet *ς* cheru-
 bim *FΣ* cyrubin *L* cherubin *cet.* 10 cherubim *S, cet. uariant* sed.
 deum *scr. e. ς* ibi] ubi *B* sedet *B* 11 ostenderet *D* uero *om. B*
 12 nec *DS, Sp.c.m2* 13 instantia (*ras. corr.*) *LB* in script.] script.
 sanctis *ς* 16 quem] que *D* de forcipe *LD* 17 aquila et theodotion *F*
 18 et—meum *in mg. Σ* Theodotion—os meum *om. ς* teodocion *B, Σ*
 (*corr. theodocio*) theudotion *LD* 19 quem—os meum *in ras. m2 B*
 22 et *s. l. Σ* detulit eum *LB* ad os meum *in ras. m2 B* quan-
 tum] *in mg. et in ras. m2 B*

historiam pertinet, uidetur deus sedere in templo Hierusalem et ante eum de altari secundum Septuaginta ad Esaiam carbo deferri, de altari uero incensi siue holocaustorum. quantum autem ad mysticos intellectus, ille eis ignis mittitur, quem Hieremias
 5 ferre non poterat, qui, cum animae nostrae arcana penetrarit, ita nos dissoluit, ita a ueteri homine in nouum excoquit, ut in illam uocem possimus erumpere: uiuo autem iam non ego, sed gratia dei, quae in me est. forcipes quoque
 3 secundum interpretes ceteros, licet in sacerdotali semper sup-
 10 plectile fuerint. diuersas gratias debemus accipere, quibus multifarie et multis modis olim deus patribus nostris locutus est in prophetis. quia in Hebraeo pro ‘carbone’ ‘calculus’ legitur ceteris quoque super hoc consonantibus, uidetur mihi sermo diuinus calculi appellatione signari. sicut enim calculus genus
 15 est lapidis durissimi et rotundi et omni puritate leuissimi, ita sermo dei, qui neque hereticorum neque omnium aduersariorum potest contradictionibus cedere, calculus dicitur. de hoc cal-
 4 culo Sephora filium circumcidit et Iesus populum purgat a uitiiis; et in Apocalypsi dominus pollicetur uincentibus, ut
 20 accipiant calculum et scribatur super eum nomen nouum. uidentur autem mihi et Septuaginta in eo, quod ἄνθρακx transtulerunt, idem sensisse, quod ceteri; ἄνθραξ quippe, quem nos carbunculum interpretamur, genus lapidis fulgidi atque lucentis,

4 cf. Hier. 20, 9 6 cf. Col. 3, 9—10 7 Gal. 2, 20 et *I Cor. 15, 10
 11 cf. Hebr. 1, 1 17 cf. Ex. 4, 25 18 cf. Ioh. 15, 3 19 cf. Apoc. 2, 17

1 Hier.] israhelem *L* 2 carbonem (*corr.*) *B* 3 altare *F* uero *s. l. m2 B* 4 eis] *sc. mysticis intellectibus (abl.)*, ei *Bp.r.ς* 5 qui] quin *L* arcana *L* archana *cet.* penetraret *F* penetrarat *ς* 6 ita a] ita *D,ς(corr.)* et ita *B* ueterem hominem *B* excoquet *F,ςp.c.* exquoquit *LB* 8 quae *ex* qui *ς* 9 licet qui *B* 11 loc. est patr. n. *B* 13 mihi *s. l. m2 F* 14 enim] *s. l. ς, om. L* 15 puritate *ςi.t.* parte *ςmg.m2* leuissimi *BS* lenissimi *cet.* 18 sephora *L* filium *LB* suum filium *D* filium suum *cet.* purgavit *ς* 19 apocalypsin *B* apocalypsis *D* 20 accipiat *D* uidentur *Bp.c.m2ς* 21 ἄνθρακx *ς* antea *codd.* 22 ἄνθραξ *ς* amrā ubix *F* amrāybx *L* ANTPAYNX (*in ras. m2, fuit *****ix*) *ς* ANTPAYHX *D* antrahyx *B* atipayx *S* quippe *s. l. L* 23 genus est *ς* lucentis] nitentis *ς*

5 quem etiam in duodecim lapidibus inuenimus. siue igitur cal-
 culum siue carbunculum lapidem accipimus, in calculo diuini
 sermonis ueritas et rigor, in carbunculo lucens doctrina et
 manifesta monstratur; eloquia enim domini eloquia casta,
 argentum igne probatum terrae, purgatum septu- 5
 plum et alibi: mandatum domini lucidum, inlumi-
 6 nans oculos. quod autem ait: in manu habebat car-
 bonem, manum intellegamus operationem, ut ibi: in manu
 linguae mors et uita et in psalmo: cadent in manu
 gladii. aut certe uere manus apparuit, ut per similitudinem 10
 humanae formae, dum manus cernitur porrigentis, propheta
 non timeat; iuxta quod et ipsum deum et angelos in humanas
 uidimus mutasse formas, ut metus uidentibus demeretur.

3. (19.) Septuaginta: et dixit: ecce tetigit hoc labia 15
 tua et auferet iniquitates tuas et peccata tua cir-
 cumpurgabit; Aquila: ecce tetigit hoc labia tua et
 recedet iniquitas tua et peccatum tuum propitia-
 2 bitur; ceteri interpretes in Aquilae uerba consentiunt. primum
 necesse est, ut labia nostra tangantur; deinde, cum tacta fuerint,
 fugetur iniquitas et, cum iniquitas fuerit effugata, propitiatur 20
 dominus, quia apud ipsum est propitiatio et secundum apo-
 stolum ipse est propitiatio pro peccatis nostris.
 purgatis autem peccatis nostris audibimus uocem domini dicen-

1 cf. Ex. 28, 18, 39, 11 4 *Ps. 11, 7 6 *Ps. 18, 9 7 *Esai.
 6, 6 8 *Prou. 18, 21 9 *Ps. 62, 11 14 *Esai. 6, 7 21 cf. Ps.
 129, 4 22 I Ioh. 2, 2

1 in s. l. m2 Σ 3 uarietas Σ (ex ueritas), FS 5 terrae] eras. B,
 om. cet. purgatum in mg. m2 Σ septuplo L 8 manum] manus BS
 manuum Σ intellegimus Σp.c.m2 ut ibi] alibi F 9 manus B
 10 uere om. D ut om. B 13 se mutasse Σ 14 tetigi Σ (ex tegi), S
 15 aufert F (ex aufet), BS auferer D iniquitas (corr.) F circum-
 purgabit scripsi (cf. supra p. 74, 14) purgabit Σ purgavit B purgat cet.
 16 tetigi ΣS hoc] hic Σ 18 consentiant L 19 nostra s. l. B
 tangant F contingantur (i ex a) Σ 20 et om. LΣ fugata B 21 est]
 et D tu (exp.) et F 23 purgati B audibimus scripsi audiuius
 FL audieuimus B audiemus cet.

tis: quem mittam? et respondebimus: ecce ego, mitte me.

4. (20.) Septuaginta: et audiui uocem domini dicentis: quem mittam et quis ibit ad populum istum?
 5 Aquila, Theodotion et Symmachus: et audiui uocem domini dicentis: quem mittam et quis ibit nobis? de comparatione Esaiæ et Moysi, quomodo alius ministerium recusarit, alius ultro se offerens dura perpessus sit, in alio loco disputauius. sed ne uideremur aliquid praeterisse eorum, 2
 10 quas Iudæi uocant δευτερωσαις et in quibus uniuersam scientiam ponunt, nunc breuiter illud adtingimus, quare in Hebraeo sit positum: et quis ibit nobis? sicut enim in Genesi dicitur: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, ita et hic puto dictum: quis ibit nobis?
 15 'nobis' autem quibus aliis aestimandum est, nisi patri et filio et spiritui sancto, quibus uadit, quicumque eorum obsequitur uoluntati? et in eo quidem, quod unius loquentis persona proponitur, diuinitatis est unitas; in eo uero, quod dicitur 'nobis', personarum diuersitas indicatur. legimus in Canticis Canticorum
 20 uocem sponsi dicentis ad sponsam: surge, ueni, proxima mea, sponsa mea, columba mea, quia ecce hiems transiit, pluuia abiit sibi. quando enim anima in cogitationum tranquillitate consedit, quando supra petram fundata

1 Esai. 6, 8 Esai. 6, 8 3 Esai. 6, 8 13 Gen. 1, 26 20 *Cant. 2, 10—11 23 cf. Matth. 7, 24—25 etc.

1 respondebimus BS -demus cet. 4 et] aut FΣB 5 aquila et ΣBS et audiui—dicentis s. l. B 6 et] aut FΣB nobis] seq. ras. 6 litt. Σ 8 recusaret FΣ, Ba.c. recusauerit S 9 sed] s. l. Σ, om. L uideamur S eor. praet. Σ earum S 10 quas] quos (quae m.2) B uoc. deuterosis L, Σa.c.B uoc. deuteron uel deuterosis FS, Σp.c. deuteron uoc. deuterosis D 11 illud s. l. L attingamus S 14 et s. l. L puto s. l. m.2 F et quis S 15 extimandum B extimandus D 18 est LΣ et cet. unitatis S, Fp.c.m.2 unitatis est B 19 canticis] cantica L, Σ (corr.), B 20 dicentis om. B sponsam] sponsa D ueni om. D 21 sponsa] speciosa S 22 habiit Σ (corr.), B cogitatione tranquillitatem codd. praeter BS 23 consedit S consistit B consentit (s. l. Σ) cet. sentit S

est et fides eius alta radice fixa est, uniuersi temptationum fluctus sibi pertranseunt et ei non pertranseunt, qui temptatur. 4 notandum autem, quomodo ad id, quod dominus dixerat: quem mittam et quis ibit nobis? propheta ex parte responderit: ecce ego. mitte me et de sequenti tacuerit intellegens nul- 5 lum hominum dignum esse, qui deo pergeret et omne iter suum eius faceret esse, qui mitteret. quam humilitatem dominus aduertens, quod se secundis putaret indignum, imperauit sequentia dicens: uade.

5. (21.) Septuaginta: et dixi: ecce ego sum, mitte me; 10 Aquila et Theodotion: ecce adsum, mitte me; Symmachus: ecce, mitte me. deus, qui uocauit ea, quae non sunt, quasi sint, et qui dixit: ego sum, qui sum, et alibi: qui est, misit me, quosecumque uocauerit, statim facit subsistere, 2 quoniam omnia, quae absque eo sunt, non sunt. unde propheta 15 purgatus a uitiis ausus est dicere: ecce ego sum, licet in Latinis codicibus propter interpretum uarietatem 'sum' non sit adpositum. quidam obseruandum putant, ad quos prophetas 'mittentis' aut 'missi' sermo dicatur, quod est Graece 'apostolus', et hanc esse differentiam uolunt, ut, quicumque mit- 20 tantur, et prophetae sint pariter et apostoli, ad quos uero mittentis sermo non ponitur, tantum prophetae sint; quod ego

3 Esai. 6, 8 5 Esai. 6, 8 9 Esai. 6, 9 10 Esai. 6, 8 12 cf. Rom. 4, 17 13 Ex. 3, 14 Ex. 3, 14

3 not. est B 4 responderet $\Sigma p. c. m. 2$ respondit B 6 hominem LZ 7 fac. eius B eius om. D 8 se] s. l. add. de m2 Σ secundum F sequendi (quendi in ras. m2) B portaret F. Σ (corr.) indignum s. l. m2 Σ 10 dixi ΣB dixit cet. sum om. D mitete D 12 uocat Bp. c. m. 2 Σ 13 pr. qui s. l. Σ 14 me] seq. ras. 5 litt. Σ subsistere] add. quae (quod ς) satis daret (claret ς) exemplis in uiuente matheo (ex mateo B, matthaeo ς) euangelista et (et in ς) lazaro IIII (quatruiduano ς) iam mortuo qui (ex quia B) statim ut sunt uocati a domino et ille sepulchrum auaritia reliquid(t) et ille suete (iste suae ς) mortis B ς 16 in s. l. Σ 17 uarietate L 18 appositum BS putans D prophetas FL, ΣB (ex propheta m2) 20 uoluit F, eras. Σ , om. S ut] et L 21 pr. et om. Σ pariter s. l. Σ 22 ponitur] sponte D

superfluum puto. et quia semel ad tractatum istius uocabuli ³
uenimus, sciendum 'Silam', collegam Pauli, lingua Hebraea 'apo-
stolum' dici, qui cum eo nonnullas epistulas scribit; et uitiose
'Siluanus' legitur pro 'Sila', cum Siluanum in apostolorum Acti-
⁵ bus non legimus.

XIX.

EPISTULA DAMASI AD HIERONYMUM.

Dilectissimo filio Hieronymo Damasus episcopus in domino salutem.

¹⁰ Commentaria cum legerem Graeco Latinoque sermone in euangeliorum interpretatione a nostris, id est orthodoxis, uiris olim ac nuper scripta de eo, quod legitur: osanna filio Dauid, non solum diuersa, sed etiam contraria sibimet proferrunt. dilectionis tuae ardenti illo strenuitatis ingenio abscisis

3 cf. I Thess. 1, 1 4 cf. Act. cap. 15—18 passim 12 Matth. 21, 9

1 superfluo *F* puto *om. L* ad tractum (*corr.*) *F* attractatum *B*
2 silam Σ sileam *FB* scileam (*c exp.*) *S* syleam *LD* 3 scripsit *B*
4 siluanum *S* siluani *D* sila Σ silea *LBS* sileã *D* sylea *F* actis ζ
5 legerimus *S* legamus *Bp.c.m.2c*

A = *Berolinensis* lat. 17 s. IX.

Σ = *Turicensis Augiensis* 41 s. IX.

\mathfrak{B} = *Caroliruhensis Augiensis* 105 s. IX—X (*praebet duo apographa* [fol. 41^v in *mg. inf.* (= \mathfrak{B}^1) et fol. 47^{r-v} in *mg.* (= \mathfrak{B}^2)], *quorum consensus* = \mathfrak{B}).

D = *Vaticanus* lat. 355 + 356 s. IX—X.

M = *Coloniensis* 60 s. IX—X.

v = *Vindobonensis* lat. 690 s. X in *schedula postea inserta* s. XII.

7 item damasi ad hieronimum *A* epistola damasi papae ad hieronimum ΣM damas hier \mathfrak{B}^2 item damasus hieronimo *D* epistola damasi papae ad hieronimum presbiterum III. capitulum *v*; *titulo caret* \mathfrak{B}^1
8 hieronimo *codd.* in domino s. l. Σ 11 est ab \mathfrak{B}^1 12 ac] a \mathfrak{B}^2
conscripta *v* 13 sibim. contr. *v* contrario *D* 14 tuae est ut ζ
illo tuae $\mathfrak{B}^1 v$ strennuitatis *v* studium etatis *D* abscissis \mathfrak{B}^1 (*corr.*), ζ

opinionibus ambiguitatibusque subplosis, quid se habeat apud Hebraeos, uiuo sensu scribas, ut de hoc, sicut et de multis, tibi curae nostrae in Christo Iesu gratias referant.

XX.

AD DAMASUM.

1. Multi super hoc sermone diuersa finxerunt, e quibus noster Hilarius in commentariis Mathei ita posuit: 'osanna' Hebraico sermone significatur 'redemptio domus Dauid'. primum 'redemptio' lingua Hebraea 'pheduth' interpretatur, deinde 'domus' 'beth', 'dauid' uero in hoc loco non esse nomen insertum omnibus patet. alii opinati sunt 'osanna' 'gloriam' dici — porro 'gloria' 'chabod' appellatur —, nonnulli 'gratiam', cum 'gratia' 'thoda' siue 'anna' nuncupetur.

2. Restat ergo, ut omissis opinionum riuulis ad ipsum fon-

7 Hilarius, comm. Matth. 21, 3

1 ambiguitatibus v habeant M 2 uiuus sensu B¹ uiuus sensus b
scribe Z ut] ut et c multis aliis Z 3 gratiae referantur Z

L = Coloniensis 35 s. IX.

Z = Turicensis Augiensis 41 s. IX.

W = Parisinus lat. 1868 s. IX.

B = Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.

D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.

B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

5 ad papam damasum de osanna LD ad damasum episcopum de eo quod scriptum est ossanna (sic) in excelsis W ad damasum (papam add. B) de osanna in excelsis BB ad haec hieronimus Z; Hieronymi nomen exhibent tituli in codd. praeter W 6 uerbo W ex L 7 matthaei c ita s. l. m2 B osianna B ossanna W Hebr. s.] hebraicus sermo est B hebreico LWD ebreico (ebraico m2) B 8 significat Sa.c.m2 redemptio] add. m2 Z 9 pheduth Martianaeus ephot LD ephoto B, B (ex ephoto) ephod Z epud W 10 dein Z bethi D 11 osianna B ossanna WD 12 chabod c chaboth W gaboth Z caboth cet. appellatur] seq. in mg. add. an m2 B nonnullis Bp.c.m2 gratiam] gratia (gloria m2) B cum gratia del. m2 B 13 anna idem quod Hebr. channah; sed auina con. D. H. Mueller nuncupatur L, Bp.c.m2, B (-antur m2 14 ergo] igitur W ridiculis W

tem, unde ab euangelistis sumptum est, recurramus. nam quomodo illud neque in Graecis neque in Latinis codicibus possumus inuenire: ut conpleretur id, quod dictum est per prophetas: quoniam Nazaraeus uocabitur, et illud: ex Aegypto uocaui filium meum, ita et nunc ex Hebraeis codicibus ueritas exprimenda est, unde in hanc uocem uulgus et maxime consona inter se paruulorum turba proruperit dicente Matheo: turbae autem, quae praecedebant et quae sequebantur, clamabant dicentes: osanna filio Dauid; benedictus, qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis. Marcus uero ita posuit: clamabant dicentes: osanna, benedictus, qui uenit in nomine domini; benedictum, quod uenit in nomine domini, regnum patris nostri Dauid, osanna in excelsis. Iohannes quoque pari uoce consentit: et clamabant: osanna, benedictus, qui uenit in nomine domini, rex Israhel. solus Lucas uerbum 'osanna' non posuit in reliqua interpretationis parte consentiens: benedictus, qui uenit rex in nomine domini, pax in caelo et gloria in excelsis. igitur, ut diximus, ipsa Hebraea uerba ponenda sunt et omnium interpretum opinio digerenda, quo facilius, quid super hoc sentiendum sit, ex retractatione cunctorum ipse sibi lector inueniat.

3 *Matth. 2, 23 5 Matth. 2, 15. Os. 11, 1 8 *Matth. 21, 9
11 *Marc. 11, 9—10 15 Ioh. 12, 13 18 Luc. 19, 38

1 nam *L in mg.* 3 id] illud \mathfrak{B} 4 quoniam] qua *W nazaraeus D nazaraeos W nazareus cet.* 5 *alt. ex WB in cet.* 6 uulg. uoc. *B* 7 inter se (*corr. in terra*) inter se *W* 8 praecedebat (*corr.*) ΣW 9 quae *om. B osanna $\Sigma, La. c. \mathfrak{B} p. r.$ ossanna W osianna cet.* 11 osanna $L\Sigma$ ossanna *W osianna cet.* Marcus—14 excelsis *om. W clam. dic.] s. l. m2 $\Sigma, om. L$* 12 osanna $L\Sigma$ osianna (-y- *D*) *cet.* 13 in nom. dom.] *spatium uacuum in Σ* 14 osanna $L\Sigma$ osianna (-y- *D*) *cet.* 15 quoque] uero ζ uoci *W osanna La. c. Σ ossanna W osianna cet.* 17 hoc (*exp.*) uerbum *L osanna L\Sigma ossanna W usianna B osianna cet.* 19 in nom. dom. rex Σ rex *s. l. m2 \mathfrak{B}* 20 uerba hebraea ζ pones ponenda *L nobis (in ras. m2) ponenda Σ* 22 retractatione $\Sigma a. c. m2$ 23 lector] *add. qui sequitur (del. m2) B*

3. In centesimo septimo decimo psalmo, ubi nos legimus: o domine, saluum [me] fac, o domine, bene prospera; benedictus, qui uenit in nomine domini, in Hebraeo legitur: anna adonai, osianna, anna adonai, aslianna; baruch abba basem adonai. quod Aquila, Symmachus, Theodotion et quinta editio, ne quid in Latino mutare uideamur, ita exprimunt: ὦ δὴ κύριε, σῶσον δὴ, ὦ δὴ κύριε, εὐλόγησον δὴ· εὐλογητός ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. sola sexta editio cum interpretibus septuaginta ita congruit, ut, ubi ceteri posuerunt ὦ δὴ, illa scripserit ὦ. et quia 'osianna', quod nos corrupte propter ignorantiam dicimus 'osanna', 'saluifica' siue 'saluum fac' exprimatur, omnium interpretatione signatum est; nunc illud in cura est, quid sine adiectione saluandi solus 'anna' sermo significet. sciendumque, quia in hoc loco ter dicatur 'anna'; et primum quidem ac secundum eisdem litteris scribitur, aleph, nun, he, tertium uero heth, nun, he. Symmachus igitur, qui in centesimo septimo decimo psalmo cum omnium interpretatione consenserat, ut nobis manifestiorem tribueret intellectum, in centesimo quinto decimo psalmo,

2 *Ps. 117, 25—26

1 CXIII D 2 me *seclusi* (cf. *infra* p. 107, 21. 109, 14. 17) prospera L \mathfrak{B} prosperare *cet.* 4 legimus B *pr.* adonay \mathfrak{B} DB osyanna D osienna W *alt.* adonay DB aslianna W asliena L \mathfrak{B} D asly enna B asaliena (aslyena m2) Σ 5 baruch WB baruc *cet.* basem ζ basen L Σ \mathfrak{B} D bizten B sen W adonay B 6 theodocio Σ theodotion LD thendocio W latinum B 7 ita s. l. Σ *pr. et tert.* δὴ ζ Δ E DB AE (A) L AN W CH Σ \mathfrak{B} *alt. et quart.* δὴ ζ Δ E DB AE L AN W Δ EI Σ \mathfrak{B} *alt.* ὦ δὴ *om.* B 8 ΕΥΘΑΩCON W ΕΥΘΑΟCON \mathfrak{B} ΕΥΘΑΟΝ Σ ΕΥΘΑΩΤΟΝ L ΕΥδΑΩΤΝ D ΕΥQIΩΤΩΝ B εὐλογητός *scripsi* ΕΥΑΟΣΗΤΟC W ΝΑΟΗΤΟC L ΝΑΟΗΤΟC D ΝΑΟΤΗΤΩC B ΕΥΛΟΓΕΙΜΕΝΟC Σ \mathfrak{B} εὐλογημένος ζ δ] ω E B ἐρχόμενος *et ὀνόματι uarie scripta in codd.* sextae W 9 ita *om.* W ut WDB, *om. cet.* 10 δὴ ζ Δ E Σ DB AE L \mathfrak{B} AN W illi scripserint (scripserunt L Σ D) L Σ \mathfrak{B} D *alt.* ὦ] tu W sianna (*corr.*) B osyanna D osienna W 11 osianna (i *eras.*) L \mathfrak{B} ossanna W o-sanna B salui*ifica L id est saluifica Σ siue] uel L Σ 12 saluum me \mathfrak{B} exprimitur B 13 cura] causa W 14 significet] *add.* V L quod ζ 15 iisdem ζ 16 ALEF B alep L aleb Σ nun] num WD he] hem W heth] he ζ nun] num WD he] hem W 18 manifestire W 19 cent. quinto dec. WB CXV *cet.* cent. dec. quarto ζ (*Hier. ipse errauit*)

ubi dicitur: o domine, libera animam meam, ita interpretatus est: obsecro, domine, libera animam meam. ubi autem Septuaginta ω et ille 'obsecro' transtulerunt, Aquila 4 et ceteris editionibus ω $\delta\eta$ interpretantibus, in Hebraeo scribitur 'anna', uerum ita, ut in principio aleph habeat, non 5 heth. ex quo animaduertimus, si ex aleph scribatur 'anna', significari 'obsecro', si autem ex heth, esse coniunctionem siue interiectionem, quae apud Graecos ponitur $\epsilon\eta$ et est in $\sigma\omega\sigma\omicron\nu$ $\delta\eta$, cuius interpretationem Latinus sermo non exprimit.

10 4. Sed quoniam hae minutiae et istiusmodi disputationis arcanum propter barbariam linguae pariter ac litterarum legenti molestiam tribuunt, ad explanandi compendium uenio, ut dicam de centesimo septimo decimo psalmo, qui manifeste de Christo prophetat et in synagogis Iudaeorum celeberrime legebatur, 15 unde et populis notior erat, hos uersus esse adsumptos, quod ille, qui repromittebatur de genere David, uenerit saluaturus Israhel dicente David: lapidem, quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. a domino factus est hoc et est mirabilis in oculis nostris. haec est dies, quam fecit dominus: exultemus 20 et laetemur in ea. o domine, saluum fac, o domine,

1 Ps. 114, 4 17 *Ps. 117, 22—27

1 animā mea D 3 ω] WAE (AE eras.) \mathfrak{B} illi L Σ , \mathfrak{B} p.c. 4 et ceteris s. l. Σ $\delta\eta$ ς Δ E DB AE L AN W CH Σ \mathfrak{B} interpraetibus \mathfrak{B} 5 anna s. l. Σ uti D, s. l. Σ alebh D ALEF B 6 het \mathfrak{B} D et eth W he ς 7 sin ς het \mathfrak{B} D eth B he ς 8 Δ H et est in CWCON Δ H W AIIECEC in WCANAI L AIIECaINWCANNAI Σ AIIECECINWCANAI \mathfrak{B} AIIECECINWCANAI D aue (in mg. m.2) ANECECINCWCANAI B 9 latinii Ba.c.m.2 10 hae minutiae D,B (hae eras.) eminutie W eminusiae (in mg. alibi haeminutie m.2) Σ eminus iae L eminuriae \mathfrak{B} 11 barbariam W barbariem cet. ac] hac D ad W 13 de s. l. Σ cent. sept. dec. W B CXVII cet. 14 creberrime WD 15 populo Ba.c.m.2 populus W pplis L uersos LW, \mathfrak{B} (corr.) ads. est (exp.) esse W 16 promittebatur D 19 factus W \mathfrak{B} factum cet. hoc WB hic cet. et B, om. cet. mirabile B 20 est s. l. \mathfrak{B} quem Ba.c.m.2 21 laetemur] iocundemur B fac W me fac cet.

bene prospera; benedictus, qui uenit in nomine domini. benediximus uos de domo domini; deus dominus et inluxit nobis. unde et euangelistarum scriptura commemorat phariseos et scribas haec indignatos, quod uiderunt populum psalmi prophetiam super Christo intellegere completam et clamantes paruulos: osianna filio Dauid, dixisse ei: audis, quid isti loquuntur? et Iesum respondisse: numquam legistis, quia ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem? centesimum septimum decimum psalmum octaui psalmi adsertione firmantem. et de eo quidem, quod facile exprimi poterat: benedictus, qui uenit in nomine domini, omnium euangelistarum scriptura consentit; de uerbo uero 'osianna', quia in Graecum non poterant transferre sermonem, sicuti et in 'alleluia' et in 'amen' et in plerisque factum uidemus, ipsum Hebraeum posuerunt dicentes 'osianna'. Lucas igitur, qui inter omnes euangelistas Graeci sermonis eruditissimus fuit, quippe ut medicus et qui in Graecis euangelium scripserit, quia se uidit proprietatem sermonis transferre non posse, melius arbitratus est tacere, quam id ponere, quod legenti faceret quaestionem.

5. Ad summam, sicuti nos in lingua Latina habemus et interiectiones quasdam, ut in exultando dicamus 'ua' et in

6. 7 *Matth. 21, 15—16 8 *Matth. 21, 16. cf. Ps. 8, 3 11 Matth. 21, 9 etc.

1 prosperare ΣWB 2 benedicimus $\mathfrak{B}D$ uos WB uobis *cet.* domini] *add.* et (*eras. Σ , s. l. m2 L*) $L\Sigma W\mathfrak{B}B$ 3 *pr.* et *om.* $W\mathfrak{B}B$ 4 ad (*s. l. m2*) haec indignatos Σ hac indignatione commotus (*commotos ζ*) $W\zeta$ ad hec indignatos commotosque B 5 uiderant W uiderent ζ 6 osanna $D, La.c. \Sigma p.r.$ ossanna W 7 locuntur WB dicunt Σ ihm (*in ras. m2*) B respondisse eis $D, Bp.c. m2$ 8 lactentium B 9 cent. sept. dec. WB CXVII *cet.* 10 psalmum] psalmo \mathfrak{B} ad(s)sertionē $L\Sigma W, B$ (*corr.*) 11 poterit W 13 nero] autem ζ osanna D ossanna W 14 sicuti—amen *s. l. Σ* sicuti W sicut *cet.* *pr.* et W , *om. cet.* *alt.* in *eras. Σ* 16 osyanna D osienna W omnes *om. codd. praeter* WB 17 in grecia eu. W in greco eu. B eu. graecis ζ 18 scrip(b)serat ΣW scripsit ζ quia] qui W se] si D uidet W 19 est arb. $L\Sigma$ est *s. l. m2* \mathfrak{B} 21 assummam D ad summa W ad summam igitur B linguam latinam (*corr. Σ*) *codd. praeter* B et $L\mathfrak{B}$, *om. cet.* 22 in exultando D in *om. $L\Sigma \mathfrak{B}$* i insultando (*i is in ras. m2*) B insultando W uah $\Sigma p.c.$ *alt.* in *om. Σ*

admirando 'papae' et in dolendo 'heu' et, quando silentium uolumus imperare, strictis dentibus spiritum coartamus et cogimus in sonandum 'st', ita et Hebraei inter reliquas proprietates linguae suae habent interiectionem, ut, quando uolunt
 5 dominum deprecari, ponant uerbum petentis affectu et dicant 'anna domine,' quod Septuaginta dixerunt 'o domine.' 'osi' 2 ergo 'saluifica' interpretatur, 'anna' interiectio deprecantis est. si ex his duobus uelis compositum uerbum facere, dices 'osianna' sine, ut nos loquimur, 'osanna' media uocali littera elisa,
 10 sicuti facere solemus in uersibus, quando mene incepto desistere uictam scandimus 'men incepto'. aleph quippe, littera prima uerbi sequentis, extremam prioris uerbi inueniens exclusit. quapropter, ut ad quaestionis originem reuertamur, 3 ubi nos legimus in Latino: o domine, saluum fac, o domine, bene conplace; benedictus, qui uenit in nomine
 15 domini, iuxta Hebraeum sensum legere possumus: obsecro, domine, saluum fac, <obsecro>; obsecro, domine, pro-

10 Verg. Aen. I 37 14 *Ps. 117, 25—26

1 admirandum *W* eu *WD* 2 imperare *WB, SBp.c.* impetrare *LD, SBa.c.* imponere ζ spiritum] *om. D*, spiritu *L \mathcal{B}* 3 cogitamus *L, \mathcal{Z}* (*corr.*) cogimus (agimus ζ) tantum sibilum *B ζ* in sonandum (um *ex o*) \mathcal{B} inson. *L $\mathcal{E}DB$* insan. *W* insonando ζ st (*ante insonandum tr.*) *B* est *W* sunt *D* sith ζ , *om. cet.* et *om. $\mathcal{Z}WD$* 4 uolent *L* 5 deum *L \mathcal{Z}* deprecare *D* predicari *W* affectum *L, \mathcal{Z}* (*corr.*) effectu *W* affectu *ex* ad effectum *B* dicunt *W* 6 anna] uerbum (*in mg. \mathcal{Z}*) anna *$\mathcal{Z}D$* osi \mathcal{B} *WCI L $\mathcal{E}D$ WCY B WCIW θ W* 8 si ex] *in mg.* a λ siue e *m \mathcal{Z} \mathcal{Z}* his duob. *WDB* duobus *cet.* duob. his ζ dices *W* dicens *D* osienna *W* 9 osianna (i *eras.*) \mathcal{B} ossanna *W* helisa \mathcal{Z} (*corr.*), *W* elisa id est percussa et (et *m \mathcal{Z}*) exclusa *B* 10 sicuti *WB* sic *cet.* sicut ζ uersibus *W*, *add.* id est (*del. m \mathcal{Z} B*, *om. ζ*) uirgilii (uergilii *D*) *cet.* ζ quando pro ζ 11 menin coepto *D* alef *B* quippe] namque *D* 12 litteram primam *codd. praeter \mathcal{B}* uerbis *D* extremam *W \mathcal{B}* -ma *cet.* prioris] propriis *W* inueniens *W* a inueniens *L $\mathcal{B}D$* ain ueniens \mathcal{Z} id est ioth inueniens *B* 13 excludit ζ questionem *D* 14 latinum *D* me fac *L \mathcal{Z}* me fac obsecro domine prosperare o $\&$ saluum me fac *B* 15 conplace] prosperare \mathcal{Z} 16 hebreorum *B* possimus ζ 17 saluum—dom. *om. W* fac ζ me fac *codd. pr.* obsecro *add. Engelbrecht* prospera (*seq. ras. ca. 16 litt.*) *L* bene prosperare *B* prosperare *cet.*

spera, obsecro; benedictus, qui uenit in nomine domini. 'saluum' autem 'fac' dicitur, ut subaudiamus 'populum tuum Israhel' siue generaliter 'mundum'. denique Matheus, qui euangelium Hebraeo sermone conscripsit, ita posuit: 'osanna barrama'. id est 'osanna in excelsis', quod saluatore nascente salus in caelum usque, id est etiam ad excelsa, peruenit pace facta non solum in terra, sed et in caelo, ut iam dici aliquando cessaret: inebriatus est gladius meus in caelo.

6. Haec interim iuxta mediocritatem sensus mei breuiter strictimque dictaui. ceterum sciat beatitudo tua in istiusmodi disputationibus molestiam in legendo non debere subreperere, quia facile et nos potuimus aliquid ementiri, quod ex una uoce solueret quaestionem, sicuti et ceteros fecisse monstrauius. sed magis condecet ob ueritatem laborare paulisper et peregrino aures adcommodare sermoni, quam de aliena lingua fictam ferre sententiam.

5 *Matth. 21, 9 8 *Esai. 34, 5

1 obsecro] *om. DB* obs. domine *LΣ* 2 fac. *s. l. Σ* subaudiatur *LΣ* 3 mattheus *⊗* matthaeus *ς* 4 osianna *ex* osanna *m2 Σ*
 osanna *cet.* 5 ba*rama *⊗* rama *W* ossanna *Σ (corr.), W* 6 in caelum] *del. m2 B* in caelo *W* id est *W⊗, om. cet.* ad *s. l. Σ*
 7 et *om. W* 8 in hoc (*exp.*) hebriatus *B* 12 modestiam *W* in (*s. l. B*) legendo *WDB* legendo *cet.* subriperere *W⊗D, Σp.c.Ba.c.m2*
 13 aliquid *om. L⊗* emendare *Da.c.* ementire *W* uocem *D* 14 sicuti *W* sicut *cet.* 15 condecet *W* 16 referre *Σ⊗* alibi referre *D* referri *L*

XXI.

AD DAMASUM.

1. Beatitudinis tuae interrogatio disputatio fuit et sic quaesisse quaerenda uiam est dedisse quaesitis. sapienter quippe
 5 interroganti sapientia reputabitur. ais: 'quis est iste in euangelio pater, qui duobus filiis substantiam diuidit? qui duo filii? qui maior quine minor? quomodo iunior acceptam substantiam cum meretricibus dissipat, fame facta a principe regionis praepositur porcis, siliquas comedit, ad patrem redit,
 10 accipit anulum, stolam et immolatur ei uitulus saginatus? qui sit maior frater et quomodo de agro ueniens susceptioni fratris inuideat? et cetera, quae in euangelio plenius explicantur'. addis insuper: 'scio multos diuersa in hac lectione dixisse 2
 et fratrem maiorem Iudaeum, minorem aestimasse gentilem.
 15 sed quaero, quomodo Iudaico populo possit aptari: ecce tot annis seruiio tibi et numquam mandatum tuum praeteriui, et numquam dedisti mihi haedum, ut

4 *Prou. 17, 28 6 cf. Luc. 15, 11—32 15 Luc. 15, 29

A = *Lugdunensis* 602 s. VI.

Σ = *Turicensis Augiensis* 41 s. IX.

W = *Parisinus lat.* 1868 s. IX.

X = *Parisinus lat.* 9532 s. IX.

D = *Vaticanus lat.* 355 + 356 s. IX—X.

Q = *Duacensis* 247 s. XI.

B = *Berolinensis lat.* 18 s. XII.

2 ad damasum papam urbis romae de eo quod in euangelio legitur homo quidam habuit duos filios *A* ad damasum de filio prodigo *ΣDB* ad supra dictum papam de frugi (fruge *X*) et luxuriosis filiis *WX* ad damasum de frugi et luxurioso filiis *Q*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in ΔΣDQB* 4 quaerendo *ΣD, B* (*eras.*) -dam *A* uia *D* 6 euangeliū *A* qui duobus *in ras. m2 B* alt. qui] quid *W* 7 qui] quis *WXQ* iunior] minor *Σ* 9 siliquas] *in ras. m2 B* si aliquas (siliquis *m2*) *W* rediit *D* 10 accepit *W, Σa.c.* an. et *ΣDQ* 11 quis *Σ* susceptione *X* 13 scio] scito *W, X* (*corr.*) in h. lect. diu. *Σ* 14 extimasse *B* existimasse *Σ* gent. populum *W* 16 annos *D, Σa.c.* seruiui *Σ* 17 praeterii *Σ*

cum amicis meis epularer, et illud: fili, tu mecum es semper et omnia mea tua sunt. si autem', ais, 'de iusto et peccatore uoluerimus esse parabolam, iusto non poterit conuenire, ut de salute alterius, et fratris maxime, contristetur. si enim inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum et imitantur eum, qui sunt ex parte ipsius, numquam personae iusti tam inmanis inuidia poterit coaptari, ut foris steterit et clementissimo patri rigidus obstiterit solusque liuore cruciatus laetitiae domus interesse noluerit'.

2. Itaque, sicut in ceteris parabolis, quae non sunt a saluatore dissertae, quam ob causam dictae sint, solemus inquirere, ita et in hac facere debemus, quare dominus in istiusmodi uerba proruperit et ob quam interrogationem responsionis similitudo prolata sit. scribae et pharisaei mussitabant dicentes: quare hic peccatores recipit et uescitur cum eis? superior quippe sermo praemiseraat: erant autem accedentes ad eum omnes publicani et peccatores audire eum. itaque hinc omnis inuidia, cur, quos legis praecepta damnarent, eorum confabulationem atque conuiuium dominus non uitaret. et haec Lucas; ceterum Mattheus ita loquitur: cum autem discumberent in domo, ecce multi peccatores et publicani uenientes recumbebant cum Iesu et discipulis eius.

1 *Luc. 15, 31 5 cf. Rom. 5, 12 14 *Luc. 15, 2 16 *Luc. 15, 1 20 *Matth. 9, 10—13

1 et illud—sunt *om.* *Q* semp. m. es *Σ* 2 ais] *s. l.* *Σ* magis *W*
 ut ais *ς* 3 *alt.* iusto *om.* *Q* 4 conueniri *W* max. fr. *ς* 5 intrauit
WX 6 eius *ΣDB* nusquam *Ba.c.* numquid *ς* 7 foras *W* 8 ob-
 sisterit *D* obsisteret *Σ* 9 leticia *W* 11 disserte (*pr. s. eras.*) *B, Q*
 (*ex discerte*), desertae *W* causa *Wa.c.m2* 12 *pr. in s. l.* *Σ* *alt.* in
om. *WX* modi] *s. l.* *Δ*, modo *Σ* (*corr.*) 13 ob *om.* *D* responsi *D*
 14 phariesaei *D* pharisey *B* musitabant *codd. praeter ΔX* quia *D*
 15 cum eis uesc. *Δ* pascit cum eis *D* quippe] quidem *B* 16 pro-
 miserat *W* er. aut. acc.] uenerant autem *W* omnes *om.* *X* 17 uo-
 lentes aud. *QB* hinc *s. l.* *Σ* 19 conuictum *WXQ* non *s. l.* *Σ*
 20 mattheus *ΔX* matheus *cet.* loq. ita *D* discumberint *Δ* discum-
 beret *QB* 21 domum *D* multi] *om.* *ΣD*, *s. l. m2 B* 22 Iesu] eo
Q s. l. et *ΔQ* et cum *cet.*

quod uidentes pharisaei dicebant discipulis eius: quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester? qui audiens dixit: non necesse habent sani medicum, sed male habentes. euntes autem discite, quid sit: misericordiam uolo et non sacrificium. non ueni uocare iustos, sed peccatores. Marcus quoque in eadem uerba consentit. igitur, ut diximus, omnis ex lege quaestio nascatur. lex quippe iusti tenax clementiam non habebat, sed, quicumque adulter, homicida, fraudator et, ut breuiter dicam, mortali crimine tenebatur, nulla uenia paenitentiae laxabatur a crimine, oculus pro oculo, dentem pro dente, animam pro anima iuebatur exsoluere. omnes itaque declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non erat, qui faceret bonum, non erat usque ad unum. ubi autem abundauit peccatum, superabundauit gratia et misit deus filium suum factum ex muliere, qui destructo medio pariete fecit utrumque unum et austeritatem legis euangelii gratia temperauit. unde et Paulus ad ecclesias scribens: gratia uobis, inquit, et pax a deo patre et domino Iesu Christo: gratia, quae non ex merito retributa, sed ex donante concessa est; pax uero, qua reconciliati deo sumus, habentes propitiatorium dominum Iesum, qui donauit nobis delicta nostra et deleuit,

6 cf. Marc. 2, 15—17 8 cf. II Mach. 10, 12 11 cf. Ex. 21, 23—25 12 *Ps. 13, 3. *Rom. 3, 12 14 *Rom. 5, 20 15 Gal. 4, 4
16 cf. Eph. 2, 14 18 *Rom. 1, 7 etc. 20 cf. Rom. 9, 12 21 cf. I Ioh. 2, 2 22 cf. Col. 2, 13—15

1 illius WXQ 2 pecc. et publ. S manducant Wa.r.,D
3 uester om. W medico Q 5 sit] est Q enim ueni S 6 quoque] s. l. m2 (super ras. 4 litt.) S 8 iustitiae SDB habet Sa.c.
10 tenebantur Sa.c. ueniae paenitentia WXQ 11 dente] dentem D
animam] anima Q anima] anime Wa.c.m2 12 iuebantur SB declinauerant WXD
13 inutile Xa.c.m2 sunt] erant WXD 14 autem om. WXQ
15 et gratia S 16 distructo S, Xp.c. defracto D utraque (a in ras. m2) B 19 et dom. nostro B nostro et dom. SW
20 retribuit Q don. deo B 21 uera Wp.c.m2 deo rec. D sum. deo S habentes om. D propitiatorem S (e in ras. 2 litt.), W
22 nostrum ihm xpm S

quod erat chirographum mortis contra nos, adfigens illud cruci,
 et principatus et potestates fecit ostentui triumphans eas in
 5 ligno. quae autem potest maior esse clementia, quam ut filius
 dei hominis filius nasceretur, decem mensum fastidia sustine-
 ret, partus expectaret aduentum, inuolueretur pannis, subiceretur
 5 parentibus, per singulas adoleret aetates et post contumelias
 uocum, alapas et flagella crucis quoque pro nobis fieret male-
 dictum, ut nos a maledicto legis absolueret patri factus oboe-
 diens usque ad mortem, et id opere conpleret, quod ante ex
 persona mediatoris fuerat deprecatus dicens: pater, uolo, 10
 ut, quomodo ego et tu unum sumus, et isti in nobis
 6 unum sint? ergo, quia ad hoc uenerat, ut, quod erat impos-
 sibile legis, quia nemo ex ea iustificabatur, ineffabili miseri-
 cordia uinceret, publicanos et peccatores ad paenitentiam pro-
 uocabat conuiuium quoque eorum expetens, ut et inter conuiuia 15
 docerentur, sicuti manifestum esse poterit ei, qui euangelia
 sollicita mente perlegerit, quomodo et cibus eius et potus et
 deambulatio et uniuersa, quae gessit, salutem hominum pro-
 curarint. hoc uidentes scribae et pharisaei aduersum legem
 eum facere dicebant: ecce homo uorax et uini potator, 20

4 cf. Verg. Buc. IV 61 5 cf. Luc. 2, 12 cf. Luc. 2, 51 7 cf.
 Gal. 3, 13 8 cf. Phil. 2, 8 10 *Ioh. 17, 21 12 *Rom. 8, 3
 13 cf. Gal. 5, 4 20 *Matth. 11, 19

1 chir. mort. quod erat ζ chirographum B cyrographum ΣX cyrografum
 W cyrografum Q mortis *om.* XQ mortis (*m in ras. m2*) B affi-
 gens WX, B (*l eras.*) 2 obstentui D hostentui B 3 maior pot. esse
 DB maior esse pot. Σ 4 nasceretur] *in ras. m2* B putaretur ΣD mensum
 $\Delta, Wa.c.m2$ mensuum $D, \Sigma a.r. Wp.c.m2 Xa.c.m2$ mensium $QB, \Sigma p.r. Xp.c.m2$
 fastidium D 6 adolesceret $B, \Sigma mg., ras. i. t.$ et] sed W 7 alapas
 X (*corr. m. rec.*), alaphas W quoque] que $\Sigma, om.$ D fierit Δ, W
 (*fuerit m2*) 8 absoluerit Δ 9 conpleret *om.* D ex *om.* D 11 unum]
 idem ζ sumus ita $\Sigma DB, Q$ (ita *add. m2*) 12 quia] qui ΣWX 13 legi
 $Q, Bp.r.$ 14 prouocabat *om.* W 15 et *om.* ΣDB in Σ (*s. l.*), D, B
 (*corr.*) conuiuio (*alt. o in ras.*) Σ 16 sicuti WXQ sicut *cet.* pot.
 esse B qui in D 17 *pr.* et *om.* Σ 18 gessit in corpore ζ salu-
 tem Δ -te D -tis W -ti *cet.* procurarent ΣD -rit XQ -ret W 19 ad-
 uersum ΔX -sus *cet.* uerba adu. leg. eum fac. *del. Bm2*

amicus publicanorum et peccatorum. nam et ante reprehenderant, quare curaret in sabbatis dominus. ergo, ut hanc eorum accusationem clementiae ratione superaret, tres parabolae posuit, e quibus una est nonaginta nouem ouium in montibus relictarum et unius perditae, quae pastoris umeris est reuecta, alia dragmae, quam mulier accenso lumine perquisiuit et inuenta ea uicinas ad laetitiam conuocauit dicens: congratulamini mihi, quia inueni dragmam, quam perdideram, tertia uero duorum filiorum, de qua ut disputarem pauca, iussisti.

3. Et de oue quidem ac dragma, licet ad unum pertineant intellectum, non est istius temporis disputatio; hoc tantum dixisse sufficiat ob id has parabolas esse propositas, ut *, quomodo ibi in inuentione pecoris et dragmae laetitia est angelorum et circum manentium uicinarum, sic in publicanorum peccatorumque paenitentia omnium debere esse laetitiam, quibus non sit necessaria paenitentia. unde uehementer admiror Tertullianum in eo libro, quem de pudicitia aduersum paenitentiam scripsit et sententiam ueterem noua opinione dissoluit, hoc uoluisse sentire, quod publicani et peccatores, qui cum domino uescebantur, ethnici fuerint dicente scriptura: non

1 cf. Matth. 12, 10—12 etc. 4 cf. Luc. 15, 4—7 8 Luc. 15, 9
9 cf. Luc. 15, 11—32 18 cf. Tertull. de pudicitia c. 9 21 *Deut. 23, 17

1 amicus] aut (*eras.*, in *mg. m.2* amicus) Σ alt. et om. ΣDB reprehenderunt Σ 2 curarent D 3 clementiae ΔD clementi (*seq. ras. 1 litt. \Sigma*) cet. parabolis *Wa.c.m.2* 4 proposuit ς ex ΣDB 5 humeris $\Sigma DQB, Xp.c.m.2$ 6 est reuecta ΔQ reuecta W reuectatur X est reducta cet. drachmae ς qua W perquisibit Δ requisit ΣDB 8 dragma (*ex daagma*) D drachmam ς 9 tertiam D, Σ (*ex tertium*) 11 ac dragma] *ex acragma m.2 WX* unum] ouium Q 12 est om. D 13 ob id] *ex obbiit W* ob it D uerbum ab ut *pendens, uelut* appareat. *desideratur* 14 in] *s. l. \Sigma, om. WD* dragma (*corr. dragme*) D 15 circa DB manantium *Xa.c.m.2* canentium D 16 paenitentiam Δ deberet ΣDB laetitiam (*m exp.*) D letia (*corr. letitia*) Σ leticia B 17 sit] est X poenitentiae D 18 tertulianum *Wa.c.m.2, D* tetulianum (*corr.*) Σ 19 ueterum $\Sigma p.c.$ dissoluti W 20 uol. se X 21 ethnici] et nunc W

erit uectigal pendens ex Israhel; quasi uero et Mattheus non ex circumcissione fuerit publicanus et ille, qui cum phariseo in templo orans oculos ad caelum non audebat erigere, non ex Israhel fuerit publicanus ac non Lucas memoret; et omnis populus audiens et publicani iustificauerunt 5 dominum baptizati baptismo Iohannis, aut cuiquam credibile possit uideri ethnicum templum ingressum aut dominum cum ethnicis habuisse conuiuium, cum id maxime cauerit, ne legem soluere uideretur, et primum uenerit ad oues perditas domus Israhel, Chananaeae quoque deprecanti pro filiae salute 10 responderit: non oportet tollere panem filiorum et dare eum canibus et alibi discipulis praeceperit: in uiam gentium ne abieritis et in ciuitates Samaritanorum ne 3 introieritis. ex quibus omnibus edocemur in publicanis non tam gentilium quam generaliter omnium peccatorum, id est, 15 qui erant et de gentibus et de Iudaeis, accipi posse personas. ille autem, quia iuxta insanas feminas suas id dogmatis defendebat, quo Christianos nollet recipi paenitentes, frustra argumentatus est publicanos Iudaeos non fuisse, ut in persona eorum gentilium tantum populus possit intellegi. itaque, ne 20 longum faciam, ipsa euangelii uerba proponam et in modum

1 cf. Matth. 9, 9 etc. 2 cf. Luc. 18, 13 4 *Luc. 7, 29 9 cf. Matth. 5, 17 cf. Matth. 10, 6. 15, 24 11 *Matth. 15, 26 12 *Matth. 10, 5

1 erit] est *WX, Qp.r.* israhel *A* israel *cet.* et *s. l.* Σ mattheus *AX* matheus *cet.* 2 et] quasi et *Q* 4 israhel *A* israel *cet.* ac] at *B* hic *W* aut *S* memorat *DB* 5 omnes *A* 6 deum Σ *DB* bap-
tismum *W* 7 uidere *D* 8 ethnico *Q* caueret *DQ, Sp.c. Bp.c. m.2*
10 israhel *A* israel *cet.* chaneae *D* cananaeae Σ *XQ, B* (ca *in ras. m.2*)
filia salutem *D* salute filiae *S* 11 responderet *D, Sp.c.* 12 eum *om.*
WXQ 14 intraueritis *WXQ* non *s. l. m.2 X, om. WQ* 15 id
est *secludi mauult Engelbrecht* 16 *pr. et om. Σ pr. de] ex Σ alt.*
de *s. l. W* 17 illi *Xa.c. m.2* qui *Q, Sa.c. Bp.c.* iuxta *om. D*
infamias *Q* insanas blasphemias Σ (*pl-*), *DB* insanas et blasphemias *S*
fem. suas] *s. l. Σ minas sui B suas Q* id *om. B* 18 quod *X* qui Σ
nolle *Q* nolit *X, W* (*ex nollit*) recipere Σ *D, Bp.c. m.2* 19 publicanus
iudaeus *W* 20 ne] \hat{n} *Q* 21 proponamus Σ

commentatoris, quid mihi uideatur, ad singula quaeque subnectam.

4. Homo quidam habebat duos filios. hominem deum dici multis testimoniis adprobatur, ut ibi: duorum hominum testimonium uerum est. ego de me testimonium dico et pater, qui me misit. in alia parabola pastor, in alia pater familias nuncupatur, in alia uineam locat, in alia inuitat ad nuptias et diuersis similitudinibus rem significat eandem, ut Iudaeorum superbiam reprobet et in commune omnium peccatorum, siue gentilium siue Israhel, paenitentiam probet. quod autem ait 'duos filios', omnes paene scripturae de duorum uocatione populorum plenae sunt sacramentis.

5. Et dixit illi adulescentior: pater, da mihi portionem substantiae, quae me contingit. substantia dei est omne, quod uiuimus, sapimus, cogitamus, in uerba prorumpimus. hoc deus aequaliter uniuersis et in commune largitus est euangelista dicente: erat lux uera, quae inluminat omnem hominem uenientem in mundum. iste est dexter oculus, qui ab scandalis obseruandus est; haec lucerna corporis; hoc talentum, quod non est in sudario conligandum, id est delicate otioseque tractandum, nec in terra defodiendum, terrenis scilicet cogitationibus obscurandum.

3 *Luc. 15, 11 4 *Ioh. 8, 17—18 6 cf. Matth. 18, 12—14.
Luc. 15, 4—6 7 cf. Matth. 20, 1—16 etc. cf. Matth. 21, 23—41 etc.
8 cf. Matth. 22, 2—14 etc. 13 *Luc. 15, 12 17 Ioh. 1, 9 18 cf.
Matth. 5, 29 etc. 19 cf. Matth. 6, 22 etc. 20 cf. Luc. 19, 20

1 commentatoris *ΔXQ* commentarii *cet.* 3 quidem *X* deum *s. l.*
ΣW 4 abprobatur *W* ibi] ubi *Δa.r.* 5 de *s. l.* *W* 7 nuncupatur *B* in al. uin. loc.] *Σmg.m.2, Qmg.* alt. aliam *W* locant *Wa.r.*
loncat *D* tert. aliam *W* 9 eadem *W* communi] *ς* 10 siue *Isr. om.* *W*
israhel *AD*, *ras. i. t. et s. l. m.2* israhelitarum *B* israel *cet.* 11 scripture
pene *D* 12 de *om.* *ΣD* uocationem *Δ* sacramentis *om.* *WX* 13 ille
Σp.c.Ba.c.m.2 ille] *D* adulescentior *Σa.c., X, Ba.c.m.2* adolescentior *Q*,
Bp.c.m.2 16 haec *ς* qualiter *W* et in] sed *W* 17 qui *W* 18 hunc
mund. *B* 19 a *X, Σp.r.* haec] et *W* hoc] haec *Q* 20 conligatum *W* (ll *ex nl m.2*), *X* deligate *Δ, W* (*corr.*) 21 fodiendum *D*

6. Qui diuisit eis substantiam. significantius in Graeco legitur διείλεν αὐτοῖς τὸν βίον, id est, dedit liberum arbitrium, dedit mentis propriae uoluntatem, ut uiueret unusquisque non ex imperio dei, sed ex obsequio suo, id est non ex necessitate, sed ex uoluntate, ut uirtus haberet locum, ut a ceteris animantibus distaremus, dum ad exemplum dei permissum est nobis facere, quod uelimus. unde et in peccatores aequum iudicium et in sanctos aut in iustos praemium retribuetur.

7. Et non post multos dies collectis omnibus adulescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam. si deus tenet caelum palmo et terram pugillo et Hieremias dicit: deus adpropinquans et non deus de longinquo, per Dauid quoque, quia nullus absque eo locus sit, praedicatur, quomodo filius peregre proficiscitur et a patre discedit? sciendum igitur non locorum spatiis, sed affectu aut esse nos cum deo aut ab eo abscedere. quomodo enim ad discipulos loquitur: ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, ita ad eos, qui sui iactantiam praeferunt et esse cum domino non merentur, dicit: discedite a me, non noui uos, qui operamini iniquitatem.

8. Recessit ergo iunior filius cum sua substantia a patre

1 *Luc. 15, 12 4 cf. Philem. 14 9 *Luc. 15, 13 11 cf. Esai. 40, 12
12 *Hier. 23, 23 13 cf. Ps. 23, 1 17 Matth. 28, 20 20 *Matth. 7, 23

1 illis (s. *eras.*) Σ 2 legitur] dicitur WQ διείλεν αὐτοῖς τὸν βίον] *om. Q, uarie scriptum in cet. dedit] s. l. Δ dedit eis Σ 3 uol.] libertatem B et ut ΣDB 4 alt. ex om. ΣDB 5 pr. ut s. l. m2 Σ uirtutis Σ alt. ut] et ut m2 B a om. W 6 distaret ΣD 7 nobis om. Q uellimus Σa.r. peccatoribus Q 8 et] aut Δ in sanctis Q inser W aut iniustos Δ aut in (utrumque del.) iustum (ex istum) X aut (aut *eras.* Σ) iustum WΣ et iustis Q iustum DB et iustos iustum Σ retribuitur WXB tribuitur D retribueretur Σ 10 filius s. l. m2 Σ 11 cael. ten. Σ terra W 13 quia ex quam X loco W 14 peregre om. Q 15 est igitur Δ 16 abscedere ΔWXQ disc. cet. 17 ad ex a m2 WB ego om. W 19 proferunt Σ deo QB 20 qui op. in. non noui uos Q operantur W 22 sua subst. *Δa.c.m2,Q* sua uniuersa subst. *Δp.c.m2,X,B* (sua *eras.*), uniu. subst. sua Σ uniu. subst. WD*

et peregre profectus est. et Cain egressus a facie dei habitauit in terra Naid, quod interpretatur 'fluctuatio.' quicumque a deo recedit, statim saeculi fluctibus quatitur et mouentur pedes eius. nam postquam moti sunt homines ab oriente et a 2
 5 uero lumine recesserunt, tunc aduersum deum impietatis suae aedificauere turrem, tunc dogmatum superbias confinxerunt uolentes curiositate non licita in ipsius caeli alta penetrare. et uocatus est locus ille Babel, id est 'confusio'.

9. Et ibi dissipauit substantiam suam uiuens luxuriose. luxuria inimica deo, inimica uirtutibus perdit omnem substantiam patris et ad praesens uoluptate deleniens futuram cogitari non sinit paupertatem.

10. Cumque consumpsisset omnia, facta est fames ualida per regionem illam. a patre acceperat facultates, 15
 ut inuisibilia eius per ea, quae sunt uisibilia, cognosceret et ex pulchritudine creaturarum consequenter intellegeret creatorem. qui ueritatem in iniustitia detinens et pro deo idola colens naturae bona uniuersa consumpsit et consumptis omnibus coepit egere uirtutibus derelicto fonte uirtutum. facta 2
 20 est fames ualida per regionem illam. omnis locus, quem patre incolimus absente, famis, penuriae, egestatis est. famis autem μετὰ ἐκτάσεως ualidae haec est regio, de qua dicitur

1 cf. Gen. 4, 16 3 cf. Ps. 72, 2, 93, 18 4 cf. Gen. 11, 1—9 9* Luc. 15, 13
 13 *Luc. 15, 14 15 cf. Rom. 1, 20 17 cf. Rom. 1, 18 19 *Luc. 15, 14

1 domini ΣD 2 naim B 4 a s. l. A 5 aduersum ΔWX -sus cet.
 6 haedificare Σa.c.m2 aedificauerunt Q,D(uerunt in ras.) turrim
 Q,ΣXp.c. superbiam B confixerunt WD,B (ix in ras. m2), Σa.c.
 9 uiuendo Q 10 perdet ΣD 11 uoluntatem DQ,Σa.c. deleniens
 Δp.c.,WXa.c.m2 delin- cet. 12 cogitare non sin. XDQB non sin. cogi-
 tare Σ 13 cumque om. W consumpsit Wp.r. famis ΣXa.c.Wp.c.m2
 14 in regione illa Σ acc. a patre ς 15 sunt] erant ΣXD et s. l. Σ
 16 intellegerit (intelligerit m2) W 17 in s. l. Q iniusticiā B in-
 iustia Σ 18 cons. et om. W 20 famis Wa.c.X 21 absentī W
 fames Wp.c.,B penuriae et ΣDB,Xp.c.m2 fames ΔDQ,Wp.c. 22 META
 EKTACEWC A META EKCTACEWC WX METAEP TAC*CEWC B NE-
 TARCECOC Σ METAENTCECOC D, om. Q μετὰ ἐμψάσεως Vallarsi
 ualidae A -da Q -de cet.

per prophetam: qui habitatis in regione umbrae mortis, lux fulgebit super uos. at contra alia est regio, quam possessuri sumus mundi corde atque uiuentes, quam sanctus desiderat dicens: credo uidere bona domini in regione uiuentium.

11. Et ipse coepit egere et abiit et coniunxit se uni de principibus regionis illius. deserto nutricio, qui ad primam uocem bona ei fuerat cuncta largitus, iunxit se principi mundi huius, id est diabolo, rectori tenebrarum istarum, quem nunc inimicum hominem, nunc iudicem iniquitatis, nunc draconem, nunc satan, nunc malleum, nunc perdicem, nunc Belial, nunc rugientem leonem, nunc Leuiathan, nunc tennim et multis aliis uocabulis scriptura cognominat. quod autem ait 'uni de principibus,' plures esse intellegendum est, qui per istum uolitent aerem et diuersorum fraude uitiorum genus hominum suae subiciant seruituti.

12. Qui misit illum in agro suo, ut pasceret porcos. porcus animal immundum, quod caeno et sordibus delectatur.

1 *Esai. 9, 2 4 *Ps. 26, 13 6 *Luc. 15, 14—15 8 cf. Ioh. 14, 30 9 cf. Eph. 6, 12 10 inim. hom.] cf. Matth. 13, 39 etc. iud. iniq.] cf. Luc. 18, 6 11 draconem] cf. Apoc. 12, 3 sqq. satan] *passim* malleum] cf. Hier. 27 (50), 23 perdicem] cf. Eccli. 11, 30 12 Belial] *passim* rug. leon.] cf. I Petr. 5, 8 Leuiathan] cf. Iob 3, 8 etc. tennim] cf. Ps. 73, 13 17 *Luc. 15, 15

1 regionem *D* 2 est alia *ΣDB* 3 sunt *WQ, Xa.c.m.2* mundi *AQ, Ba.c.m.2* mundo *Σ, Wa.c.m.2, XD, Bp.c.m.2* atque] *add.* corpore *m.2B* *add.* puro *ς* sanctus dauid *ς, fort. recte* 4 desiderans (*alt. de m.2*) dicit *Σ* regione] terra *B* 5 uiuorum *Q* 6 habiit *Σ* (*h eras.*), *WX* adiunxit *Σ* 8 ei *s. l. Σ* 9 huius mundi *QB* istarum *om. ΣDB* 11 drac. et ehoc (*sic*) *D* satanan *WXDQ* *šathanā* (*ex satanā*) *B* 12 beliar *X* (*corr.*) leon. rug. *WXQ* leuiatan *QB* leuiatam *X* theninim *Σ* theninin *D* temnim (*mnim in ras. m.2*) *B* thaninim *ς* 13 et] nunc behemoth et *ς* 14 pluris *Xa.c.m.2* est *om. ΣDB* 15 uolitant aer. *ΣWX* aer. uolitant *Q* 16 subiciat *Σa.c.m.2* subitiant (*ex subitiant*) *Q* 17 agrum suum *QB, ΣXp.c.m.2* ut *ex* et *m.2 Q* 18 porcus] *ex* porcos *m.2 X* porcus autem *Σ, om. W* an. inm.] *add.* est *DB, Q(s.l.)* inm. est an. *Σ*

talis est daemonum multitudo, quae per idola manu facta cruore pecudum et uictimis pascitur et nouissime saginatione quadam hostia, ipsius hominis morte, saturatur. misit ergo eum in possessionem suam, id est suum effecit esse famulum, 5 ut pasceret porcos immolans eis animam suam.

13. Et cupiebat saturare uentrem suum de siliquis porcorum, et nemo illi dabat. id, quod in Ezechiele cum increpatione dicitur ad Hierusalem: et factum est in te peruersum ultra mulieres in fornicatione tua, et post 10 te non sunt fornicatae in eo, quod dedisti mercedes, et mercedes tibi non sunt datae, uidemus in filio minore completum. substantiam suam in regione principis perdidit et post perditas facultates missus ad porcos egestate contabuit. 2 daemonum cibus est ebrietas, luxuria, fornicatio et uniuersa uitia. haec blanda sunt et lasciuia et sensus uoluptate demulcent statimque, ut apparuerint, ad usum sui prouocant. quibus ideo 3 luxuriosus adulescens non poterat saturari, quia semper uoluptas famem sui habet et transacta non satiat. et satanas, cum aliquem sua arte deceperit et proprium ei iugum inposuerit, 4 ultra ad uitiorum abundantiam non procurat sciens esse iam mortuum, sicuti multos idolatras uidemus pannis, miseria, ege-

6 *Luc. 15, 16 8 *Ezech. 16, 34

1 tales *A* fata *D* 2 pecodum *WXa.c.m.2, D* peccorum (*pr. c eras.*) Σ saginationi *Wp.c.m.2* saginatione $\Sigma Q, Xp.c.$ sagione *D* 3 quadam] *s. l.* Σ quasi quadam *m.2 X* hostiae ΣQ 4 efficit *D, \Sigma a.c.m.2* fecit *WXQ* 5 pasceretur (*ur del. m.2*) *W* porcos *om. D* immolando *B* eis *A* ei *cet.* 6 saturari *DQB* implere ς 7 id] id est *W* in *QB* ezechiele *X* ezechihel Σ (ezechihele *m.2*), *D* hiezechiele *Q* iezechiele *B* 8 Hier.] hisrahelem *D* israel Σ 9 in f. t.] quae (*om. \Sigma DB*) ante fornicationem tuam $\Sigma DB\varsigma$ pos *W* 10 non *om. \varsigma* 11 et mercedes *s. l. m.2 B* uidimus *X* 12 qui subst. *Q* princ. reg. *D* perdit *W* 14 demonium *D* ebrietas] *s. l. m.2 X, om. WQ* 15 sensum *W, Xa.c.m.2, Q* uoluptatem $\Sigma, Xp.c.m.2$ uoluntate *D* 16 apparuerit *D* sui] suū *B (corr.)* 17 luxuriosis Σ (*corr.*) saturare *Wa.c.m.2* 18 transacto *A* sathanas *Bp.c., \Sigma a.c.* cum al.] quem *Q* 19 in p. iug. *codd. praeter A* 20 ad] ei (*in ras. m.2*) *B* 20 ab. uit. ς abundantia *D* non proc. *om. Q* 21 sicut *X* idololatras (*alt. i exp.*) *X* idololatras ς uidimus *Q* pannis *A, W (pr. n del. m.2)* panis *cet.* misera *Qp.r.* et egest. $\Sigma, D(eie-), B$

state confectos. hi sunt, in quibus propheticus sermo completur: omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes omnibus amatoribus tuis et non accepisti mercedes. possumus autem et aliter siliquas interpretari. daemonum cibus est carmina poetarum, saecularis sapientia, rhetoricorum pompa uerborum. haec sua omnes suauitate delectant et, dum aures uersibus dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant et pectoris interna deuinciunt. uerum ubi cum summo studio fuerint ac labore perlecta, nihil aliud nisi inanem sonum et sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt: nulla ibi saturitas ueritatis, nulla iustitiae refectio repperitur. studiosi earum in fame ueri, in uirtutum penuria perseuerant. huius sapientiae typus et in Deuteronomio sub mulieris captiuae figura describitur, de qua diuina uox praecipit, ut, si Israhelites eam habere uoluerit uxorem, caluitium ei faciat, ungues praeseceat, pilos auferat et, cum munda fuerit effecta, tunc transeat in uictoris amplexus. haec si secundum litteram intellegimus, nonne ridicula sunt? atqui et nos hoc facere solemus, quando philosophos legimus, quando in manus nostras libri ueniunt sapientiae saecularis: si quid in eis utile repperimus, ad nostrum dogma conuertimus, si quid uero

2 *Ezech. 16, 33—34 14 cf. Deut. 21, 10—13

1 confectos] conficit *Q* hii *WD, Sa.r.* 2 tu—4 merc. om. *Q* 3 uerba et non—mercedes *ex Uulgata inepte interpolata (cf. p. 121, 11) iudicat Engelbrecht* 4 et om. *D* 5 sapientiae *D* 6 rethoricorum *ΣWXQ* rethor-
*A**D**B* omnis *A* homines (*in ras. m2*) *B* 7 uerbis *Q* 8 capiunt] *seq. ras. 7 litt. Σ* pectoris] *ex peccatores X peccatoris W* deuincunt *Q, Sp.r. Ba.c.m2* diuinciunt *W* 9 cum] *cō Q* 10 sermonem (sermonis *m2*) *Q* crepitum *WQ, Xa.c.* 11 saturitatis *WX, D (corr.)* ueritas *X* ref. iust. *ς* 12 reper. *Q* studiose *W* eorum *B* in fame ueri] infames uel *Q alt. in*] et *ΣDB* 13 penuriae *W* pers. pen. *B* et om. *B* 14 mul. capt. fig.] muliere captiua *Q* 15 praecepit *W, Ba.c.m2* israhelites si *Σ* israhelitis *WX* hisrahelitas *D* israhelita *Q* 16 ungues presecet (un *m1, reliqua m2 in ras.*) *B* persecet *D* et pilos *XD* auferet *W* 17 amplexus (u *m2 in ras.*) *B* 18 nonne *ex non m2 Σ* atqui *scripsi itaque codd.* hoc om. *WQ* 19 philosophus (u *m2 in ras.*) *W* 20 si *in ras. Bm2* 21 repperimus *Q* nostram dogma *W* si *in ras. Bm2*

superfluum, de idolis, de amore, de cura saecularium rerum,
 haec radimus, his caluitium indicimus, haec in unguium morem
 ferro acutissimo desecamus. unde et apostolus prohibet, ne 7
 in idolo quis recumbat, dicens: uidete autem, ne haec
 5 licentia uestra offendiculum fiat infirmibus. si enim
 quis uiderit eum, qui habet scientiam, in idolio
 recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infirma,
 aedificabitur ad manducandum idolothyta et peribit,
 qui infirmus est, in tua scientia frater, propter quem
 10 Christus mortuus est? nonne tibi uidetur sub aliis uerbis 8
 dicere, ne legas philosophos, oratores, poetas, ne in eorum
 lectione requiescas? nec nobis blandiamur, si his, quae sunt
 scripta, non credimus, cum aliorum conscientia uulneretur et
 putemur probare, quae, dum legimus, non reprobamus. alioquin
 15 quale erit, ut aestimemus apostolum eius, qui uescebatur in
 idolio, scientiam conprobasse et eum dixisse perfectum, quem
 sciret de idolothytis manducare? absit, ut de ore Christiano
 sonet 'Iuppiter omnipotens' et 'mehercule' et 'mecastor' et
 cetera magis portenta quam numina. at nunc etiam sacerdotes 9
 20 dei omissis euangelis et prophetis uidemus comoedias legere,
 amatoria bucolicorum uersuum uerba cantare, tenere Vergilium

4 *I Cor. 8, 9—11

2 indicimus *A* induc. Σ *DB* incid. *cet.* morem Δ *Q* more *cet.* 4 idolo
 Δ *X* dolo *W* idolio *cet.* recumbet *X* 5 infirmibus Δ *WX* infirmis
cet. 6 idolio] *pr.* *i* *ex* *e* *uel* *o* *m*² *W* 8. mand.] edendum *WXQ*
 idolothyta Δ *W, Xa.c.* -lotita *QB* -latita (*tita exp. D*) *D, \Sigma* (idolothita *m*²)
 9 tua] *seq. ras.* 2—3 *litt. B* 11 *alt. ne]* *nec Q, B* (*in ras. m*²), *Xp.c.*
*in in ras. m*² *B* 12 *his]* *in his Q* *in eis \Sigma DB* 13 uulneratur Σ et—
 reprob.] *in mg. inf. \Sigma* 14 putemus Σ *D* alioqui ς 15 extimemus *B*
 aestimamus Σ existimemus *D* 16 idolio] *ex* *idolia X* *idola W* *hydolio*
 (*h eras.*) *B* *sciencias W* *conscientiam DB* *conscientia \Sigma* *conpro-*
bare Q 17 *scire B* *de om. W* *idolothytis *X* -lothitis *D* -loti(y)tis
 Δ *WQ* *ydolotitis B* -liotitis (-lothitis *m*²) Σ 18 *me ercule \Sigma W* *mi* (*in*
*ras. m*²) *ercule B* *me erculem D* *me ecastor \Sigma* (*e eras.*), *D* *mi* (*in*
*ras. m*²) *castor B* 19 *nomina \Delta a.c. \Sigma W* 20 *missis \Sigma a.c. m*² *uid.*
nunc Q 21 *canere \varsigma* *uergilium \Delta X* *uirg- cet.*

et id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere uoluntatis. cauendum igitur, ne captiuam habere uelimus uxorem, ne in idolio recumbamus; aut, si certe fuerimus eius amore decepti, mundemus eam et omni sordium horrore purgemus, ne scandalum patiatur frater, pro quo Christus est mortuus, cum ex uoce Christiani carmina in idolorum laudes composita audierit personare. 5

14. In se autem conuersus dixit: quanti mercennarii patris mei abundant pane, ego autem hic fame pereo! mercennarios secundum alium intellectum eos aduertimus ex Iudaeis, qui ob praesentia tantum bona legis praecepta custodiunt, id est iusti sunt et misericordes, non ob ipsam iustitiam et ob ipsum misericordiae bonum, sed ut a deo terrena fertilitatis et longae uitae praemium consequantur. qui autem ista desiderat, metu compellitur ad obsequium praeceptorum, ne eorum praeuaricatione, quae iussa sunt, careat concupitis. porro, ubi metus est, non est dilectio. perfecta quippe dilectio foras mittit timorem. nam qui diligit, non ideo imperata custodit, quia aut timore poenarum aut praemii auiditate compellitur, sed quia hoc ipsum, quod a deo iubetur, est optimum. 20

8 *Luc. 15, 17 17 *I Ioh. 4, 18

2 uoluptatis $\Sigma B p. c. m 2$ cau.—recumb.] in mg. Q ne ΔW si (in ras. m2 B) cet. hab. uel. $\Delta W B$ uel. hab. cet. 3 idolo $W X$ certe] forte W eius] s. l. m2 X, om. $W Q$ 4 omne $W D$ om̄s Σ horrore ΔX horrere (corr.) Q errore $W D B$ errores Σ 5 mort. est *codd. praeter* Δ 6 ex uoce $\Delta W X Q$ in (eras. B) ore cet. in om. $W X Q$ laudes $\Delta W, X$ (s exp. m2) -de cet. -dem ς 8 in s. l. m2 Σ in se] ipse Q reuersus Σ mercennarii D mercenarii ΣX 9 patris $\Delta D Q$ in domo patris cet. panem Δ panibus $X B$ 10 mercen(n)arius $W X, \Sigma a. c. m 2$ uero sec. B aduertimus $\Delta a. c., Q$ animadu. cet. 11 praesentiam ΔW 12 id est] ideo Σ hii D, B (in ras. m2) misericordes (des in ras. 7 litt.) Σ ob om. W 13 et] ut m2 Σ ob (ab m2 Σ) ipso mis. bono ΣD 14 fertilitates W felicitatis $\Sigma D B$ et s. l. Δ longe (longeue m2) Σ 15 istam D metu $\Delta W, X$ (s. l. seu merito m2), Q merito cet. 19 quia ex qui Σ pr. aut] autem Δ timorem Δ (corr.) metu Q compellimur (corr. m2) $W X$ 20 iubeatur (a exp.) Q

sensus itaque iste est: 'quanti ex Iudaeis ob praesentia tantum bona a dei obsequio non recedunt, et ego egestate conficior!'

15. Surgens ibo ad patrem meum. pulchre ait 'surgens'; patre quippe absente non steterat. peccatorum iacere, stare
5 iustorum est. ad Moysen dicitur: tu uero hic sta mecum; et in centesimo tricesimo tertio psalmo: ecce nunc benedicite dominum, omnes serui domini, qui statis in domo domini, ad benedictionem domini stantes propheta in domo domini cohortatur.

16. Et dicam illi: pater, peccaui in caelum et coram te; iam non sum dignus uocari filius tuus. peccauerat in caelum, qui Hierusalem caelestem reliquerat matrem; peccauerat coram patre, qui conditore deserto fuerat ligna ueneratus; non erat dignus uocari filius dei, qui seruus esse ma-
15 luerat idolorum. omnis enim, qui peccatum facit, de diabolo patre natus est.

17. Fac me sicut unum ex mercennariis tuis. 'fac me', inquit, 'sicut unum ex Iudaeis, qui te ob praesentium tantum rerum promissa uenerantur. recipe filium paenitentem, qui
20 mercennariis tuis peccantibus saepissime pepercisti'.

18. Et uenit usque ad patrem suum. uenimus ad patrem, quando a porcorum recedimus passione, secundum illud: statim ut conuersus ingemueris, saluus eris.

3* Luc. 15, 18 5 Deut. 5, 31 6 Ps. 133, 1 10 *Luc. 15, 18—19 12 cf. Hebr. 12, 22 15 cf. I Ioh. 3, 8 17 *Luc. 15, 19 21 *Luc. 15, 20 23 *Esai. 30, 15

1 iste] *in ras. m2 B, s. l. m2 W* ipse Σ (*in mg. iste m2*), *D* ex Iud.] iudei *Bp.r.* ob] *op D* praesentiam Δ (*m eras.*), *W* 2 a dei] *in ras. m2 B* ab eius Σ confitior *B* confiteor *Xa.c.m2* 4 patre quippe] *in ras. m2 B* iust. stare ζ 5 dicit deus (dominus *Q*) *WXQ* hic *s. l. 12* 6 tricensimo *X* trigesimo *Q* 7 dominum] domino *WB* domini] dominum *D* 9 cohortatur *WXa.c.m2* 10 caelo *W* 12 quia *B* 14 uocare *WXa.c.* dei *om. Q* esse *s. l. 2* 15 enim *in mg. D* fac. pecc. *D* de *om. 2* 16 patre *om. Q* 17 ex] de ΣB mercennariis *X, 2a.c.m2* 18 inquit] sicut (*eras.*) inquit *Q, s. l. m2 B* sicut *in ras. m2 B* 20 mercennariis $\Sigma, Xa.c.m2$ peccantibus *om. WX* 22 apud eorum (*s. l. m2* ap peccatorum) reced. *W* reced. a porcorum ζ passionem (*m eras.*) ΔD passione (*alt. s in ras. m2*) *W* participatione *Q*

19. Cumque adhuc longe esset, uidit eum pater eius et misericordia motus est. antequam dignis operibus et uera paenitentia ad patrem rediret antiquum, deus, apud quem cuncta futura iam facta sunt et qui omnium est praescius futurorum, ad eius praecurrit aduentum et per uerbum suum, quod carnem sumpsit ex uirgine, reditum filii iunioris anticipat.

20. Et procurrens incubuit super collum ipsius. ante uenit ad terras, quam ille domum confessionis intraret, incubuit super collum ipsius, id est corpus sumpsit humanum, et, sicuti super pectus Iohannes recubuit, qui secretorum eius effectus est particeps, ita et iugum suum leue, id est mandatorum suorum facilia praecepta, ex gratia magis quam ex merito super iuniorem filium conlocauit.

21. Et osculatus est eum iuxta illud, quod in Cantico Canticorum ecclesia de sponsi precatur aduentu: osculetur me ab osculis oris sui, 'nolo mihi,' dicens, 'per Moysen, nolo per prophetas loquatur; ipse meum corpus adsumat, ipse me osculetur in carne', ut et illud quoque, quod in Esaia scriptum est, huic sententiae coaptemus: si quaeris, quaere et ad me habita in saltu. et ibi quippe flens ecclesia cla-

1 *Luc. 15, 20 3 cf. Eccle. 3, 15 4 cf. Sap. 8, 8 5 cf. Ioh. 1, 14
8 *Luc. 15, 20 11 cf. Ioh. 13, 23. 25 12 cf. Matth. 11, 30 15 Luc.
15, 20 16 *Cant. 1, 1 20 *Esai. 21, 12—13 21 cf. Esai. 21, 11

3 redderet *Wa.c.m2* redire *Q* redisset *Σ* 4 iam *om.* *Q* est
omn. *ς* 5 eius] eiusdem presentia (-tia *D* praesentiae *del.* *B*) dei *ΣDB*
6 fili *A* filii sui *ς* 8 precurrens *inc.* *A* procurrit *inc.* *D* procubuit *Q*
eius *ΣQ* 9 terram *W* 10 eius *Q* 11 ioh. sup. pect. *ς* iohannis
AWD,B (*corr.*) iohannem *Xa.c.m2* dñi ioh̄ (ioh̄is *m2*) *Σ* suum (*in mg.*
add. m2) ioh̄s (h̄ *in ras. m2*, *fuisse uid.* h̄i) *Q* rec.] ih̄u rec. *ς* eius]
seq. ras. 14 litt. (*fuisse uid.* *in sempitnum* odi) *Σ* 15 cantico *AΣ* can-
tica (*s. l. B*) *cet.* 16 ecclesia] sponsa *Q* prec. adu.] *in ras.* p̄sto-
latur aduentu p̄cans *Bm2* osc. me *in ras. m2 B* 17 ab (*ab om.* *W*)
osculis *AWX* ab osculo *DQ* osculo *Σ,B* (*in ras. m2*) nolo *ex* noli
m2 Q mihi] mi *W,Xa.c.m2* dicat *Σ* 18 per *s. l. m2 B* corp.
meum *B* 19 me *om.* *Q* carnem *A* illum *Σ* (*corr.*) quod
et *W* 20 quaeris—me] *in ras. m2 B* 21 *pr.* et *om.* *D*

mare iubetur ex Seir, quia Seir 'pilosus' et 'hispidus' interpretatur, ut antiquum gentilium significet horrorem illa pariter similitudine respondente: nigra sum et speciosa filia Hierusalem.

5 22. Dixit autem illi filius: pater, peccaui in caelum et coram te; iam non sum dignus uocari filius tuus. dicit se dignum non esse filium nuncupari et tamen ex naturae uoce, ex illa substantia, quam illi pater fuerat aliquando largitus, in nomen trepidus ueritatis erumpit: pater, inquiring,
10 peccaui in caelum. frustra igitur quidam argumentantur 2 nomen patris in sanctos tantummodo conuenire, cum etiam hic deum patrem uocet, qui se filii nomine confitetur indignum; nisi forte ideo patrem audet uocare, quia plena mente conuersus est.

15 23. Dixit autem pater ad pueros suos: celerius proferte stolam priorem, stolam, quam Adam peccando perdidit, stolam, quae in alia parabola indumentum dicitur nuptiale, id est uestem spiritus sancti, quam qui non habuerit, non potest regis interesse conuiuio.

20 24. Et date anulum in manu illius, signaculum similitudinis Christi secundum illud: credentes signati estis spiritu repromissionis sancto. et ad principem dicitur Tyri, qui similitudinem conditoris amiserat: tu es resigna-

3 *Cant. 1, 5 5 *Luc. 15, 21 15 *Luc. 15, 22 17 cf. Matth. 22, 11—12 20 *Luc. 15, 22 21 *Eph. 1, 13 23 *Ezech. 28, 12—13

1 *pr.* seyr *QB* eir *D* *alt.* seyr *QB* 2 ut et *ς* gentium *WXQ*
errorem *ΣB* illi *W* pari *B* 3 similitudinem *WQ* et] sed *ς*
formosa *ς* filiae *ς*, sed cf. p. 145, 3 5 illi autem *Δ* caelo
Wa.c.m2 7 non e. dign. *ς* 11 sanctis *Q* 12 hic *om.* *ΣDB*
deum hic *ς* se *om.* *W* 13 aud. uoc. patr. *Σ* 16 priorem] *add.* et
induite (induit *Xm2*) eum *ΣDB, Xm2 s. l.* *alt.* stola *Xp.c.* Adam
s. l. m2 Σ perd.] amiserat *Q* 17 stolam quam *Σ* stola quae *X* stola
s. l. *m2 Q* in alia *s. l. m2 Q* 18 uestē (ē *in ras. m2*) *B*, *om.* *Q*
19 regis *s. l. X* 20 ipsius *Q* eius *B* eius illius *Σ* 21 in quem credentes
X, Bp.c. 22 spiritus *D* tyri dic. *DQ* 23 admiserat *Wp.c.m2*
es] *s. l. Σ, exp. Qm1Bm2, om. ς* resign. *ΔWX* sign. *cet.*

culum similitudinis et corona decoris, in deliciis paradisi dei natus es. Esaias quoque de hoc signaculo loquitur: tunc manifesti erunt, qui signantur. hoc signaculum in manu datur, quando opera iustitiae scriptura significat, ut ibi: factum est uerbum domini in manu Aggei prophetae; et ad Hierusalem: ornaui te, inquit, ornamento et inposui tibi armillas circa manus tuas. rursum ad eum uirum, qui indutus est podere, alius locus signaculi demonstratur: pertransi mediam Hierusalem et da signum in frontibus uirorum gementium et dolentium in omnibus iniquitatibus, quae fiunt in medio eorum. quare? ut postea possint dicere: signatum est super nos lumen uultus tui, domine.

25. Et calciamenta in pedibus eius. sponsi quippe perdidit dignitatem. nudis pedibus pascha celebrare non poterat. haec sunt calciamenta, de quibus dominus ait: et calceauit te hyacinthum. et calciamenta in pedibus eius, necubi coluber insidians plantam gradientis inuaderet, ut super scorpiones et serpentes securius ambularet, ut praepararetur ad euangelium pacis iam non ingrediens secundum carnem, sed secundum spiritum, et dictum ei propheticum conueniret:

3 *Esai. 8, 16 5 Agg. 1, 1 et 2, 2 6 *Ezech. 16, 11 9 *Ezech. 9, 4 12 Ps. 4, 7 14 *Luc. 15, 22 16 *Ezech. 16, 10 *Luc. 15, 22 18 cf. Gen. 3, 15 cf. Luc. 10, 19 19 cf. Eph. 6, 15 20 cf. Gal. 5, 16

1 corone ΣB 2 eius ante dei add. $\Sigma m2$, sed postea eras. est D
 3 manifeste W 5 agei $\Sigma a.c.m2$ aggaei D 6 pr. et] s. l. $m2 B$,
 om. ΣD dicentis ς Hier.] israhalem Σ 7 armilas $Qa.c.m2$
 rursus B uirum om. ΣDB 8 podere (o in ras. 2 litt.) Σ phodere D
 loci ΣD signaculo Σ 9 transi $\Sigma p.r.$ per mediam $\Sigma p.c.m2$
 per medium Q signaculum ΣDB 13 domini D 14 calciamentum
 ΣB quippe] quidem B 15 et nudis $Bp.c.m2, \varsigma$ pascha $\Delta \Sigma$
 17 iachinctum (iachincto $m2$) X iacinto (iacyncto $m2$) Σ iacintho D
 necubi scripsi nec (c eras. Σ) ubi $\Delta \Sigma WXQ$ ne (nec $m2$) ubi (u in ras.
 $m2$) B ne ubi D 18 gradientes (corr. gradientis $m1$ ingredientis $m2$)
 X ingredientis ΣDB ut A sed B et cet. et super—amb.] in mg.
 inf. $m2$ Σ 19 securior B praeparetur ΣWDB 20 egrediens WX
 gradiens ς

quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!

26. Et adfert vitulum saginatum et occidite, et manducemus et epulemur, quoniam hic filius meus mortuus fuerat et reuixit, perierat et inuentus est. vitulus saginatus, qui ad paenitentium immolatur salutem, ipse saluator est, cuius cotidie carne pascimur, cruore potamur. fidelis mecum lector intellegis, qua pinguedine saturati in ructum laudum eius erumpimus dicentes: eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi, licet quidam superstitiose magis quam uere non considerantes textum psalmi ex patris persona hoc arbitrentur intellegi. quod autem ait: epulemur, quoniam hic filius meus mortuus fuerat et reuixit, perierat et inuentus est, ad eundem superioris parabolae pertinet sensum, in qua dicitur: sic, dico uobis, gaudium erit coram angelis dei super unum peccatorem paenitentiam agentem.

27. Et coeperunt epulari. hoc conuiuium cotidie celebratur, cotidie pater filium recipit: semper Christus creditibus immolatur.

28. Erat autem filius illius senior in agro. hucusque de persona iunioris filii disputatum est, quem secundum

1 *Esai. 52, 7 3 *Luc. 15, 23—24 8 cf. Ps. 62, 6 9 Ps. 44, 2 15 *Luc. 15, 10 18 Luc. 15, 24 21 *Luc. 15, 25

1 pacis *W* 6 penitentiam *Xa.c.m.2* poenitentiam *W* penitentiae (penitentis *m.2*) *B* pe(oe)nitentiae *SD* paenitentis *ς* salute *Q* · 7 est s. l. *m.2* *X* carni *Xa.c.m.2* 8 lect. mec. *B* qua *Δ,Xa.c.* quia *ΣWDQ,Xp.c.* quia eius (eius *del. m.2*) *B* pingui *Σa.c.m.2* pinguidine *Δ* pinguitudine *WX* saturati] salutaris *Q* 9 laudum *Σa.c.m.2* *D*, -dem *W,Xa.c.m.2* -dis *ς* inrumpimus *Xa.c.m.2* eructauit (ct *in ras. m.2*) *B* eructauit *Σ,Dp.c.* 10 quidem *SD* 11 contextum *WXQ* 12 hoc arbitrantur *Σ* arbitrentur hoc *ς* ait] dicit *Σp.c.* 13 hic *om.* *Q* 14 par. sup. *ς* 15 sic *om.* *Q* 16 quia gaud. *ς* coram] s. l. *Σ, om.* *W* uobis (*exp.*) coram *Δ* uno peccatore *QB,ΣWX p.c.m.2* 17 agente *QB,ΣWp.r.* 21 autem s. l. *m.2* *X* eius *B*, *om. D* 22 iun. fil. *ΔWX* fil. iun. *cet.*

praesentem parabolam in publicanis et peccatoribus, qui a domino ad paenitentiam prouocabantur, debemus accipere, secundum mysticos autem intellectus de futura quoque uocatione gentium prophetari. nunc ad seniore[m] filium sermo transgreditur, quem multi simpliciter ad omnium sanctorum personam, multi proprie ad Iudaeos referunt. et de sanctis quidem non difficilis interpretatio est in eo, quod dicitur: numquam mandatum tuum praeteriui, licet illud uideatur obsistere, quod reuersioni fratris inuideat. in Iudaeos autem cum liuor in fratris salute conueniat, hoc repugnat, quod numquam se dicat eius praeterisse mandatum; de quibus quid nobis uideatur, suis locis conabimur explanare. erat autem filius illius senior in agro, in terrenis operibus labore desudans, longe a gratia spiritus sancti, a consilio patris extorris. hic est, qui ait: agrum emi et necesse habeo exire et uidere illum; rogo te, habe me excusatum; hic, qui iuga bouum comparat quinque et legis onere depressus terrenorum sensuum uoluptate perfruitur; hic, qui uxore ducta ire ad nuptias non potest et effectus caro nequaquam unum esse cum spiritu; in huius personam etiam illius parabolae operarii congruunt, in qua prima, tertia, sexta, nona hora, id est uocationibus uariis, mittuntur ad uineam et indignantur sibi undecimae horae operarios coaequari.

7 Luc. 15, 29 12 *Luc. 15, 25 15 *Luc. 14, 18 16 cf. Luc. 14, 19 18 cf. Luc. 14, 20 19 cf. I Cor. 6, 16—17 20 cf. Matth. 20, 1—16

1 et pecc. om. Q qui—prouocantur (sic) in mg. Σ 2 prouocantur ΣD debemus om. D 3 aut. myst. ΣQ 7 difficilis Xa.c. difficilis Σa.c.m2 9 reuersione W in s. l. m2 Σ iudaeo ΔW, Xa.c. iudeorum Q 10 conueniat] cum uenisset m2 W 11 quod Σ 12 in locis Σ explicare Q autem] enim B illius s. l. Δ 13 in agro om. D 14 alt. a] s. l. Σ ac Q et a Bp.c.m2Σ 15 illa Σ (corr.) 16 abe W, D (corr.) qui s. l. B bouum W bobum Δ boum cet. comparat s. l. Σ emit Σ 19 et om. WX unum ΔΣDB uult unum Q, (ex uultu num m2) X uult W unum potest Σ 20 personam W, Xa.r. persona cet. 23 coequant W

29. Et cum ueniret, adpropinquauit domui et audiuit symphoniam et chorum. illud, quod in quodam psalmo superscribitur 'pro meleth', huic sensui conuenit, siquidem 'meleth' chorus in unum concinens dicitur. male autem quidam de Latinis symphoniam putant esse genus organi, cum concors in dei laudem concentus ex hoc uocabulo significetur; 'symphonia' quippe 'consonantia' exprimitur in Latinum.

30. Et uocauit unum de pueris et interrogauit, quidnam essent haec. et nunc interrogat Israhel, quare deus in gentium adsumptione laetetur, et aemulatione cruciatus paternam scire non potest uoluntatem.

31. Qui ait illi, quoniam frater tuus uenit et occidit pater tuus uitulum saginatum, quoniam incolumem illum recepit. causa laetitiae, quod pari in dei laudes toto orbe uoce concinitur, salus est gentium, salus est peccatorum. laetantur angeli, omnis in gaudium creatura consentit et de solo dicitur Israhel:

32. Iratus autem noluit intrare. irascitur se absente fratrem esse susceptum, irascitur eum uiuere, quem putabat extinctum. et nunc foris stat Israhel, et nunc discipulis euan-

1 *Luc. 15, 25 2 cf. Ps. 52, 1. 87, 1 8 *Luc. 15, 26 12 *Luc. 15, 27 18 *Luc. 15, 28

1 cum uenerit X conueniret *Wa.c.m2* et (s. l. Q) adpropinquauit W, Q (appropinquaret *m2*) et appropinquaret ζ alt. et] *eras. Q, om. ζ* 2 et—5 symphoniam in *mg. Q* corum W quorum B quod in *ras. m2 B* 3 maeleth X mahelth W melech *DQ* 4 ahelth W melech *XDQ* chorus B hochorus W concinnens W 5 symphoniam et chorum (*corr. m2*) X simphonia W genus] se aegenus W 6 concors] concorsi W chorus *EDQ* in] s. l. B, om. *ED* laudē Δ -de *cet. -dibus ζ* contentus *D* ex *om. ζ* 7 symphoniam *D* $\sigma\mu\phi\omega\nu\alpha$ ζ consonantiam Δ latino X 8 de] ex Σ 9 esset hoc (hec *D*) *DQ* interrogauit *Q* 10 ads. gent. Σ adsumptionem *D* 13 ill. inc. *Q* incolomem $\Delta\Sigma, Ba.c.m2$ 14 eum Σ est (*exp.*) quod B pari] pariter *Q* uoce huc transponit Δ laude Σ 15 totus orbis concinit *Q* concinnitur B concinetur W peccatori *D* peccatoris (is *ex i m2*) Σ 16 laetentur Σ omnes Δ, X (*corr.*) 19 uiuere] uenire *D, Xp.c.* uenisse Σ 20 stat] est W euangelia *Qmg.* (post audientibus) euangelium *WX*

gelia in ecclesia audientibus mater eius et fratres foris stant quaerentes eum.

33. Egressus autem pater illius coepit rogare eum. quam benignus et clemens pater! rogat filium, ut laetitiae domus particeps fiat; rogat autem per apostolos, euangelii 5 praedicatorum. e quibus Paulus ait: precamur pro Christo, reconciliamini deo, et alibi: uobis primum oportebat adnuntiare uerbum domini, sed, quia indignos uos iudicastis, ecce conuertimur ad gentes.

34. Ipse autem respondens ait patri suo: ecce tot 10 annis seruo tibi. pater supplex ad concordiam deprecatur, ille iustitiam, quae in lege est, sequens dei iustitiae non subicitur. porro quae maior iustitia dei, quam ignoscere paenitentibus, filium seruare redeuntem? ecce tot annis seruo tibi et numquam mandatum tuum praeteriui. quasi hoc 15 ipsum non sit praeterire mandatum, salutem alterius inuidere, ante deum se iactare iustitiae, cum nemo coram eo mundus sit. 2 quis enim laetabitur castum se habere cor, nec si unius quidem fuerit diei? Dauid confitetur et dicit: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis concepit 20 me mater mea, et in alio loco: si iniquitates attendis, domine, quis sustinebit? et hic dicit numquam se praeter-

1 cf. Matth. 12, 46 etc. 3 *Luc. 15, 28 6 *II Cor. 5, 20
7 *Act. 13, 46 10 *Luc. 15, 29 12 cf. Rom. 10, 5. 3 14 Luc. 15, 29
17 cf. Hiob 4, 17 18 *Prou. 20, 9 19 *Ps. 50, 7 21 *Ps. 129, 3

1 fratris B fratres eius WQ 3 eius Σ 4 rogans X 5 aut. pater ΣDB, Xp.c.m2 apost.] apost. per WXQ, B (per s. l. m2) apost. rogat per s euangelii ex euangelistas (?) X 6 pro] ex cum W, om. Σ 7 op. pr. B 8 adnuntiari DQB dei Σ quia] add. repulistis illud et s uos ind. Q uos s. l. m2 Σ 9 iudicastis] add. aeternae uitae s conuertemur X 10 ait patri suo resp. B ait ex autem D 11 annos Σ (corr.) 12 lege dei Q non] non sunt D 13 iustitiae Σ 14 fil. seru. red. om. Q seruare ΔWX suscipere cet. annos D 16 ipsum] suum Q salute Wa.c.m2 18 iactabitur coni. Engelbrecht ne W (in ras.), Xa.c. fuer. qu. diei ΣDB qu. diei fuer. s 19 et—enim om. ΣDB 20 conc.] peperit B me s. l. B 21 in s. l. m2 Σ iniquitates Δ -tem ΣDB -ti cet. attendes Σ 22 qui W se numq. praet. D numq. (se add. s. l. Bm2) praet. ΣB numq. praet. se Q

isse mandatum, totiens ob idolatriam captiuitatibus traditus.
 ecce tot annis seruo tibi et numquam mandatum 3
 tuum praeteriui. hoc est, quod Paulus apostolus loquitur:
 quid ergo dicimus? quia gentes, quae non sectaban-
 tur iustitiam, adprehenderunt iustitiam, iustitiam
 5 autem, quae ex fide est; Israhel uero sectando legem
 iustitiae ad legem iustitiae non peruenit. quare? quia
 non ex fide, sed quasi ex operibus legis. potest ergo et ex 4
 eius persona dici, qui iuxta eundem apostolum in iustitia,
 10 quae ex lege est, sine reprehensione uersatus sit, licet mihi
 uideatur magis se iactare Iudaeus quam uera dicere ad
 exemplum illius pharisaei: deus, gratias ago tibi, quia
 non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti,
 adulteri, et sicut hic publicanus. oro te, nonne tibi ui- 5
 15 detur ea, quae ille de publicano dixerat, dicere iste de fratre:
 hic, qui comedit omnem substantiam suam uiuens
 cum meretricibus? ad id autem, quod ait: mandatum
 tuum numquam praeteriui, patris sermo non congruit;
 non enim confirmauit uera esse, quae dixerat filius, sed ira-
 20 scentem alia ratione conpescuit: fili, tu mecum es semper.
 numquid ait: 'bene quidem dicis et fecisti cuncta, quae iusse- 6
 ram'? sed: 'mecum es', inquit, 'semper. mecum es lege, qua
 stringeris; mecum es, dum mihi et in captiuitatibus erudiris;

2 Luc. 15, 29 4 *Rom. 9, 30—32 9 cf. Phil. 3, 6 12 *Luc.
 18, 11 16 *Luc. 15, 30 17 *Luc. 15, 29 20 *Luc. 15, 31

1 idolatriam *W, Xa.c.m.2* 2 quot *B* annos *D* 4 dicemus *DQB*
 quia] qui *W* quod *B* 6 autem *om. SD* 7 ad *ex* in *A* 8 sed—
 oper.] *in ras. m.2 B* sed] *se D* legis *s. l. m.2 X* ergo et]
 autem *Q* et ex eius *s. l. Σ* 9 quia *Σ* in *om. SD* iustitiae *Σ*
 11 iudaeos *ΣWX* iudaeum *Q* uere *Σ* 12 deus *AW* dicentis deus
DB, ΣXp.c.m.2, om. Q 13 sicut et *A* 14 sicut et *ΣDB* nonne]
 non *Q* 15 ea quae] quod *Q* ista (*ū in ras. m.2 Σ*) 16 hic
 est *Σ* commedit *Σa.c., B* omnem *s. l. Σ* suam *om. DB* 17 ad
 id] adit (addit *m.2 W*) numq. mand. t. *Σ* 18 numquam] non *B*
 20 filii *A* semp. m. es *Σ* 21 numquid] non *Q* 22 *alt.* mecum *ex*
me Xm.2 23 adstringeris *B*

mecum es, non quia mea praecepta conpleueris, sed quod te in longam regionem abire non passus sim; mecum es ad extremum secundum illud, quod locutus sum ad Dauid: si dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint et mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum et in flagellis iniustitias eorum; misericordiam autem meam non auferam ab eo'. quo testimonio et id, in quo filius senior gloriatur, falsum esse conuincitur, dum in dei iudiciis non ambulauit et eius mandata non fecit. et, quomodo ista non faciens cum patre semper fuerit, edocemur: dum peccans uisitatur in uirga et uisitato misericordia non negatur. nec mirandum est patri eum ausum fuisse mentiri, qui fratri potuit inuidere, maxime cum in die iudicii quidam inpudentius mentiantur: 'nonne in nomine tuo comedimus et bibimus et uirtutes multas fecimus, daemonia eiecimus?' quid uero sit: et omnia mea tua sunt, suo loco congruentius explicabitur.

35. Et numquam dedisti mihi haedum, ut cum amicis meis epularer. 'tantus', inquit Israhel, 'sanguis effusus est, tot hominum caesa sunt milia, et nullus eorum nostrae extitit salutis redemptor. ipse Iosias, qui placuit in conspectu tuo, et nuper Macchabaei, qui pro tua hereditate pugnabant,

3 *Ps. 88, 31—34 15 cf. Matth. 7, 22. Luc. 13, 26 17 Luc. 15, 31 19 Luc. 15, 29 22 cf. IV Reg. 22, 2

1 praec. mea ζ quo WX 2 longuam B longinquam ζ sum DB es $om.$ ΣD 3 sum in $mg. m2$ X si autem Σ derelinquerent X ($corr.$), derelinquerint W deliquerint Q 5 iustitias WXQ 7 iustitias D ($corr.$), peccata B 8 auferam] dispergam D eo] eis ΣDB 9 id in quod A in ($eras. X$) id in quo WX id quod Q 10 ambulat $\Sigma D, Ba.c.$ facit $\Sigma XD, Ba.c.m2$ 11 non s. l. Σ semp. fu. ed.] fuisse semp. docetur B fu. ed.] fuerit et docemur Q fuisse docetur (dicitur $Xm2$) $\Sigma D, Xp.c.m2$ 13 est $om.$ ΣDB 14 inuideri WX 15 dicentes nonne ζ 16 $alt.$ et $\Delta X, om. cet.$ fecimus et ζ eiecimus ΣD 17 sit] sint ($n. eras.$) A 18 explicabimus B 19 mihi ded. $A. item p. 135, 15, sed cf. p. 135, 7$ 20 israhel A populi israel B israel $cet.$ 21 tot $om.$ WX 23 macchabaei ΔX machabaei DQ machabaei WB mahabaei ($machabaei m2$) Σ ab ($eras.$) hereditate W

contra fas sanctitatis hostium gladiis interempti sunt, et nul-
 lus cruor nobis reddidit libertatem: ecce adhuc Romano im-
 perio subiaceamus. non propheta, non sacerdos, non iustus
 quisquam immolatus est nobis, et pro luxurioso filio, id est
 5 pro gentibus, pro peccatoribus totius creaturae gloriosus san-
 guis effusus est; cumque merentibus minora non dederis,
 inmeritis maiora tribuisti. numquam dedisti mihi haedum,
 ut cum amicis meis epularer'. erras, Israhel; dic potius: 2
 'ut tecum epularer'. aut potest tibi aliqua esse iocunditas nisi
 10 patre tecum celebrante conuiuium? saltem exemplo docere
 praesenti. reuerso filio iuniore et pater laetatur et pueri. man-
 ducemus, ait, et epulemur, non 'manducate et epulamini'.
 at tu ea mente, qua inuides fratri, qua a patris recedis aspectu
 et semper in agro es, nunc quoque uis absente eo inire con-
 15 uiuium. numquam dedisti mihi haedum. numquam pater 3
 deteriora dat munera. habes uitulum immolatum: ingredi, re-
 manduca cum fratre. quid haedum quaeris, cui agnus est
 missus? et, ne similes te nescire, quod missus est, Iohannes
 tibi eum in heremo demonstrat: ecce agnus dei, ecce, qui
 20 tollit peccata mundi. et pater quidem quasi clemens et
 paenitentiam tribuens te hortatur ad uitulum non immolans
 haedum, quem stare scit a sinistris. tu uero in fine saeculi

7 Luc. 15, 29 11 Luc. 15, 23 15 Luc. 15, 29 19 *Ioh.
 1, 29 22 cf. Matth. 25, 33

1 fas s. l. m2 Σ nullus eorum Q nullius S 2 reddit X 3 non
 sacerdos s. l. Σ 4 quisque Σ pro nobis Sp.c.m2,S alt. est s. l. Σ
 5 alt. pro om. B peccatricibus B glor.] glor. creatoris B 7 non (eras.)
 tribuisti W 8 erras—epul.] in mg. inf. m2 Σ, om. W 9 epuler Q
 ibi al. esse W tibi esse al. ΣDB esse tibi al. S 10 saltem ΣWB
 11 puer Q 12 aepulemini (alt. e in ras. m2) Σ 13 ad (at m2) tu
 ea X ad tua W aut tua Q 14 nunc] num WX abs. eo] ex ab-
 sente m2 Σ absentem W eo absente S 15 mihi ded. A numquam]
 quē (e in ras. m2) W 16 ditiora B ditiora D diciora Σ 17 quaeris
 om. W cui] cum W miss. est W 18 et om. W missum D
 iohannis Xa.c.m2 19 eum om. WXQ demonstrabat Σ demonstraui DB
 20 peccatum B 21 ad s. l. Σ 22 quem—haedum] in mg. sup. m2 X
 scitis (s. l.) Σ putas W in sinistris W ad sinistram S finem WX

ipse tibi es haedum immolaturus antichristum et cum amicis tuis, spiritibus inmundis, eius carne saturandus expleto uaticinio: tu confregisti capita draconis; dedisti eum escam populis Aethiopibus.

36. Cum autem filius tuus hic, qui comedit omnem facultatem suam uiuens cum meretricibus, uenit, et occidisti ei uitulum saginatum. confitetur et nunc Israel saginatum uitulum fuisse, qui caesus est; intellegunt uenisse Christum, sed torquentur inuidia et nolunt fratre non pereunte saluari. 5 10

37. Ipse autem dixit illi: fili, tu mecum es semper et omnia mea tua sunt. filium uocat, licet intrare nolentem. quomodo autem dei omnia Iudaeorum sunt? numquid angeli, throni, dominationes ceteraeque uirtutes? 'omnia' ergo intellegamus legem, prophetas, eloquia diuina. haec ei dedit, ut in lege eius meditaretur die ac nocte, secundum illum canonem, quem saepe exposuimus, scripturarum 'omnia' non ad totum referenda esse, sed ad partem maximam, ut ibi: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, et alibi: omnes, qui uenerunt ante me, fures fuerunt et latrones, et Paulus ad Corinthios: omnibus, inquit, omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem, et ad Philippenses: omnes enim, 15 20

3 *Ps. 73, 14 5 *Luc. 15, 30 11 *Luc. 15, 31 16 cf. Ios. 1, 8. Ps. 1, 2 18 Ps. 13, 3 19 *Ioh. 10, 8 21 *I Cor. 9, 22
22 *Phil. 2, 21

1 tibi *om.* *W* es *s. l. m2 W* ante christum *W* anticristum
(*pr. i ex e*) *X* 3 caput *ΣDB* drac. magni *ς* eum in *D, Σp.c.*
4 aethiopum *ΣWD* 5 hic *om. Σ* cōmedit *B* deuorauit *ς* omnem
substantiam suam *B* facultatem suam *W, om. X* 6 et *ΔWX, om. cet.*
7 ei] illi *B, om. ΣQ* 8 uit. sag. *W* intellegunt *om. W*
9 ininuidia (*pr. in exp.*) *B* fratre *om. W* non per.] non poterunt *W*
redeunte *Q* 11 illi *om. W* semp. m. es *ς* 12 mea omnia *ς*
13 sint *ΣD* 16 meditarentur *ς* illud (*t ex n*) *D* illud *Σ* cano-
nem] *in ras. m2 B* nomen *ΣD* 17 quem] quam *Σ q̄* (*o in ras. m2 B*)
saepe *exp.*] se proposuimus *W* in scriptura *Σ* 18 ref. esse *om. W*
referendum *Σa.c.* referanda *Q* refferenda *B* maxime *Σ* 22 et *om. Σ*
ad *s. l. Σ* philipenses *WXQ, Σ* (*alt. e ex i*)

quae sua sunt, quaerunt, non ea, quae sunt Christi Iesu. quamquam nihil umquam illi negasse credendus sit, quem ad esum uituli cohortatur.

38. Epulari nos oportet et gaudere, quoniam hic frater tuus mortuus fuerat et reuixit, perierat et inuentus est. confidamus igitur et nos uiuere posse per paenitentiam, qui fueramus mortui per delicta. et hic quidem ipse filius reuertitur; in superioribus uero, in oue scilicet et in dragma, quod errarat, adfertur et, quod perierat, inuenitur. et simili tres parabola²e fine clauduntur, dum et in ista² ponitur: perierat et inuentus est, ut intellegamus diuersis similitudinibus de eadem peccatorum susceptione signatum.

39. Et haec quidem in ethnici persona dicta sint et Iudaei; uideamus autem, quomodo super sancto generaliter et peccatore parabola ista possit intellegi. et de ceteris quin iusto conueniant, non ambigitur; illud est, in quo legenti scrupulus commouetur, cur iustus saluti peccatoris inuideat et in tantum iracundia repleatur, ut nec fratris misericordia nec patris precibus nec totius domus iocunditate superetur. ad quod breuiter respondebimus omnem mundi istius iustitiam²

4 *Luc. 15, 32 8 cf. Luc. 15, 4—7. 8—10 11 Luc. 15, 32
20 cf. Hiob 4, 17

1 ea om. Q sunt s. l. Σ ihu xpi B 2 illi nihil umquam Q illi neg. cred. sit] negasset W credendum ΣD 3 esum uituli cohortatur (coartatur W) ΔWXQ suum uitulum (esum uituli Bm2) cohortatur (hortatur D) edendum ΣDB uituli hortatur esum Σ 4 aepulari (i ex e) Σ epulare X nos] tibi W 5 mortuus s. l. Δ 6 confidamus (a ex i uel e m2) B nos uiuere nos WX, Q (alt. nos eras.) 7 per s. l. Σ 9 in om. Q errauerat Δ errarat B (tert. r in ras. m2) erraret Q erat W et—inu. om. Q 10 simile Xa.c.m2 et ΔB, om. cet. 11 ut] et ut X 13 falso edd. sectionis 39 exordium sumunt a uideamus sunt Σ, Xa.c.Ba.c.m2 et Iudaei] om. W, add. aliter Σ 14 autem] igitur W 15 peccatorum Q quin] que in Bp.c.m2 qui in ΔQ, Σa.r. 16 conueniat D, Σa.c.m2 illud uero Q qua Σ legentē (ē in ras. m2) B 17 scripulus Ba.c.m2 commouetur (a.r. comoueat (at in ras. m2, fuit tur) B mouetur W salute Xa.c.m2 inuideat s. l. m2 X 18 nec s. l. Σ miseri Σ (corr.) 19 iucunditate Dp.c. 20 respondimus W huius Σ

ad dei comparationem non esse iustitiam. quomodo enim ex peccatis Hierusalem Sodoma iustificatur, non quo ipsa sit iusta, sed quo maioribus delictis fiant minora delicta iustitia, ita et hominum uniuersa iustitia non est, deo conlata, iustitia.

3 denique Paulus, qui dixerat: quotquot ergo perfecti, hoc 5
sapimus, in alio loco confitetur et clamat: o profundum diuitiarum sapientiae et scientiae dei, quam inscrutabilia iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! et alibi: ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus, et: nunc per speculum uidemus in aenigmate, et ad Romanos: miser ego homo, quis me liberabit de corpore 10
4 mortis huius? ex quibus omnibus edocemur dei solius perfectam esse iustitiam, qui solem suum oriri facit super iustos et iniustos et dat pluuiam serotinam et matutinam merentibus pariter et non merentibus, qui de uicis, angulis et plateis 15
inuitat ad nuptias et ouem, quae ad exemplum filii paenitentis redire ipsa non poterat uel nolebat, quaerit et inuenit et inuentam suis umeris reportat. multum enim errando laborauerat.

1 cf. Luc. 10, 12 5 *Phil. 3, 15 6 *Rom. 11, 33 9 I Cor. 13, 9 10 *I Cor. 13, 12 11 *Rom. 7, 24 13 cf. Matth. 5, 45
15 cf. Matth. 22, 9—14 etc. 16 cf. Luc. 15, 4—6

1 nec Q ex pecc.] ex expectatis m2 X 2 Sodoma om. W
quod WXQ 3 quod XQB, om. W iustitiae WXQ iusticia
(del.) B, om. SD 4 itaque WX hom. omnium S collata deo Q
5 qui] s. l. S, om. Q quodquod Δ, ΣWX (corr.) ergo] autem Q
perfecti sumus S 6 sapiamus WXQ, Σa.c.Bp.c. clamat B 7 sap.]
et sap. X et sap. dei W scrutabilia Xa.c.m2 8 sunt iudicia
SDQB, Xp.c.m2 uestigabilis (-biles m2) W inuestigabiles S alt. eius]
illius X 9 alt. et] id est Q 10 uid. per spec. Σ uidemus et B
11 liberauit ΔSD, Xa.c.m2 corporis Δ 12 omnes Q edocemur B
docemur W 13 orire X, Σa.c. 14 alt. et Δ, om. cet. dat] dá
(dās m2) Q 15 par. et non mer. om. D et plateis (h exp.) et
angulis B 16 nuptias] add. et de intus quosdam iam quasi securos
expellit foras B qui Δ 17 ipsa redire ΣWDB 18 humeris
(h eras. X) codd. roportabat (sic! ba exp. m2) B portat Δ erran-
dum W orando Q

40. Ut autem doceamur in sanctos quoque cadere posse inuidiam et soli deo puram clementiam derelinqui, filiorum Zebedei consideremus exemplum, pro quibus cum mater mota pietatis affectu nimis grandia postulasset, reliqui decem discipuli
 5 indignati sunt. et Iesus aduocans eos dixit: scitis, quia principes gentium dominantur eorum et, qui maiores sunt, potestatem exercent in eis. non ita erit inter uos, sed quicumque uestrum uoluerit maior esse, fiat uester minister et, quicumque uoluerit inter uos
 10 esse primus, fiat uester seruus; quomodo et filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis. nulli periculum, nulli uideatur esse blasphemum, quod et in apostolis inuidiae malum diximus potuisse subrepere, cum etiam de
 15 angelis hoc putemus. sidera quippe non sunt munda in conspectu eius et contra angelos suos peruersum quid intellexit et in psalmis dicitur: non iustificabitur in conspectu eius omnis uiuens. non ait 'non iustificabitur
 20 apostolus, non propheta, — ad maiora conscendo — non angelus, non throni, non dominationes, non potestates ceteraeque uirtutes. solus deus est, in quo peccatum non cadit; cetera,

2 cf. Matth. 20, 20—28 etc. 5 *Matth. 20, 25—28 15 *Hiob 15,
 15 16 *Hiob 4, 18 17 Ps. 142, 2 22 cf. I Ioh. 3, 5

1 doceamus Σ posse] s. l. Σ , om. WQ 2 inuidia W 3 zebedei D mota] tot Q 4 decim $\Delta W, Xa.c.m.2$ 5 uocans Δ
 6 dominatur $\Sigma a.c.m.2$ 7 eos W 8 quic.—et om. $\Sigma D, B$ (in $mg.$ post uestrum addit $m.2$ uoluerit inter uos maior esse sit uester minister et quicumque) uestrum (om. Q) uoluerit inter uos WQ maior—uos om. W 9 fiat—primus om. X fiat ΔQ sit ζ quic.] add. uestrum ΣDB 10 esse s. l. Σ fiat] sit ζ quom.] quoniam ζ et om. ΣDQB 12 suam in Δ meam Q 13 apostolis ΔQ -los cet. 14 pot.—put.] in $mg.$ sup. $m.2$ X , om. W subripere $\Sigma XD, Ba.c.m.2$ 15 hoc] hoc dictum ζ putamus $Ba.c.m.2$ in consp. eius s. l. $m.2$ Σ 18 eius $\Delta \Sigma DB$ tuo cet. alt. non om. ΔWX 20 conscendendo W, B (den exp.) angeli ΣWXQ 22 deus om. WQ est om. WX quem XQ , om. W cadet WD et cetera X

cum sint liberi arbitrii, iuxta quod et homo ad imaginem et similitudinem dei factus est, in utramque partem possunt
 4 suam flectere uoluntatem. quodsi hac sententia non adduceri, saltem illius auctoritate parabolae commouere, in qua per totam diem operarii mittuntur ad uineam. et in prima hora 5 uocatur Adam, Abel, Seth; in tertia Noe; in sexta Abraham; in nona Moyses; in undecima gentilium populus, cui dicitur: quid hic statis tota die otiosi? et ille respondit: nemo nos conduxit. quod autem extrema hora nostri sit saluatoris aduentus, testis est Iohannes apostolus dicens: fratres, nouissima hora est. etenim, sicut audistis, quia antichristus 10 uenit, nunc antichristi multi facti sunt, propter quod cognoscimus, quia nouissima hora est. si haec displicet interpretatio, sequor, quocumque duxeris, ita tamen, ut eos, qui uocati sunt primi, iustos esse fatearis. quod cum obtinero, illud 15 inferam: et quomodo iusti murmurauerunt aduersus patrem familias dicentes: hi, qui nouissimi uenerunt et una hora fecerunt, aequales illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei et ardorem? uidentur quidem iuste dicere

1 cf. Gen. 1, 26 4 cf. Matth. 20, 1—16 8 Matth. 20, 6—7
 10 *I Ioh. 2, 18 16 *Matth. 20, 11—12

1 sint *om.* *W* ad *om.* *W* imagini imaginem *W* dei et sim. *Q*
 2 utraque parte ΣD 3 flectere] implectere *B* quodsi—17 dicentes *tr.*
post p. 142, 6 gentium Δ ad hanc sententiam *Ba.c.* 4 saltim ΣWXB
par. auct. Q 5 totum $WXDB$ in *s. l. m2* Σ 6 uocantur ΣDB
habel Σ (*h eras.*), *DB* sedh ΣD sed *W* 7 gentium populus (*populis* *Xa.c.m2*, *Wp.r.*) $WXDQB$ populus gentium Σ cui dicitur
om. Q cui *s. l. m2* *X* 8 quid hic statis *om. A* illi responderunt *S*
 respondet *Bp.c.m2* 9 nostri *om. S* 10 testis—dicens] iohannes testatur *Q*
 iohannis Δ , *Xa.c.m2* 11 etenim—13 est in *mg. inf. S* 12 et nunc *WQ* nunc autem *S* 15 primus *W* prius *Q*
 iustus *W* 16 et *om. WQ* murmurabant (*alt. u ex o m2*) *W* aduersum XDQ
 17 hi—141, 4 eis] exciderunt in Δ qui *om. S* uen. et in *mg. m2* Σ unam horam *W, Xa.r.* 18 fecerunt] *s. l. add.*
 et Σ fecistis *B* 19 ardorem] aestus *S*; reliqua epistulae pars abest in *W* iuste quidem Σ

non aequalem debere esse mercedem eius, qui a prima hora ad noctem usque sudauerit, et eius, qui una hora sit in labore uersatus, sed ipsa iustitia habet in se liuorem, cur alterius inuideat felicitati. denique et dominus oculum in eis arguit 6 .
 5 inuidem dicens: aut oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? unde et ab apostolo solus iustus, solus dicitur immortalis, non quo et angeli iniusti sint et mortales, sed quo ipse sit immortalis et iustus, cui conlata uniuersa iustitia iniquitas inuenitur.
 10 41. Ut autem in hac eadem parabola, quam nunc proposuimus, iniustitiam intellegas conductorum, adtende paulisper. qui prima hora conductus est, plus meretur ab eo, qui hora tertia est missus ad uineam; rursum horae tertiae operarius sextae horae operarium antecedit et sextae horae nonae horae
 15 uincit operarium. quomodo igitur nouissimo omnes inuidet et eandem in se iustitiam non requirunt? tu, qui hora nona con- 2
 ductus es, cur inuides ei, qui undecima hora est missus in uineam? quodcumque responderis, quamuis diuersum adserueris laborem, ut et praemium maius in diuerso labore merearis, eidem
 20 apud sextum sententiae subiacebis. et tu, qui hora sexta con-

5 *Matth. 20, 15 6 cf. I Tim. 1, 17. 6, 16

1 esse debere Σ esse Q mercedem s. l. Σ a] s. l. Σ , om Q
 2 usque ad noctem B in una X sit hora Σ sit ex ut D 3 uer-
 satur D ista ς liuorem] laborem DQ cur] cum ς 4 inuide-
 ant DQ denique et] in *mg. m2* Σ et om. XB 5 dic. amice ς
 aut] an $B, Qp.c.$ 7 quo] $\overset{\circ}{q}$ (o in *ras. m2*) B quod Q pr. et ΔX , postea
 in *lin. add.* Q , om. *cet.* sint ini. ς 8 quo] $\overset{\circ}{q}$ (o in *ras. m2*) B
 quod Q sit ipse B immortalis] *add., sed postea del.* non quo et
 angeli iniusti sint et mortalis sed quo ipse sit immortalis X conlocata Δ
 9 non inu. $\Delta \Sigma$ 10 in om. X proponimus ΣDB 11 cond. ad ter-
 tiam Q 12 conductus B quod plus Q 13 quo (*del.*) missus est Σ
 tertii Δ oper. et ς 14 pr. sextae—nonae] quintae horae operarium
 antecedit quintae horae operarius et sextae Q 15 op. uincit B ergo Σ
 16 in] inter ς hora] in Q 17 est Q in und. hora Q undecimam horam X
 est hora B in] ad B 18 adserueris X asseueres Q, B (asserueris *m2*)
 19 et] ad Σ , om. Q in] ex Q , om. X 20 apud—subiac.] qua tu qui
 sexta hora uenit sententiae subiacet Q sextum] sextam X sexta] $\cdot IX \cdot Q$

ductus es, nouissimo inuides, cur tecum denarium, id est aequalem consequatur salutem, licet salutis pro labore diuersa sit gloria. eadem de te tertius potest dicere et de tertio rursum primus
 3 uerum ipsi inter se ob non aequalem laborem et uocationis spatia diuersa aequale praemium libenter accipiunt; in nouis- 5
 simo tantum operario, id est in gentium salute, discordant et domino iniuriam faciunt et sub omnibus parabolis arguuntur inuidiae.

42. Non ambigo, quin inculta tibi nostrae paruitatis uideatur oratio; sed saepe causatus sum excoli non posse sermonem, 10
 nisi quem propria manus limauerit. itaque ignosce dolentibus oculis, id est ignosce dictanti, maxime cum in ecclesiasticis rebus non quaerantur uerba, sed sensus, id est panibus sit uita sustentanda, non siliquis.

13 cf. Luc. 15, 16—17 et Horat. epist. II 1, 123

1 id est s. l. Σ 3 potest tertius ΣDB tertio] tertie ΣD tertia (ex tertia) B 4 non] norae Q 5 aequalem ΣX (corr.) 6 salute—14 siliquis om. A 9 tibi] ibi Q 10 expoliri S 11 itaque] id Q 12 in s. l. B 13 queruntur $\Sigma D, B$ (querantur $m. 2$) id est] itē Σ panibus] add. uiuimus (del. $m. 2$) B 14 siliquis] add. explicit ad damasum de duobus filiis Σ

XXII.

AD EUSTOCHIUM.

1. Audi, filia, et uide et inclina aurem tuam et obli-
uiscere populum tuum et domum patris tui; et con-

3 Ps. 44, 11—12

ϵ = *Parisinus nou. acq. lat. 446 s. VI* (cont. p. 144, 11 non expedit—13 descendere; 146, 12 stadium—13 coronemur; 148, 10 non quaerit—15 potestatem; 152, 5 nolo—14 Christus).

K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*

I = *Bernensis 611s. VIII* (cont. p. 189, 7 referam—191, 18 serues).

H = *Monacensis lat. 6299 s. VIII—IX* (caret parte epistulae, quae est p. 155, 2 et frequentes—160, 7 mentita).

i = *Monacensis lat. 4577 s. VIII—IX* (cont. p. 143, 3 audi—144, 1 decorem tuum; 144, 11 non expedit—13 descendere; 146, 4 habent—13 coronemur; 149, 11 si Paulus—150, 9 malae; 185, 1 sed ne—192, 9 gentilium; 193, 10 at nunc—194, 6 denario; 195, 14 quidam—196, 9 criminis).

σ = *Monacensis lat. 6229 s. VIII—IX* (cont. eadem, quae i).

Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*

D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*

Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*

k = *Vaticanus lat. 650 s. X.*

Ψ = *Augustodunensis 17 A s. X* (praebet fol. 1^r—3^v initium epistulae usque ad p. 151, 11 polluetur; reliqua pars folii 3^v scriptura uacat; sequitur a fol. 4^r paulo antiquiore manu scripta pars epistulae, quae est a 148, 16 sed gladium usque ad finem. itaque pars 148, 16 sed gladium—151, 11 polluetur nunc in codice bis legitur; discrepantiam scripturae litteris Ψ^1 (= fol. 3) et Ψ^2 (= fol. 4), consensum sola littera Ψ indicaui).

t = *Casinensis 298 s. X—XI* (cont. initium epistulae usque ad p. 171, 12 felicitas).

B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad eustochium $\epsilon B, \Sigma$ (in mg. add. m2 de uirginitate seruanda), ad eustochiam (eusthociam K) de uirginitate $K\Phi$ de uirginibus H ad eusthociam uirginem dei $\iota\sigma$ ad eustochium de uirginitate seruanda (inter cetera add. l) Ik ad eustochium filiam sc̄e paule de uirginitate seruanda D , titulo carent Ψt ; Hieronymi nomen exhibent tituli in $IHC\Sigma D\Phi k B$ 3 audi filia om. Ψ 4 populi (om. tuum) t domus t alt. et] quia H quoniam Ψ concupiscit $K\Phi$ concupiuit H

cupiscet rex decorem tuum. in quadragesimo quarto psalmo deus ad animam loquitur humanam, ut secundum exemplum Abrahæ exiens de terra sua et de cognatione sua relinquat Chaldaeos, qui 'quasi daemonia' interpretantur, et habitet in regione uiuentium, quam alibi propheta suspirat dicens: credo
 2 uidere bona domini in terra uiuentium. uerum non sufficit tibi exire de patria, nisi obliuiscaris populi et domum patris tui et carne contempta sponsi iungaris amplexibus. ne respexeris, inquit, retro nec steteris in tota circa regione; in montem saluum te fac, ne forte comprehenda-
 10 ris. non expedit adprehenso aratro respicere postergum nec de agro reuerti domum nec post Christi tunicam ad tollendum
 3 aliud uestimentum tecta descendere. grande miraculum: pater filiam cohortatur: 'ne memineris patris'. uos de patre diabolo estis et desideria patris uestri uultis facere di-
 15 citur ad Iudæos et alibi: qui facit peccatum, de diabolo

3 cf. Gen. 12, 1 5 Ps. 26, 13 8 *Gen. 19, 17 11 cf. Luc. 9, 62 12 cf. Matth. 24, 17—18 etc. 14 *Ioh. 8, 44 16 *I Ioh. 3, 8

1 speciem tuam *H* tuum] *add.* quia ipse est dominus deus tuus *Ψ* hoc in *B* quadr. et IIII ps. *B* ps. XLIII^{to} *Ψ* 2 loq. ad an. *t* humanam nam *Σ, Bp.c.* ut] et *Φ, om.* *Ht* 3 exiente *H* terra] ara *D* *pr.* sua] tua *H, om.* *Ψ* *alt.* de *om.* *k* relinquit *Φ* relin-
 quens *Ψ* 4 caldeos *KDΦΨB* qui] quos *Φ* demones *Ψ* inter-
 pretatur *Φ* 5 quam] item *Φ* propheta *om.* *Ψ* 6 terra] regione *HΨ*
 7 patria tua *ΣDB, tp.c.* terra tua *ς* nisi et *ΣDB, tp.c.* populum (*corr.*) *K* populum tuum (uu *ex u*) *Φ* populi (*s. l. tui m.2*) *B* domum *KHΦ, Σa.c.* domus *cet.* 8 et] ut *ς* carne] cognatione *Ψ* *xpi (m.2)* sponsi *B*
 ne] non *H* 9 inquit *om.* *Ψ* nec] ne *K* in tota *om.* *Ψ* tota] *s. l.* *Φ* totā *ΣDkt* omni *ς* circa] circa *****te* *Φ, om.* *K* regionē *kt*
 10 in] sed in *ΣDΨB, tp.c.* montem *KΨ* -te *cet.* saluam *kΨtB*
 faciam *Φ* 11 post tergum *εiςΨt* 12 ad toll.] ad tollens *Ψ* al. uest. toll. *Φ* tollendam *Σ* 13 de tecto (o *ex um m.2*) *ε* nec de tecto *Ψ* tecto *k*
 disc. *εa.c.m.2, H* descendere *iς* discedere *Ψ* descenderet *Φ* pat. fil.] patrem familiae *H* 14 memineris *KHΦ* -rit *cet.* patris sui *Σt*
 patri suo *D* patris suo (suo *del.*) *B* patris de quo dictum est *k* diabolo (*zabulo Ψ*) patre *Ψt* 15 nati estis *Ψ* fac. uult. *Φ* dicitur *om.* *k*
 16 de] *s. l. t ex (s. l.) B*

est. tali primum parente generati nigri sumus et post pae-
 nitentiam necdum culmine uirtutis ascenso dicimus: nigra
 sum et speciosa filia Hierusalem. exiui de domo in- 4
 fantiae meae, oblita sum patris, renascor in Christo. quid pro
 5 hoc mercedis accipio? sequitur: et concupiscet rex deco-
 rem tuum. hoc ergo illud magnum est sacramentum: propter
 hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit
 uxori suae et erunt ambo — in carne una? iam non, ut
 ibi, in una carne, sed spiritu. non est sponsus tuus adrogans, 5
 10 non superbus: Aethiopiassam duxit uxorem. statim ut uolueris
 sapientiam ueri audire Salomonis et ad eum ueneris, confite-
 bitur tibi cuncta, quae nouit, et inducet te rex in cubiculum
 suum et mirum in modum colore mutato sermo tibi ille con-
 ueniet: quae est ista, quae ascendit dealbata?
 15 2. Haec idcirco, mi domina Eustochium — dominam quippe
 debeo uocare sponsam domini mei —, ut ex ipso principio lecti-
 onis agnosceres non me nunc laudes uirginitatis esse dicturum,

2 *Cant. 1, 5 5 Ps. 44, 12 6 cf. Eph. 5, 32 *Gen. 2, 24 etc.
 9 cf. I Cor. 6, 17 cf. Num. 12, 3. 1 11 cf. Matth. 12, 42 etc.
 12 cf. Cant. 1, 4 14 *Cant. 8, 5

1 tale *H* primo *kt, Bp.c.m2, om. H* generatis *tp.c.* sumus] 5
 ut *H* 2 uirtutum culmine Σ ascensio *H* accenso ΣD 3 sum *om. \Psi*
 et] sed *B* se *D* filiae *t* Hier.] israhel *H* exii *k* 4 oblitus *K*
 (*corr.*), ΣD patris mei $\Sigma D \Psi B$ 5 sequitur *om. H* et] ecce *k*
 concupiscit *KHD\Phi* rex *s. l. m2 \Sigma* 6 in hoc Ψ 7 relinquit(d) *Ht*
 matrem suam ζ 8 uxoris *H, k (corr.)* duo Ψ in carne una *om.*
\Sigma DtB non ut] et non Φ 9 carne una *k* spiritu *H\Phi, ta.c.* in
 spir. *K\S DkB, tp.c.* in uno spir. Ψ 11 aud. ueri ζ uiri Σ (*corr.*), Φ
 et] cum *t* 12 cuncta] tunc Φ et *om. t* ind.—suum] ipse te rex
 in cubiculum suum adducet Ψ inducit *KH* introducet *t* ideo ducit Φ
 te *om. D* 13 et] ut Φ in *om. k* calore *H* ille *om. \Phi* con-
 ueniat Φ 14 non asc. Φ albata *H* de alia Φ 15 dom. mi ΣD
 mi dom. mi (*alt. mi s. l.*) *t* eustochia dom. Ψ eustochium *K*
 eustochia $\Phi\Psi, Bp.c.$ eustochi *H* eustochi $\Sigma D, Ba.c.$ eustochium scribo ζ
 domina *t* quippe *om. H* 16 uocare debeo ζ dom. mei] xpi Σ ,
add. ihu xpi k ut] et *H* lectionem *H* 17 me non *H* nunc
om. H laudem ΣD

quam probasti optime, eam cum secuta es, nec enumeratum molestias nuptiarum, quomodo uterus intumescat, infans uagiat, cruciet paelex, domus cura sollicitet et omnia, quae putantur bona, mors extrema praecidat — habent enim et maritatae ordinem suum, honorabiles nuptias et cubile immaculatum —, sed ut intellegeres tibi exeunti de Sodoma timendum esse Loth uxoris exemplum. nulla in hoc libello adulatio — adulator quippe blandus inimicus est —, nulla erit rhetorici pompa sermonis, quae te iam inter angelos statuatur et beatitudine uirginitatis exposita mundum subiciat pedibus tuis.

3. Nolo tibi uenire superbiam de proposito, sed timorem. onusta incedis auro, latro uitandus est. stadium est haec uita mortalibus: hic contendimus, ut alibi coronemur. nemo inter serpentes et scorpiones securus ingreditur. inebriatus est, inquit dominus, gladius meus in caelo, et tu pacem arbitraris in terra, quae tribulos generat et spinas, quam serpens comedit? non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principatus et potestates

5 cf. Hebr. 13, 4 6 cf. Gen. 19, 26 14 *Esai. 34, 5 16 cf. Gen. 3, 18. 14 17 *Eph. 6, 12

1 quam iam *B* probare *H* optime eam cum secuta *K* optimam (et *add.* *ΣD, Bp.c.* quam *add. k*) consecuta *HΣDΦktB* optimam cum secuta *Ψ* denumeratum *H* 2 int. ut. *ΣDB* uagiet *Ψ* 3 crucietur *Ψ* pellex *KΦp.c.* pelix *ΣD* pellex *Ψ* domi *k* dominus *H* quae s. l. *Φ* 4 mortis *Ψ* praecidet *t* praecedat *KHΦ* praecedant *Ψ* maritae *K, Da.c.m.2, B (corr.)* maritae *ka.c.m.2* 5 suum et *Ψ* uenerabiles *io* 6 intellegeres *KHio* de sod. ex. *Σ* exeunti] exeunte (*alt. e ex i*) te *Φ* esset *t* est *io* uxoris loth *t* 7 nulla—12 uit. est *om. io* nulla est (*add. enim s*) *ΣDBs* 8 erit *om. Ψ* rethorici *K* rethorici *ΣΦ (corr. rethorici)*, *B* rethorici *cet.* 9 te iam] etiam *Km.2* te etiam *ΣDΨB* statuit *Φ (corr.)*, *t* beatitudinem *KH* 10 sub. ped. *k* 11 noli *Σ (corr.)*, *D* tumorem *H* 12 honesta *Σ (corr.)* latro tibi *Ψ* stadium *ΣD* haec] hac (*ex ac*) *Σ* 13 mortalis et ut] et *HΦ* 14 ingr.] *add. et in mg. m.2 B* ingr. en *ΣD* est *om. Ψ* 16 terram *KH* germinat *k* quas *Ψ* 17 non] apostolus dicit non *k* 18 pot. et pr. *HΣkB* huius m. et pot. *Φ*

huius mundi et harum tenebrarum, aduersus spiritalia nequitiae in caelestibus. magnis inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena sunt omnia. caro fragilis et cinis futura post modicum pugnat sola cum pluribus.

5 cum autem fuerit dissoluta et uenerit princeps mundi istius 3
et inuenerit in ea nihil, tunc segura audies per prophetam:
non timebis a timore nocturno, a sagitta uolante per diem, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemone meridiano. cadent a latere tuo mille et
10 decem milia a dextris tuis, ad te autem non adpropinquabit. quodsi eorum te multitudo turbauerit et ad singula 4
incitamenta uitiorum coeperis aestuare et dixerit tibi cogitatio tua: 'quid faciemus?', respondebit Heliseus: noli timere, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis, et
15 orabit et dicet: domine, adaperi oculos puellae tuae et uideat. et apertis oculis uidebis igneum currum, qui te ad exemplum Heliae in astra sustollat, et tunc laeta cantabis: anima nostra quasi passer erepta est de laqueo ue-

7 *Ps. 90, 5—7 13 *IV Reg. 6, 15—17 16 cf. IV Reg. 2, 11
18 *Ps. 123, 7

1 et] *eras. B* et (*eras.*) et Σ aduersus Φ har. ten. rectores Ψ
rect. ten. har. Φ rect. (*s. l. m2*) arum (*ex aerum*) ten. *B* rect. har.
ten. ζ 2 nequitia *KHS, B* (*ex -tiã*) magnus *H* magis ΣDk 3 hosti-
bus Ψ 4 modum Σ pugnat (*corr.*) Σ pugna *t* plurimis *k*
5 fuerit] *add. uenerit* Ψ dissoluta Φ indissoluta Ψ huius mundi *k\P* *m.*
huius *B* *m.* (*s. l. add. huius m2*) Σ ΣD 6 uenerit *H* in *s. l. B*
eã (*corr.*) *B* eo *H* peccati nihil *k* secure *K\Sigma* audias *Da.c.*
audiet *K\Phi, Dp.c.* 7 nocturno *K\Phi B*, *add. et cet.* 8 perambulante Ψ, B
(*corr.*) ab] et (*s. l. m2*) ab *B* et ab *H* a ruina et Ψ incurso Φ, k
(*corr. m2*) 10 ad] a Φ adpropinquauit *H* -bunt $\Sigma Dk\P t$ 11 te
eorum Σ te *om. D* turbaueris *H* ad *om.* (*s. l. per m2*) *k*
12 incit.] ista *H* coeperit *H\Phi* 13 quod Φ faciemus] *s. l. \Phi*
faciamus *H* respondebit *KB* *add. faciatis (del.) \Phi* *add. tibi \Sigma Dkt*
-dit Ψ resp *H* hel. propheta *k* 14 quia ζ 15 orabat (*corr.*) Σ
orauit *Ht* dicit *K* dit *H* adaperi *KH\Phi* aperi *cet.* et] ut
k\P B, *om. \Phi* 16 et *om. K* aperti Φ curr. ign. *k* 17 in] ad *B*
sustollant *t* tollat (*corr.*) Σ 18 nostra] mea *k* quasi *K\Phi k B* sicut
cet. laqueo] muscipula *B*

nantium: laqueus contritus est et nos liberati sumus.

4. Quamdiu hoc fragili corpuseculo continemur, quamdiu habemus thesaurum istum in uasis fictilibus et concupiscit spiritus aduersus carnem et caro aduersus spiritum, nulla est certa uictoria. aduersarius noster diabolus tamquam leo rugiens aliquid deuorare quaerens circuit. posuisti, ait Dauid, tenebras et facta est nox. in ipsa pertransibunt omnes bestiae siluae, catuli leonum rugientes, ut rapiant et quaerant a deo escam sibi. non quaerit diabolus homines infideles, non eos, qui foris sunt et quorum carnes rex in olla succendit Assyrius: de ecclesia Christi rapere festinat. escae eius secundum Ambacum electae sunt: Iob subuertere cupit et deuorato Iuda ad cribrandos apostolos expetit potestatem. non uenit saluator pacem mittere super terram, sed gladium. cecidit lucifer, qui mane oriebatur, et ille, qui in paradiso deliciarum nutritus est, meruit audire: si alte feraris ut aquila, inde te detraham, dicit do-

4 II Cor. 4, 7 cf. Gal. 5, 17 6 cf. I Petr. 5, 8 7 Ps.
103, 20—21 11 cf. I Cor. 5, 12. 13 etc. 12 cf. Am. 4, 2 13 cf.
Hab. 1, 16 14 cf. Hiob 2, 1—7 cf. Luc. 22, 31 15 cf. Matth.
10, 34 16 cf. Esai. 14, 12 17 cf. Gen. 2, 15 18 *Abd. 4

3 hoc *om.* Φ fragile Φ corp.] *om.* Ψ corpore ς detinemur
 ΣDB 4 concupiscet t 5 spiritus *om.* K 6 nulli Ψ auersarius ΣD
zabulus Ψ 7 aliquem $Hk\Psi, Bp.c.m2$ cupiens Φ circūit Ψ
circumit ς posuit H 8 ten. ait dau. ς nox et H 9 siluarum ktB
cat. leon. *s. l.* B leonis (*i ex e*) Φ 10 et—sibi] et $r\lambda$ Ψ et—deo]
querentes ad deum H quaerit] quaeret K 11 fori Ht et *om.* H
12 assyr. in olla succ. ϵ assy(i)r. in olla succ. assy(i)rius (*ass. del. D*)
 ΣDB in ulla susc. assirios H sed de ϵ Christi *om.* ϵ 13 escas
(*alt. s in ras., s. l. si m2*) D et aescae Ψ eius] *in mg. m2* ϵ q D
sec.] sec (*set m2*) t ambacum K ambacuc $\Phi\Sigma$ abbacuc prof ϵ abacuc
 $H\Psi, B$ (*corr.* abacuch) 14 deuorando H deuorare Ψ iudam $\Phi\Psi$
cribandos D, Φ (*corr.*), t apostulus *ea.c.m2, om.* Φ 15 expetat Φ
ueni ait Ψ super] in Ψ 17 illi H qui *s. l.* Φ paradisi H
nutr. del. Σ est] *s. l. B, s. l. m2 D* 18 alte fer.] exaltatus fueris
 ΣDB aquilae Ψ^1 detr. te ΣD retraham te B traham $H\Psi^2$

minus. dixerat enim in corde suo: super sidera caeli ponam sedem meam et ero similis altissimo. unde cotidie ad eos, qui per scalam Iacob somniantes descendunt, loquitur deus: ego dixi: dii estis et filii altissimi omnes. uos autem sicut homines moriemini et tamquam unus de principibus cadetis. cecidit enim primus diabolus et, cum stet deus in synagoga deorum, in medio autem deos discernat, apostolus eis, qui dii esse desinunt, scribit: ubi enim in uobis sunt dissensiones et aemulationes, nonne homines estis et secundum hominem ambulatis?

5. Si Paulus apostolus, uas electionis et praeparatus in euangelium Christi, ob carnis aculeos et incentiua uitiorum reprimit corpus suum et seruituti subicit, ne aliis praedicans ipse reprobis inueniatur, et tamen uidet aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae et captiuam se in lege peccati, si post nuditatem, ieiunia, famem, carcerem, flagella, supplicia in semet uersus exclamat: infelix ego

1 *Esai. 14, 13—14 3 cf. Gen. 28, 12 4 *Ps. 81, 6—7
7 cf. Ps. 81, 1 8 *I Cor. 3, 3 11 cf. Act. 9, 15 cf. Eph. 6, 15
13 cf. I Cor. 9, 27 14 cf. Rom. 7, 23 17 Rom. 7, 24

2 sed. meam] thronum meum *H* et *om.* *Hkt* altissimi (*corr.*) *H*
3 qui *om.* *k* somniantes *D* -tis *k* sonniantis Ψ^1 descendit *kp.c.m2*
discendunt *KH\Phi* descenderant *t* eloquitur *ka.c.m2* et loquitur *kp.c.m2*
4 deus] *s. l.* Φ dominus *H* excelsi *H\S\Phi* 5 ut *\Sigma DktB* tamq.]
sicut *H\P^1* 6 enim] autem Φ diab. pr. Σ diabolus *H\Phi, \Sigma a.c.* diabulos *K* zabulus Ψ^1 cum] quo modo Ψ^1 7 deorum *H* eorum *\Sigma D*
media *\Sigma p.c.* deos Σ (*s. l. m2*), *D\P^1 tB* deus *cet.* discernat *K\P Bp.c.*
discernit (*corr.* -net Φ) *cet.* 8 eos (*corr.*) Ψ^1 iis ς scripsit \tilde{H} ubi—
sunt] nam cum sint et inter uos Φ in *in mg.* *K* 10 homines *k*
11 Paulus *om.* *\Sigma D\P B* separatus ς 12 euangelio *Hk\P^1 t* ob] propter Ψ^1
13 reprimet *K* reprimat *k* seruitutis (*corr.*) *KD* seruitute Φ subiciat
k subicit dicens *B* ne] nec *is* ne forte *t* 14 inuen.] effitiat *B*
uidit *H\S D* 15 menti *t* captiuum *\Sigma B* catiuum *D* in legem *k*
in lege (legem ς) duci *\Sigma D\varsigma* ducentem in lege *B* 16 peccati quae est
in membris (*corr.*) *k* peccati quae est in membris suis *B* ieiunium Ψ^1
fames *\Sigma D* carcere *i* carcaere (*pr. e ex r*) σ 17 et flagella et *t* semet]
seq. ras. 4—5 *litt.* Φ semet ipsum *B* uersus *K\P^2* reuersus *cet.* ex-
clamet Φ clamat *is* exclamat dicens *B*

homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?,
 2 tu te putas securam esse debere? caue, quaeso, ne quando
 de te dicat deus: uirgo Israhel cecidit; non est, qui
 suscitet eam. audenter loquor: cum omnia deus possit,
 suscitare uirginem non potest post ruinam. ualet quidem 5
 3 liberare de poena, sed non ualet coronare corruptam. timeamus
 illam prophetiam, ne in nobis etiam compleatur: et uir-
 gines bonae deficient. obserua, quid dicat: et uirgines
 bonae deficient: quia sunt et uirgines malae. qui uiderit,
 inquit, mulierem ad concupiscendum, iam moechatus 10
 est eam in corde suo. perit ergo et mente uirginitas. istae
 sunt uirgines malae, uirgines carne, non spiritu, uirgines
 stultae, quae oleum non habentes excluduntur ab sponso.

6. Si autem et illae uirgines uirgines sunt, ob alias tamen
 culpas uirginitate corporum non saluantur, quid fiet illis, quae 15
 prostituerunt membra Christi et mutauerunt templum sancti
 2 spiritus in lupanar? ilico audient: descende, sede in terra,

3 *Am. 5, 2 7 *Am. 8, 13 9 *Matth. 5, 28 12 cf. Matth. 25,
 1—12 16 cf. I Cor. 6, 15. 19 17 *Esai. 47, 1—3

1 liberabit $\Sigma p.c.$, $Dk\psi$ uult *cet.* mortis *om.* k 2 putas *ex* *pete* Φ
 securum H , *om.* Φ 3 de $K\Sigma D\psi$ et de *cet.* de *ex* te H Israhel]
 hierusalem $K(hy-)$, $\psi^1 mg. \psi^2 i.t.$ et non $\Sigma D\Phi\psi B$ 4 eam] *add.* adtende
 diligenter et ne scrutare uelis sed magis time terribilem sententiam t
 aud. loq.] *om.*, *in mg.* aud. loquar Σ audienter H audenter uerba D
 loquor $Kp.c.m.2, H\iota\sigma t$ loquar $\Sigma D\Phi\psi^1 B$ loqu** ψ^2 dicam k deus poss.
 (*add.* facere Σ) susc. $K\Sigma\psi^2$ poss. susc. id \bar{s} H poss. deus susc. $D\Phi k\psi^1 t B$
 poss. deus suscitaret $\iota\sigma$ 5 potest] esse iustum existimat $\iota\sigma$ post
 s. l. $m.2$ K quidam (*corr.*) K , *om.* H 6 poenas K (*corr.*), H poe-
 nam Φ poe** ψ^2 sed] quod Φ ualet] uult $\iota\sigma\Sigma DB$ 7 illam]
 s. l. $m.2$ B illum Φ ne—compleatur *om.* t uobis H etiam *om.* K
 impleatur K ***** ψ^2 et] s. l. B , *om.* D 8 obserua—def. *om.*
 $H\psi^1$ 10 inquit *om.* Φk concupiscenciam Φ concupiscendum eam kt
 11 eam *om.* Φk periit k et *om.* H 12 sunt ergo B mal.
 uirg. *om.* Φ 13 habent Σ a $\Phi k\psi^1 t$ 14 et s. l. $m.2$ B illas t
 uirg. uirg. $K\psi^2$ quae (*ex* qui $m.2$ ψ^1) uirg. *cet.* sunt *om.* t 15 uirg.
 tamen B quod Φ fiet] s. l. *add.* de $m.2$ Σ faciat Φ 16 mutua-
 uerunt (*corr.*) B inmutauerunt k sancti spir.] xpi k 17 ilico autem k
 audierit ψ^1 audiente (*corr.*) prophetam dicentem k audient per prophe-
 tam t discende $KH, \Sigma a.c.$, bis Φ terram $H\psi^2$

uirgo filia Babylonis, sede in terra: non est thronus
 filiae Chaldaeorum; non uocaberis ultra mollis et
 delicata. accipe molam, mole farinam, discoperi ue-
 lumentum, denuda crura tua, transi flumina et reue-
 5 labitur ignominia tua et apparebunt obprobria tua,
 et hoc post dei filii thalamos, post oscula fratruelis et sponsi
 illa, de qua quondam sermo propheticus concinebat: adstitit
 regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumdata
 uarietate. nudabitur et posteriora eius ponentur in facie 3
 10 ipsius; sedebit ad aquas solitudinis et posita base diuarica-
 bit pedes suos omni transeunti et usque ad uerticem pol-
 luetur. rectius fuerat homini subisse coniugium, ambulasse
 per plana, quam ad altiora tendentem in profundum inferi
 cadere. non fiat, obsecro, ciuitas meretrix fidelis Sion, ne post 4
 15 trinitatis hospitium ibi daemones saltent et sirenae nidificent
 et hiricii. non soluatur fascia pectoralis, sed statim ut libido
 titillauerit sensum, ut blandum uoluptatis incendium dulci
 nos calore perfuderit, erumpamus in uocem: dominus auxi-

6 cf. Cant. 1, 2 7 Ps. 44, 10 9 cf. Ezech. c. 16 10 cf. Apoc.
 17, 1. 16 cf. Ezech. 16, 25 14 cf. Esai. 1, 21 15 cf. Esai. 13,
 21—22 18 *Ps. 117, 6

1 uirga Φ terras (corr.) K terram Ψ^2 puluerē B torus t solium ζ
 3 discooperi $\Sigma\Psi^2p.c.m^2$ decoperui H uelumentum $K\Psi^2, \Phi$ (um ex o)
 uelamen tuum $k\Psi^1t$ uelamentum tuum $H\Sigma DB$; seq. s. l. $m1$ reuela ca-
 nos B 4 tua $om.$ Ψ fluminae H et $K\Psi^2$, $om.$ $cet.$ 5 et $K\Psi^2$,
 $om.$ $cet.$ 6 hoc $om.$ t filii KH phili Φ thalamum k sponsi et
 post k 7 illā k quondam] $om.$ H , $add.$ quod Σ, D (corr.): 8 a]
 ad $H\Phi, \Psi^1$ (corr.) tuis $om.$ Ψ^2 9 denudabitur t ponuntur $\Sigma D, B$
 (corr.) in] super H facie $K\Phi k\Psi$ faciem $cet.$ 10 eius H et
 posita base (cf. Ezech. 16, 31 τὴν βάζαν σου ἐπιπίρασας) KH et posito
 (posita Ψ^2) uase $\Phi k\Psi t$ posita uasa et ΣD posito uase (ex posita uaga B)
 et (et $exp.$ B) $B\zeta$ diuaricauit k, Ψ (corr. Ψ^1), tB disuaricauit (s. $eras.$)
 H deuaricabit Σ (corr.), D 12 hominis H, D (corr.), Φ -nem kt
 13 tendentes k profundo H inferni $H\Sigma DtB$ 14 non] ne ζ fiat]
 $add.$ oratio H mer. ciu. Σ 15 syrenae $\Sigma\Psi t$ syrinae K serene Φ
 nedeficient Φ 16 et $om.$ t hiricii KHt hyricii Ψ iricii k ericii D, B
 (e ex i) eritii Σ erenacii Φ hericii ζ saluatur $\Phi\Psi$ pect. tui k
 17 ut] aut $Bp.c.$ et kt uoluntatis $KD\Psi$ 18 uoce t

5 liator meus, non timebo, quid faciat mihi caro. cum paululum interior homo inter uitia atque uirtutes coeperit fluctuare, dicito: quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? spera in domino, quoniam confitebor illi, salutare uultus mei et deus meus. nolo sinas cogitationem crescere; nihil in te Babylonium, nihil confusionis adolescat. dum paruus est hostis, interfice; nequitia elidatur
6 in semine. audi psalmistam loquentem: filia Babylonis misera, beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam; beatus, qui tenebit et adlidet paruulos tuos ad petram. 10 quia ergo impossibile est in sensum hominis non intruere notum medullarum calorem, ille laudatur, ille praedicatur beatus, qui, statim ut coeperit cogitare, interficit cogitatus et elidit eos ad petram; petra autem est Christus.

7. O quotiens in heremo constitutus et in illa uasta solitudine, quae exusta solis ardoribus horridum monachis praestat habitaculum, putauit me Romanis interesse deliciis! sede-

3 *Ps. 41, 6—7 8 Ps. 136, 8—9 12 cf. Verg. Aen. VIII 389
14 cf. I Cor. 10, 4 16 cf. Sallust. Iug. 19, 6

1 mihi fac. *DB* caro] homo *HΦ* cum *om.* *Φ* 2 paulum *Ht*
3 fluctuari *Ψ* es *s. l.* *B* mea *om.* *K* 4 deo *t* quon. adhuc *H*
quia *Dt* 5 illi *s. l.* *m2Σ* et *om.* *HΣkt* nolo] non *ε* cogitationes (*e ex i m2 ε*) *ε* (*add.* malas), *kB* 6 crescere in corde tuo *ε* babylonicum (*c add. m2*) *D* babiloniam *K* babyloniae *Φ* *alt.* nihil] *om.* *Φ*, *s. l.* *m2 Σ* confessiones *Φ* 7 interficet (*interfice et m2*) *ε* nequitia *Φ* ne *D* nequitia ne zizania crescant *Ψ* 8 audi—10 petram *om.* *ε* dicentem *tB* fil. Bab. mis. *om.* *t* 9 beatus] *seq. ras.* 3—4 *litt.* *K* retribuet *DkB* retribuit *cet.* tuam quam retribuisti nobis *ς*
10 tenet *KΨ* et] *ras.* 2 *litt.* *K* ad(l)lidit *HΨ* tuos *HΦk* suos *cet.*
11 quia ergo *KΨ* et quoniam *ε* quia (quae *H*) enim *cet.* sensu *H* non *om.* *Φ* introire *Φ* 12 innatum *ς* laudandus est *Φ* praedicandus (*est del.*) *Φ* 13 qui *s. l.* *m2 ε* statim—cog.] cogitationis suas ut coeperint *ε* statim *om.* *ς* ut *s. l.* *D* cogitare] *add.* sordida statim *ς* cogitatos *HΦ*, *om.* *ε* cog. eius *ΣD* cog. suos *B* 14 elidit *εΦΨ* elidit (*elidet m2*) *K* elidit *HΣD* aelidet *t* allidet *k* allidit *B* (*alt.* *i ex e*), *ς* eos] eas *ε*, *s. l.* *m2 Σ*, *om.* *D* petra] *petrā t* erat *xps εH xps* est *Ψ* est crux *Φ* 15 *pr. in*] ego ipse in *kB* et] *s. l.* *B*, *om.* *ΣD* 17 putabam *Σk*

bam solus, quia amaritudine repletus eram. horrebam sacco
 membra deformis, squalida cutis situm Aethiopiae carnis
 adduxerat. cotidie lacrimae, cotidie gemitus et, si quando repu-
 gnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo uix ossa
 5 haerentia conlidebam. de cibis uero et potu taceo, cum etiam 2
 languentes aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse
 luxuriae sit. ille igitur ego, qui ob gehennae metum tali me
 carcere ipse damnaueram, scorpionum tantum socius et fera-
 rum, saepe choris intereram puellarum. pallebant ora ieiuniis
 10 et mens desideriis aestuabat in frigido corpore et ante homi-
 nem suum iam carne praemortua sola libidinum incendia
 bulliebant. itaque omni auxilio destitutus ad Iesu iacebam 3
 pedes, rigabam lacrimis, crine tergebam et repugnantem car-
 nem ebdomadaram inedia subiugabam. non erubescio infelici-
 15 tatis meae, quin potius plango non esse, quod fuerim. memini
 me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte nec prius a
 pectoris cessasse uerberibus, quam domino rediret increpante
 tranquillitas. ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum

1 cf. Ruth 1, 20 12 cf. Luc. 7, 38

1 qui *k, Ψa.c.m.2* amaritudinem *H,t (corr.)* horrebam *KΨ*
 horrebant (*ex horrebat ΣΦ*) *cet.* 2 deformis *KΨt* deformis et *ΣDB,k*
 (et *s. l. m.2*) deformia *HΦ* deformia et *ς* squalide (*corr.*) *B* -dae *D*
 aethiopiae (*corr.*) *Σ* aetiopie (*s. l. c eras.*) *Φ* 3 obduxerat *ΣDΦ,B* (at
ex ant) *lacr. cot. om. H* lacrimas *k* 4 inpresisset *H* nuda *ΨB*
 nudae *K (corr.)*, *k* nudam *Σ (corr.)*, *t* nullam *D* nudo (*corr.*) *Φ* et nudo *H*
 humum *Σ (corr.)*, *D* homo (*corr.*) *ΦΨ* uis ossa *t* ossa uix *ς* 5 hierentia
H herrentia *Φ* taceam *t* 6 languentes monachi *k*; *s. l. add. ibi m.2 B*
 aliquod *Φ* 7 luxu(o)ria *HΦkB* sit] *in ras. m.2 B* est *HΣD* illa
Φ illic *H* ego] *eo H* hieronimus ego *t* qui me *KΨ* metu *KH,Ψ*
 (*corr. m.2*) mecum *Φ* tale *Φ* me *om. KΨ* 10 desiderii *t, om. k*
 11 sua *k* paene *H* carne] *in carne ς* carni *Φm.2mg.* praemortua *H* prae-
 mortuam (*corr.*) *D* praemortuum *ς* 12 omnia *Φ* consilio *H* desti-
 natus *t* ihm *HΦt* 13 crimine *H* 14 ebdomarum *Φ* erubescam *Φ*
 depudescio *Σ,D* (*de exp.*), pudescio *B* inf. meae] *add. historiam (m ex*
s) t confiteri inf. m. miseriam k inf. m. miseriam confiteri ς 15 plango]
s. l. m.2 Σ, add. me Φk 16 clamante *Ψ* lacrimantem *Φ* 17 dom.
 incr. red. *Dt* red. dom. incr. *ς* 18 ipsam] *iam t* meam *om. H*
 cogitationibus *k*

consciam pertimescebam et mihimet iratus et rigidus solus
 4 deserta penetrabam. sicubi concaua uallium, aspera montium,
 rupium praerupta cernebam, ibi meae orationi locus, illud
 miserrimae carnis ergastulum; et, ut mihi ipse testis est do-
 minus, post multas lacrimas, post caelo oculos inhaerentes 5
 nonnumquam uidebar mihi interesse agminibus angelorum
 et laetus gaudensque cantabam: post te in odorem unguen-
 torum tuorum currimus.

8. Si autem haec sustinent illi, qui exeso corpore solis
 cogitationibus oppugnantur, quid patitur puella, quae deliciis 10
 fruitur? nempe illud apostoli: uiuens mortua est. si quid
 itaque in me potest esse consilii, si experto creditur, hoc
 primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi unum fugiat
 2 pro ueneno. haec aduersus adulescentiam prima arma sunt dae-
 monum. non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat am- 15
 bitio. facile aliis caremus uitiiis; hic hostis intus inclusus est.
 quocumque pergimus, nobiscum portamus inimicum. unum
 et adulescentia duplex incendium uoluptatis. quid oleum
 flammae adicimus? quid ardenti corpusculo fomenta ignium
 3 ministramus? Paulus ad Timotheum: iam noli, inquit, aquam 20

7 *Cant. 1, 3 11 I Tim. 5, 6 20 *I Tim. 5, 23

1 consciam] mearum consciam (am *ex e B*) ΣDB conscientiam Φ
 michimet ipsi B 2 asp. mont. rup. *om. H* 3 meae] me HΦB ora-
 tioni KYt -nis *cet.* locus ibi *ς* illum H 4 ergast. erat B ipse
 mihi *ς* ipse] s. l. m2 Σ in se D deus Hk 5 caelo oc.] multas dies Φ
 caelos (caelis m2) k inhaerentes oculos *ς* 7 pos t te *om. H*
 8 curremus kt, Bp.c. cucurrimus D 9 haec] *ex hic B* has m2 k hoc *ς*
 illi] *add. m2 Σ* illi temptationes (*alt. e ex i m2*) libidinum k temptationes
 (*del. m2*) libidinis illi B corpore] sunt corpore et H 11 fruitur]
 uiuit k nempe] s. l. *add. secundum m2 k* nonne K uiu. in delitiis B
 est] *add. audi diligenter et obserua t* 12 si s. l. m2 K credatur H
 14 ut uenenum B 15 sic] sit ΣD quae quatit D, Sp.c.m2 inflam-
 mat Φ 16 aliis] his k ostiis Φ istis D intus] *om. t* nobis *ς*
 17 pergamus ΣD unum s. l. m2 Σ 18 est inc. uol. kB inc. (est m2
 mg.) uol. D inc. uol. est *ς* oleo t 19 flama dicimus H igni
 subicimus Φ 20 subministramus H inquit ad tim. Σ ad tim, sic
 scribit k inquit *om. Σk*

bibere, sed uinum modicum utere propter stomachum
 et frequentes tuas infirmitates. uide, quibus causis uini
 potio concedatur: uix hoc stomachi dolor et frequens meretur
 infirmitas. et ne nobis forsitan de aegrotationibus blandiremur,
 5 modicum praecepit esse sumendum, medici potius consilio quam
 apostoli — licet et apostolus sit medicus spiritalis — et, ne Timo-
 theus inbecillitate superatus euangelii praedicandi non posset
 habere discursus. alioquin se dixisse meminerat et: uinum,
 in quo est luxuria, et: bonum est homini uinum non
 10 bibere et carnem non manducare. Noe uinum bibit et 4
 inebriatus est rudi adhuc saeculo; et tunc primum plantauit
 uineam: inebriare uinum forsitan nesciebat. et ut intellegas
 scripturae in omnibus sacramentum — margarita quippe est
 sermo dei et ex omni parte forari potest — post ebrietatem
 15 nudatio femorum subsecuta est, libido iuncta luxuriae. prius
 uenter et statim cetera; manducauit enim populus et
 bibit, et surrexerunt ludere. Loth, amicus dei, in monte 5
 saluatus et de tot milibus populis solus iustus inuentus

8 *Eph. 5, 18 9 *Rom. 14, 21 10 cf. Gen. 9, 21 17 Ex.
 32, 6 cf. Gen. c. 19 cf. Iac. 2, 23

1 uinum *KHY* uino inquit Σ uino *cet.* modicum *KHY* -co *cet.*
 stomachum *KHY*, *add.* tuum *cet.* 2 et freq.—p. 160, 7 mentita *om.* *H*
 3 uix] ut ex ΣDt quia (*in ras.m2*) ex *B* hoc] autem Φ stoma-
 chum *t* dolore (*om.* et) ΣDt freq. mer.] frequentetur *t* mer.]
 medetur ΣD alleuiatur (*ia ex e m2*) *B* mederetur ζ 4 forsitan (*a ex i*
m2) *k* blandiamur *B* 5 praecipit Ψt 6 licet et] et (*exp. B*) licet ΣDB
 licet *kY* spiritalis *B* *alt.* et] *s* (*corr. set*) *B* ne] *s. l. B, om.* ΣD
 7 possit *KD\Phi\Psi B* 8 habere *KY* impleri *D* implere *cet.* decursus
 (*corr. m2*) *B* alioquin] *add.* apostolus *k* et *om.* ζ 10 bibit] bibet *K*
 11 rudi adh. saec.] *add.* post diluuium *B, k* (*ante rudi*) saeculo] *s. l.*
m2 Σ , *om. t* plantata uinea Φkt 12 inebriari *k* unde inebriare
 (inebriari ΣB) ΣDB uino *kt* a uino *B* 14 et] *s. l. \Sigma, om.* ΦB
 ex *om.* Φ post *om. k* ebrietate Φ 15 libidoque *Bp.c.* iuncta est *k*
 prius] hebrus *B* (*corr.*) prius enim ζ 16 et st. *cet.*] statim et *cet. kt*
 extenditur et sic cetera membra concitantur ΣDB manducabit *tB* audi
 de ista quid diē scriptura manducauit *k* enim *s. l. \Sigma* 17 bibet *K*
 loht Φ lot Ψ domini Φ 18 salu. est ΣtB toth *B* populi
\Phi kB inu.] est *add. KY* et *add. \Sigma, D* (*del.*)

inebriatur a filiabus suis; et licet putarent genus hominum defecisse et hoc facerent liberorum magis desiderio quam libidinis, tamen uirum iustum sciebant hoc nisi ebrum non esse facturum; denique, quid fecerit, ignorauit: et — quamquam uoluntas non sit in crimine, error in culpa est — inde nascuntur Moabitae et Ammanitae, inimici Israhel, qui usque ad quartam et decimam progeniem et usque in aeternum non ingrediuntur ecclesiam dei.

9. Helias, cum Iezabel fugeret et sub quercu fessus iaceret, ueniente ad se angelo suscitatur et dicitur ei: 'surge et munda' et respexit, et ecce ad caput eius panis olyrae et uas aquae. reuera non poterat deus conditum ei merum mittere et ex oleo cibos et carnes contusione mutatas? Heliseus filios prophetarum inuitat ad prandium et herbis agrestibus eos alens consonum prandentium audit clamorem: mors in olla, homo dei non iratus est cocis — lautioris enim mensae consuetudinem non habebat —, sed farina desuper iacta amaritudinem dulcorauit eadem spiritus uirtute, qua Moyses mutauerat

6 cf. Deut. 23, 3 10 *III Reg. 19, 5—6 15 *IV Reg. 4, 40
17 cf. IV Reg. 4, 41 18 cf. Ex. 15, 25

1 licet *KY* licet illae (corr. illi Φ) cet. omnium *B* 2 et add. *m2 k* magis *om. t* 3 scieb. uir. i. ζ hoc] autem Φ nisi ebr.] inebrium *k* non *s. l. \Sigma* 4 fecerint *D, Sp.c.* 5 uoluptas $\Sigma k B$ uoluptas *D* error] add. tamen $\Psi, Ks.l.m2$ tamen error ζ 6 amanite Φ ammonitae *DB* israhel *K* 7 pr. et *om. \Phi* generationem Σ 8 ingred.] add. in Σ (eras.), *D* dei] *s. l. B* domini Σt 9 zezabel *k, \Phi* (alt. e ex i) iac. lassus ζ 10 uenientem Σ (corr.), *D* in solitudine ueniente ζ angelum Σ (corr.), *D* 11 pr. et *om. \Sigma DB* pannis (corr.) *D* panes Φ olyrae scripsi olere *K* olera Φ (post ras. 2 litt.), Ψ olysae id est panis ordeacius *k* colyrae (corr. collyrae *m1*, collyridae *m2*) Σ collirae *D* colliriae *t* collirida *B* 12 non] numquid non ζ ei *om. \Phi* 13 ex oleo scripsi exoleatos con. Engelbrecht coll. Num. 11, 8 exoletos *K* (ex exoleos), *k\Psi t* exaletus Φ electos ΣD helectos *B* carne *t* mutatos Σ mutatus (pr. u ex o) Φ filius Φ filio *t* 14 in herbis *t* 15 alens] *s. l. add. cum B* prandent *K, \Psi a.c.m2* 16 hominis *kp.c.m2* 17 hab.] hnt (adhibuit *m2*) *k* sed] *s. l. add. tamen m2 B* farina *t* desuper *om. B* iecta *K* iactata ΦB 18 dulcorẽ superauit Φ eodem Φ uirtutẽ Φ qua] aquam ΣD

Merra. necnon et illos, qui ad se comprehendendum uenerant, oculis pariter ac mente caecatos, cum Samariam nescios induxisset, qualibus epulis refici imperarit, ausculta: pone eis panem et aquam; et manducent et bibant et remittantur ad dominum suum. potuit et Danihelo de regis ferculis opulentior mensa transferri, sed Ambacum messorum prandium portat. arbitror, rusticanum. ideoque et 'desideriorum uir' appellatus est, quia panem desiderii non manducauit et uinum concupiscentiae non bibit.

10 10. Innumerabilia sunt scripturis respersa diuinis, quae gulam damnent et simplices cibos praebeant; uerum quia nunc non est propositum de ieiuniis disputare et uniuersa exsequi sui est tituli et uoluminis, haec sufficiant pauca de plurimis. alioquin ad exemplum horum poteris tibi ipsa colligere, quomodo et primus de paradiso homo uentri magis oboediens quam deo in hanc lacrimarum deiectus est uallem et ipsum dominum fame satanas temptauerit in deserto et apostolus clamitet: esca uentri et uenter escae, deus autem et

3 *IV Reg. 6, 22 5 cf. Dan. 14, 32—33 (= Bel 33—39) 7 cf. Dan. 9, 23. 10, 19 8 cf. Dan. 10, 3 15 cf. Gen. c. 3 16 cf. Ps. 83, 7 cf. Matth. 4, 1—4 etc. 18 *I Cor. 6, 13

1 Merra scripsi mirra *K* myrra $\Sigma\Psi$ myrram Φk murra *D* miriam *B*, spat. 6 litt. in *t*, maram ζ ; add. in dulcedinem *kB* se] eum ΣDB uenerunt Σ 2 ac] et *k* ceca $\Sigma a. c. m. 2$ caecatus Φ samaria *t* in samariam ζ nescio... $Da. c. m. 2$ nescius $K\Psi$ 3 introduxisset *k* qualibus eos (ex eis Σ) ΣDk refici] perfecti Φ imperauerit $D\Psi$ -uit ΣB 4 eis inquit ζ alt. et om. ΣDB reuertantur *t* 5 danielo $K, \Sigma Ba. c., t$ danieli $\Sigma Bp. c., \zeta$ regis $D\Phi tB$ 6 afferri *B* ambacum *K* ambacue $\Sigma\Phi, \Psi a. c. m. 2$ abbacue $Dt, \Psi p. c. m. 2$ abacue *k* ei (s. l. $m. 2$) abacue *B* cum (del.) mess. DB ei mess. ζ 7 portat ut *t* et om. $K\Psi$ uir. des. $K\Psi$ 10 de scr. ΣD in scr. *tB* respersa diuina Σ responsa diuinis $K\Psi$ diuina responsa *D* exempla (in ras. $m. 2$) diuinis (is ex a $m. 2$) *B* 11 damnant Σ probent ζ 12 non s. l. $\Sigma D\Psi$ uniuersali ex *t* 13 et tit. sit ζ sufficient Σ pluribus $K\Psi$ 14 eorum $K\Psi$, om. *t* ipse Φ 15 et] s. l. $m. 2$ Σ , om. *D* homo de par. ΣB 16 ualle *K* 17 sat. fame ζ sathanas Σk temptauerat Φ 18 clamitat ΣDB esca] escae ζ escae $K\Psi$ cscis *cet.* alt. et om. Ψ

hunc et illa destruet, et de luxuriosis: quorum deus uenter est. id enim colit unusquisque, quod diligit. ex quo sollicitate prouidendum est, ut, quos saturitas de paradiso expulit, reducat esuries.

11. Quodsi uolueris respondere te nobili stirpe generatam, 5
semper in deliciis, semper in plumis, non posse a uino et
esculentioribus cibis abstinere nec his legibus uiuere distric-
tius, respondebo: 'uiue ergo lege tua, quae dei non potes'. non
quo deus, uniuersitatis creator et dominus, intestinorum no-
strorum rugitu et inanitate uentris pulmonumque delectetur 10
2 ardore, sed quo aliter pudicitia tuta esse non possit. Iob deo
carus et testimonio ipsius immaculatus et simplex, audi, quid
de diabolo suspicetur: uirtus eius in lumbis et potestas
eius in umbilico. honeste uiri mulierisque genitalia inmu-
3 tatis sunt appellata nominibus. unde et de lumbis Dauid super 15
sedem eius promittitur esse sessurus; et septuaginta et quin-
que animae introierunt Aegyptum, quae exierunt de femore
Iacob, et postquam conluctante deo latitudo femoris eius
emarcuit, a liberorum opere cessauit; et qui pascha facturus
est, accinctis mortificatisque lumbis facere praecipitur; et ad 20
Iob dicit deus: accingere sicut uir lumbos tuos; et Iohannes

1 Phil. 3, 19 12 cf. Hiob 33, 3. 9 13 *Hiob 40, 11 15 cf.
Ps. 131, 11. Act. 2, 30 16 cf. Gen. 46, 27. Ex. 1, 5 18 cf. Gen. 32,
25 19 cf. Ex. 12, 11 21 *Hiob 38, 3 cf. Matth. 3, 4 etc.

1 illam Φ , $Bp.c.$ illas k , $Ba.c.$ illud ΣD destruit K, Ψ (e ex i) uen-
ter $om.$ D 3 prouid.] intellegendum t est $om.$ t 5 resp. uol. t
nobile Φ 6 semp. in pl. in $mg.$ K 7 abstinere K ne Σ ($corr.$), t
his] $s. l.$ Φ in ($del. m2 B$) his ($s. l. \Sigma$) $\Sigma Dt B$ districtus K ($corr.$
 $m2$), Φ ($corr.$ districtis) 8 dei] domini t 9 quod $\Sigma \Phi t$ nostr. int. Σ
10 rugit Φ et] uel ($s. l.$) Φ pulmonisque ζ 11 quo $K \Psi$ quod $\Phi kt B$,
 $om.$ ΣD qualiter ΣD tuta] et tota Φ tua $\Sigma D, Ba.c.m2$ non
esse B non $om.$ ΣD posset Φ possit nisi per abstinentiam k iob (non
iob) $miro consensu h. l. et lin. 21 codd.$ 12 test.] $add.$ dignus B quod ΦB
14 mulieresque K, Σ ($corr.$), Φ inmutati Σ ($corr.$), Dt inmutata Φ
15 et $om.$ $K \Psi$ de $om.$ k lumbis] $add.$ eius K 16 sept. quinque t
sept. $V B LXXV \Sigma D \Phi$ 17 intr. in t qui ΣB ($corr.$), D de] ex Σ
18 et] at ζ domino ΣDB 21 deus dic. Σ accingere ΣDB et $om.$ Φ

zona pellicia cingitur; et apostoli iubentur accinctis lumbis habere in manibus euangelii lucernas. ad Hierusalem uero, 4
 quae respersa sanguine in campo inuenitur erroris, in Ezechiel dicitur: non est praecisus umbilicus tuus. omnis igitur
 5 aduersus uiros diaboli uirtus in lumbis est, omnis in umbi-
 lico contra feminas fortitudo.

12. Vis scire ita esse, ut dicimus? accipe exempla. Sampson
 leone fortior, saxo durior et qui unus et nudus mille est per-
 secutus armatos, in Dalilae mollescit amplexibus; Dauid secun-
 10 dum cor domini electus et qui uenturum Christum sancto
 saepe ore cantauerat, postquam deambulans super tectum
 domus suae Bersabee captus est nuditate, adulterio iunxit
 homicidium. ubi et illud breuiter adtende, quod nullus sit, 2
 etiam in domo, tutus aspectus. quapropter ad deum paenitens
 15 loquitur: tibi soli peccaui et malum coram te feci. rex
 enim alium non timebat. Salomon, per quem se cecinit ipsa
 sapientia, qui disputauit a cedro Libani usque ad hysopum,
 quae exit per parietem, recessit a domino, quia amator
 mulierum fuit. et ne aliquis etiam de sanguinis sibi propin-

1 cf. Eph. 6, 14. I Petr. 1, 13 4 Ezech. 16, 4 7 cf. Iudd.
 16, 4—31 9 cf. II Reg. 11, 2—27 10 cf. I Reg. 13, 14 15 Ps. 50, 6
 17 *III Reg. 4, 33 18 cf. III Reg. 11, 4

1 et om. ΣDB cinctis (corr.) k 2 habere—euang.] euangelii
 tenere s 3 iezechiel Φ ezechielo Dk ezechiele ΣB 4 omnis ig. s. l.
 m.2 B 5 lumbo ΣDΦ, B (corr.) 6 femina K 7 ita om. D. dixi-
 mus B arripe ΣB exemplum KkΨt sampson KΨ, Dp.c. sam-
 son cet. 8 fortior et s et quia (seq. ras. 1—2 litt.) B qui et s
 all. et] e (del.) D pers. est s 9 armatus Φ dalilae D (corr.), Φ
 -laeae (corr.) Σ 10 Christum ex spū Φ sacro t sanctum s 11 sem-
 per t hore t re Φ supra K 12 bersabee K, B (a ex e m.2) ber-
 sabeae kΨ bersabe Φ bethsabee ΣDt iungit B 14 etiam] in mg. k,
 s. l. B totus Φ dominum ΣDkB 16 enim erat ΣDtB salamon
 K (corr.), Σ salomonem (corr.) D se om. t ipsa cec. B ipsa
 om. D 17 a] e Σ ad om. t ysopum ΣDΦkB hyssopum s 18 exi-
 iuit Σ (corr. exiit), D, B (corr.) quia] qui K quare quia k 19 ali-
 quid t quis s sibi et. de sang. t sibi de sang. ΣDB

quitate confideret, in illicitum Thamar sororis Amnon frater exarsit incendium.

13. Piget dicere, quot cotidie uirgines ruant, quantas de suo gremio mater perdat ecclesia, super quot sidera superbus inimicus ponat thronum suum, quot petras excauet et habitat coluber in foraminibus earum. uideas plerasque uiduas ante quam nuptas infelicem conscientiam mentita tantum ueste protegere, quas nisi tumor uteri et infantum prodiderit uagitus, erecta ceruice et ludentibus pedibus incedunt. aliae uero sterilitatem praebibunt et necdum sati hominis homicidium faciunt. nonnullae, cum se senserint concepisse de scelere, aborti uenena meditantur et frequenter etiam ipsae commortuae trium criminum reae ad inferos perducuntur, homicidae sui, Christi adulterae, necdum nati filii parricidae. istae sunt, quae solent dicere: 'omnia munda mundis. sufficit mihi conscientia mea. cor mundum desiderat deus. cur me abstineam a

1 cf. II Reg. c. 13 15 Tit. 1, 15

1 in *om.* Dt illicito (*om.* in) ζ sor. tham. t tamar B amnon t *i.t.* amnon D, tmg. amnon Φ amon-k frater *om.* Σ 2 incendio ζ 3 piget] pudet t quod KD Φ t uirg.] *add.* deo sacratae k ruunt Φ seruant Ψ, B (*corr.*) quant. tamen B 4 sup. quot (quod Kt) K Ψ tB propter quod sup. Φ sup. quae ΣDk in. sup. ζ 5 quot $\Sigma p.c.$ ΨB quod *cet.* et] ut (*in ras. m2*) B, *om.* k 6 coluber *om.* K eorum (*corr.*) Ψ earum et k pler. uideas k uiduas] *om. i.t., in mg.* matres *m2* k ante quam] *add.* habitat (*del.*) k 7 mentitas $\Sigma D, k$ (mentis *m2*), tB ueste fusca kB 8 pertegere Φ quas] quasi K, Ψ (*corr.*), B uentris H infantium HB uag. prod. H perdiderit Φ 9 erecte H sanctas et castas se esse gloriantur (glorificant *m2*) et erecta k et *om.* H incendunt t alii H 10 sterelitate k praebibunt ζ praebebunt KH probibunt t praebent $\Sigma D\Psi$ praehibent k pertendunt (*pr. t ex d*) Φ bibunt B sati] satis *m2* Σ statim Φ nati B homines H, B (*corr.*) 11 nonnulla H cum consenserint (*con eras.*) Σ cum senserint tB consenserint (*add. se H*) HD cepisse H de scelere *om.* t sceleri D 12 auortii k (abortiis *m2*), t auorcii B auoiso H abortii ζ medicantur H ipsae *om.* H cum mortuae H, $\Phi p.c.$ mortuae (*corr.*) Σ 13 reae] rae Φ re (*ree m2*) D sic ad B deducuntur H 14 fili K, D (*corr.*) 16 deus] in me deus Σ cur] quid H a s. l. B

cibus, quos deus creauit ad utendum?' et si quando lepidae
 et festiuae uolunt uideri et se mero ingurgitauerint, ebrietati
 sacrilegium copulantes aiunt: 'absit, ut ego me a Christi san-
 guine abstinenceam.' et quam uiderint tristem atque pallentem,
 5 miseram et monacham et Manicheam uocant, et consequenter;
 tali enim proposito ieiunium heresis est. hae sunt, quae per 4
 publicum notabiliter incedunt et furtiuis oculorum nutibus
 adulescentium gregem post se trahunt, quae semper audiunt
 per prophetam: facies meretricis facta est tibi, inpudo-
 10 rata es tu. purpura tantum in ueste sit tenuis et laxius, ut 5
 crines decidant, ligatum caput, soccus uilior et per umeros
 maforte uolitans, strictae manicae bracchiis adhaerentes et
 solutis genibus fractus incessus: haec est apud illas tota uir-
 ginitas. habeant istiusmodi laudatores suos et sub uirginali
 15 nomine lucrosius pereant: libenter talibus non placemus.

14. Pudet dicere, pro nefas! triste, sed uerum est: unde in
 ecclesias agapetarum pestis introit? unde sine nuptiis aliud

9 *Hier. 3, 3 14 cf. Hier. epist. 130, 18

1 creauit deus *HDkB,Σ* (deus s. l. *m2*) ad utendum s. l. *m2 Σ*
 lapidae *HΦ,Ψ* (laepidae *m2*) laepide *t* tepidae *Σ* tepide *DB* 2 *alt.* et]
 ubi *ς* se] si *m2 Ψ* mero semper *ΣD* uino *B* ebrietate *H(ae-),Ψ*
 (*corr.*) 3 ut] *add.* et (*eras.*) *K* 4 uiderit *D* pall. atque tr. *ς*
 5 et mon. *om. Φt* manichiam (*corr.*) *D* maniceam *H* manicheam *ς*
 6 her. est] heresim dicunt *kB* heae *D* haec *Ψt* exe *Φ* 7 incen-
 dunt *t* 8 greges *ΣDΦB* trahant *H* aiunt *D* 9 per s. l. *DΦ*
 inpuderata *Σa.c.m2,DB* 10 est tu *t, om. H* fit *Φ* est *H, om. kt*
 tenuit *H* et *om. B* laxius—caput] lig. cap. lax. ut cr. dec. *B*
 lasciuis *k* 11 soccos *D* saccus *Hkt* super *ς* umeros] *add.* hyacinthina
 laena *ς* (*cf. Pers. 1, 32*) 12 maiforte (*corr.*) *k* mafurte *KH* mafore *D*
 mafora (*in ras. m2*) *B* manū forte *t* uoluntans *H* strictae] suc-
 cinctae *Σ* (*corr.*), *D* manichae *KΦΨB* mancae *H* bracchiis *KΨ*
 braciis *B* brachiis *cet.* 13 gēnubus *ς*; *add.* sit *Σ* (*eras.*), *D*, *add.* fu
 (*del.*) *B* 14 habeat *t* habent *kB* istimodi *k* istae (iste *DB*) huius-
 modi *ΣDB* laudaturos *t* et] ut *Ψ* 15 lucrotius *KΨ* lucrosis *k*
 citius *Σ* (*in mg. aī* lucrosius), *D* cicius *B* pereunt *B*; pareant (= ap-
 pareant, in publicum prodeant) *mauult Engelbrecht* libenter] s. l. *add.*
 enim *m2 B* 16 pudeat *H* pro] pio *Φ* est *om. k* 17 ecclesia *HΦ*
 agapetorum *K* sagapetarum *H* pestes *H* introit *H* introiuit *ΣDtB*

nomen uxorū? immo unde nouum concubinarum genus? plus inferam: unde meretrices uniuirae? eadem domo, uno cubiculo, saepe uno tenentur et lectulo, et suspiciosos nos uocant, si aliquid aestimemus. frater sororem uirginem deserit, caelibem spernit uirgo germanum, et, cum in eodem proposito esse se simulent, quaerunt alienorum spiritale solacium, ut domi habeant carnale commercium. istiusmodi homines in Proverbiis Salomonis arguit deus dicens: alligabit quis ignem in sinu et uestimenta eius non comburentur? aut ambulabit supra carbones ignis et pedes illius non ardebunt?

15. Explosis igitur et exterminatis his, quae nolunt esse uirgines, sed uideri, nunc ad te mihi omnis dirigitur oratio, quae quanto prima Romanae urbis uirgo nobilis esse coepisti, tanto tibi amplius laborandum est, ne et praesentibus bonis careas et futuris. et quidem molestias nuptiarum et incerta coniugii de domestico exemplo didicisti, cum soror tua Ble-

8 *Prou. 6, 27—28

1 nouum—unde *om.* *H* nouum *om.* *t* 2 uniuiri *D* uni uiro *t* uniuerse *H* uniuersae (*in mg. a[?] uniuirae m2*) *Σ* aequae eadem *D* quae eadem *B* quae dem (*corr.*) *Σ* domo] modo *H* uuo] eodem *Φ* 3 uno] eodem *Φ* tenentur *ΣD* suspiciosus *HΦt* nos *om.* *t* 4 aestimamus *Σ, Ba.c.m2* extimamus *D* existimamus *Σ* frater] *add.* qui spiritalis est *kB* desiderat *H* 5 spernis *Σ* germanum] *add.* fratrem quaerit extraneum *ΣD* in *om.* *Φ* eodem] *add.* carne commercium (*exp.*) *Φ* 6 se] de *H, Φ* (*exp.*) simulant *Ba.c.m2* aliorum *t* spirituale *B* ut] et *Φ* 7 carn. comm. *om.* *Φ* (*cf. ad l. 5*) carnalem *H* carne *Σa.c.m2* salomon in prou. *Σ* 8 salomonis *KH* salomones (*corr.*) *Φ* salomon *D* salomon *Σ* arguit] spernit *ΣD* deus *om.* *Σ* qui allig. *Φ* alligabit *KΦΨ* -uit *cet.* ign. in siuu *KΨ* in sinu ign. *cet.* 9 illius *Σt* non *om.* *Φ* ambulauit *HΣΦk, Ba.c.m2* ambulare *t* 10 supra *KΨ* super *cet.* illius] eius *B, om.* *ΣD* ardebunt] *add.* sic qui intrat ad mulierem alienam non erit inpunitus *Ψ* 12 expulsis *Φ* qua (*corr.*) *K* qui *H* non uolunt *H* 13 dirigitur omnis *Σ* dirigetur *Σkt* dirigatur *Φ* 14 quan (*del.*) quanto *B* quantorum (*corr.*) *D* prima *om.* *k* nobiles (*corr.*) *Φ, om.* *t* 15 tantum *Σ* 17 coniugia *B* de *om.* *Σ* exemplum *K* (*s. l. m2*), *Ψ* habuisti *D* blesila *Kp.c.*

silla aetate maior, sed proposito minor, post acceptum maritum
 septimo mense uiduata est. o infelix humana condicio et fu- 2
 turi nescia! et uirginitatis coronam et nuptiarum perdidit
 uoluptatem. et quamquam secundum pudicitiae gradum teneat,
 5 tamen quas illam per momenta sustinere aestimas cruces
 spectantem cotidie in sorore, quod ipsa perdidit, et, cum
 difficilius experta careat uoluptate, minorem continentiae ha-
 bere mercedem? sit tamen et illa segura, sit gaudens: centesi-
 mus et sexagesimus fructus de uno sunt semine castitatis.

10 16. Nolo habeas consortia matronarum, nolo ad nobilium
 accedas domos, nolo te frequenter uidere, quod contemnens
 uirgo esse uoluisti. si sibi solent adplaudere mulierculae de
 iudicibus uiris et in aliqua positis dignitate, si ad imperatoris
 uxorem concurrat ambitio salutantum, cur tu facias iniuriam
 15 uiro tuo? ad hominis coniugem dei sponsa quid properas?
 disce in hac parte superbiam sanctam, scito te illis esse me-
 liorem. neque uero earum te tantum cupio declinare congres- 2
 sus, quae maritorum inflantur honoribus, quas eunuchorum

8 cf. Matth. 13, 8

1 accepto marito *Ht, Ba.c.* 2 uidua *H* fut.] futura esse Φ 3 nescia]
s. l. add. quae *m2* Σ uirg.] inuuptiarum (*sic*) Φ nuptiarum Φ 4 uo-
 luntatem *D* et *om.* *H* pud. sec. *B* ten. uiduitas *k* 5 quas]
 quasi *HB* quae *k* existimas ζ cruces] *add.* et (*eras.*) *K* cruciatos
H cruciamenta *k* 6 spectantem *ktB* exspectantes Σ, D (*corr.*) spectat *H*
 exspectantem *cet.* in *om.* *K* sorore *HPhk, Sp.r.* sororem *cet.* quod]
s. l. add. in Σ ipsa *t* ipse Φ perdidit *t* et *om.* Φ 7 uo-
 luptatem Σ (*corr.*), Φt uoluntate *Da.c.m2* minore *H* minorem se
 credit *B* sciat habere *k* 8 *pr.* sit *Ht* si *cet.* et *om.* ΦB gaud.
 quia Ψ centenus *K* centenum *H* 9 sexagensimus *K* fructos *H*,
om. *K* 10 consortium Φ 11 dom. acc. ΣDB te *s. l. m2* Σ con-
 temnes *D, ka.c.m2* contemnis $\Sigma t B, kp.c.m2$ temnis *H* spernens Φ 12 cae-
 pisti *t* si *Kk\Psi*, *om.* Φ sic *cet.* et (*om.* ΣD) plaudere *H\Sigma D*
 13 uiri *k* positi Φ (*corr.*), *t* posita *k* 14 concurrerit *k, Sp.c.m2*
 cucurrerit *H* occurrit *K* salutantium *kB* facis Σ (*corr.*), *B* facies *H*
 15 sponsa dei *H* qui Φ 16 scio *H* illi *t*, *om.* *H* 17 neque]
 ne *t* tant. te ΣDB te *om.* *H* concursus *B, Sa.c.m2* decursus *D*
 18 quae *s. l. m2* Σ quas] quasi *H* quae quasi (*i eras.*) *B*

greges saepiunt et in quarum uestibus adtenuata in filum
 metalla texuntur, sed etiam eas fuge, quas uiduas necessitas
 fecit, non quo mortem optare debuerint maritorum, sed quo
 datam occasionem pudicitiae libenter arripere. nunc uero
 tantum ueste mutata pristina non mutatur ambitio. praecedit
 caueas basternarum ordo semiuir et rubentibus buccis cutis
 farsa distenditur, ut eas putes maritos non amisisse, sed
 3 quaerere. plena adulatoribus domus, plena conuiuus. clerici
 ipsi, quos et magisterio esse oportuerat et timori, osculantur
 capita patronarum et extenta manu, ut benedicere eos putes 10
 uelle, si nescias, pretium accipiunt salutandi. illae interim,
 quae sacerdotes suo uident indigere praesidio, eriguntur in
 superbiam et, quia maritorum expertae dominatum uiduitatis
 praeferunt libertatem, castae uocantur et nonnae et post cenam
 dubiam apostolos somniant. 15

17. Sint tibi sociae, quas uideris quod ieiunia tenuant,
 quibus pallor in facie est, quas et aetas probauit et uita, quae
 cotidie in cordibus suis canunt: ubi pascis? ubi cubas in

14 cf. Ter. Phorm. 342. Horat. sat. II 2, 77 18 *Cant. 1, 6

1 grege *t* et *om.* *H* filo *t* 2 auri met. *ΣDB* met. auri *k*
 3 facit *K* fecit non uoluntas *k* quod *ΦB, kp.c.* morte *Φ* opt.
 deb.] obtauerint *DB* optauer *Σ* quo *KΣΥ* quod *cet.* 4 data *k* ad *H*
 occasione *k* inpudicicie *Bp.c.m2* libertatem *H* non libenter *ς* arri-
 pere *KΦt*, *add.* debuerunt (noluerunt *Υ*) *kΥ* arriperint *H* acceperint *D*
 acceper *Σ* accipiunt *B* uero] s. l. *Φ* autem *k* 5 pristina *Φt* mu-
 tatur] putantur *H* praecedunt *H* 6 uasternarum *Σt* semiuiris *H*
 -ros *kt* -rorum *Σ, D* (-uorum *a.c. m2*), *B* rudentibus *Φ* cut.] cunctis *H*
 7 falsa *D* farta *ς* uiros *B* sed] quam *H* 8 *alt.* plena *om.* *H*
 conuiuis *KH, Σa.c.* conuiuus *cet.* 9 *pr. et]* in *Σ* (*eras.*), *DB* monasterio
Σ (*corr.*), *D* esse] ei esse te *k* oportuerat (*ex -rit m2 B*) doctrinae
 pariter *ΣDB* timoris *KΣDΥB* 10 matronarum *ΣDtB* extensa *H*
 manu *om.* *H* ut *om.* *ΣDkB* putas *Σp.c.* 11 uelle *om.* *kt* pre-
 tia *ΣDB* interim] enim *KΥ* 12 sacerdotem *H* -ti *D* -tis (*corr.*) *Φ*
 suo *HDB* suos *cet.* uiderint *k* debent *D* 14 *alt.* et *om.* *B* 15 du-
 biam] dicam *H* dormitant (*s. l. add. et m2*) *B*, *om.* *Φ* ap̄os (*exp.*) *Σ*
 16 uideris quod *KΥ*, *om.* *cet.* adtenuant *B* 17 quibus] *ex* qui *Φ*
 cuius *H* *pr. et]* s. l. *m2 B*, *om.* *ΣDt* probabit *Σt* probat *H*
 18 clamant *Φ*

meridie? quae ex affectu dicunt: cupio dissolui et esse
 cum Christo. esto subiecta parentibus: imitare sponsum
 tuum. rarus sit egressus in publicum: martyres tibi quaerantur
 in cubiculo tuo. numquam causa deerit procedendi, si semper,
 5 quando <neesse, quando non> necesse est, processura sis. mode-
 ratis cibus et numquam uenter repletus. plurimae quippe sunt,
 quae, cum uino sint sobriae, ciborum largitate sunt ebriae. ad
 orationem tibi nocte surgenti non indigestio ructum faciat, sed
 inanitas. crebrius lege et disce quam plurima. tenenti codicem
 10 somnus obrepat et cadentem faciem pagina sancta suscipiat. sint
 tibi cotidiana ieiunia et refectio satietatem fugiens. nihil prodest
 biduo triduoque transmissio uacuum portare uentrem, si pariter
 obruitur, si compensatur saturitate ieiunium. ilico mens repleta
 torpescit et inrigata humus spinas libidinum germinat. si quando
 15 senseris exteriorem hominem florem adulescentiae suspirare et
 accepto cibo cum te in lectulo compositam dulcis libidinum
 pompa concusserit, arripe scutum fidei, in quo ignitae diaboli
 extinguntur sagittae. omnes adulterantes, quasi clibanus
 corda eorum. at tu Christi comitata uestigiis et sermonibus
 20 eius intenta dic: nonne cor nostrum erat ardens in uia,

1 *Phil. 1, 23 2 cf. Luc. 2, 51 15 cf. Rom. 7, 22—23 17 cf.
 Eph. 6, 16 18 Os. 7, 4 20 *Luc. 24, 32

2 par. tuis Ψ 4 tuo in *mg.* $m2$ B causam K , DB (*corr.*) de-
 erit] dederis K 5 necesse, quando non *addidi*, nec (= ne—quidem) *addi*
mauult Engelbrecht necesse est] necessit Φ mod. sit H, B (sit *s. l.*)
 moderata sit Φ quaere mod. k sit tibi mod. ζ 6 uentre t tibi uenter k
 repletus $K\Psi$ extensus B expletus *cet.* plures ΣDB quippe] nam-
 que Φ 7 qui t sunt H 8 in nocte Σ namque H indig. cibi k
 ructuatum H 9 inania H crebris B et disce] edisce K disce
 $\Sigma D\Phi B$ tenendi t tenenti te ΣD 10 obripiat ΣD obripat H irrepit k
 candentem B 11 et] *s. l.* $m2$ B , *om.* Φ ref. ad uesperam (-rum B) kB
 saturitatem H prode est H 12 si] sic H 13 obruatur ΣDkB
 -etur H compensetur ζ illico Φ , *om.* H mens tua H repleatur
 pescit Φ repleta turpescit $H, Da.c.m2$ (-escit) 14 inrigatum (*corr.*) Σ in
 gratia Φ 15 senserit t florem $Hk\Psi tB$ flores Σ flore *cet.* 16 te *om. t*
 in] in te H , *om.* Σ composita t 18 extingu(u)ntur $K\Sigma DtB$ extin-
 guantur *cet.* omnes] *s. l.* *add.* enim $m2$ B et omnes H 19 at] ad
 H ac Σ hac D 20 dicito $\Phi, Bp.c.m2$ ard. er. ζ

cum aperiret nobis Iesus scripturas? et illud: igni-
 tum eloquium tuum, et seruus tuus dilexit illud.
 4 difficile est humanam animam non amare et necesse est, ut
 in quoscumque mens nostra trahatur affectus, carnis amor spi-
 ritus amore superatur; desiderium desiderio restinguitur. quid- 5
 quid inde minuitur, hinc crescit. quin potius semper ingemina:
 super lectum meum in noctibus quaesiui, quem
 dilexit anima mea. mortificate, ait apostolus, membra
 uestra super terram. unde et ipse confidenter aiebat: uiuo
 5 autem iam non ego, uiuit autem in me Christus. qui 10
 mortificauit membra sua et in imagine perambulabat, non timet
 dicere: factus sum tamquam uter in pruina; quidquid
 enim in me fuit umoris, excoctum est, et: infirmata sunt
 in ieiunio genua mea, et: oblitus sum manducare
 panem meum; a uoce gemitus mei adhaesit os meum 15
 carni meae.

18. Esto cicada noctium. laua per singulas noctes lectum tuum,
 in lacrimis stratum tuum riga. uigila et fiere sicut passer in soli-

1 *Ps. 118, 140 7 *Cant. 3, 1 8 *Col. 3, 5 9 Gal. 2, 20
 12 *Ps. 118, 83 13 *Ps. 108, 24 14 *Ps. 101, 5—6 17 cf.
 Ps. 6, 7 18 cf. Ps. 101, 8

1 ihs nobis ΣD script. ihs Φ 2 tuum uehementer $\Phi \Psi$ 3 an.
 hum. t non] aliquid (in mg. m2 t) non $\Sigma DktB$ 4 in] s. l. Σ , om. Φ
 quocumque Φ tradatur H affectui Φ amor carnis B spir.]
 xpi B 5 superetur ΣkB restinguatur Bp.c. 6 minuit k hic k
 crescat B ingemina] add. et dic (dicito ζ) k, Ba.c., ζ 7 lectum
 KH Ψ lectulum cet. meum] tuum eum ΣD tuum et dicito B tuum ζ
 quaesinit K quam Φ 8 mortificate] add. igitur ΣD add. ergo
 (eras.) B inquit ζ 9 uestra quae sunt Φ ipse postea $\Sigma D \Psi B$
 agebat H Φ , Dka.c. 10 autem] ego H in me uero H alt. autem K Ψ t,
 om. Φ uero cet. 11 mortificabat Σ mortificat ΦktB in om. t ima-
 ginem KH ΨB perambulatur $\Phi k \Psi t B$ timebit Φ 12 sicut $\Sigma D \Phi B$
 13 enim] s. l. k, s. l. m2 B, om. ΣD umoris]. s. l. et m2 B; add. libi-
 dinis kB coctum Ba.c. sunt i. t., in mg. est m2 t 14 in] a B
 genua] anima kt comedere Φ 15 a s. l. K adhererunt ossa mea ΣDB
 17 esto om. Φ tuum] **um (corr. m2) Ψ meum H Φ 18 in om.
 H $\Sigma Dk B$ stratum meum Φ tuis stratum ζ fi tp.c. sis B pass. unicus B

tudine. psalle spiritu, psalle et mente: benedic, anima mea,
 dominum et ne obliuiscaris omnes retributiones
 eius, qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis, qui
 sanat omnes infirmitates tuas et redimit ex corrup-
 5 tione uitam tuam. quis nostrum ex corde dicere potest: quia 2
 cinerem quasi panem manducaui et potionem meam
 cum fletu miscebam? an non flendum est, non gemendum,
 cum me rursus serpens inuitat ad illicitos cibos? cum de
 paradiso uirginitatis eiectum tunicis uult uestire pellicis, quas
 10 Helias ad paradisum rediens proiecit in terram? quid mihi et
 uoluptati, quae in breui perit? quid cum hoc dulci et mortif-
 ero carmine sirenarum? nolo illi subiacere sententiae, quae 3
 in hominem est lata damnatum: in doloribus et anxietati-
 bus paries, mulier — lex ista non mea est —, et ad uirum
 15 conuersio tua. sit conuersio illius ad maritum, quae uirum
 non habet Christum, et ad extremum 'morte morieris'
 finis iste coniugii: meum propositum sine sexu est. habeant

1 cf. I Cor. 14, 15 *Ps. 102, 2—4 5 *Ps. 101, 10 8 cf.
 Gen. 3, 1 sqq. 9 cf. Gen. 3, 21 10 cf. IV Reg. 2, 13 13 *Gen.
 3, 16 16 Gen. 2, 17

1 psallere s̄ps psallere *H* et *om.* Σ*D*Φ mente] sensu Σ*D*Φ*k*,*B*. (*add.*
 d̄io s. l. *m*2) 2 domino *D* et s. l. *B* ne ex noli Σ omnis retribu-
 tionis *H* 3 eius s. l. *m*2 *B* propitius fit *t* 4 redimit *H*Ψ, *Bp.c.m*2
 redimet *cet.* 5 quis] quis enim *H*, et (*del. m*2 *B*) quis Σ*D**B* dic.
 pot. ex c. Σ*D**B* 6 quasi] sicut *H*Σ*t**B* tamquam *D* panem meum *K*
 manducabam Σ*D*Φ*t**B* potum meum Σ*D*Φ*t* 7 non gem.] *corr.* et
 ingem. *m*2 *B* non lugendum *t* 8 rursus Φ*k**B* de *om.* Σ*D* 9 eiecto *t*
 eiectos *Bp.c.m*2*ς* pellitus *H* pelliceis *ς* 10 terra *H**D**k* dicens
 quid Σ*D* 11 in *om.* *ς* breuibus *H* periiit (*corr.*) *B* poterit *D*
 dulce *H*,*t* (*corr.*) 12 syren. Σ*t* syrin. *H* seren. *D* noli *K*,Ψ (*i ex e*
*m*2), *Bp.c.* nolo te *ς* subi. te *k* qua *B* 13 hominem Φ -ni (*alt.*
i ex em) *k* -ne *KH*Ψ*t**B* -nes Σ*D* inlata *D**k**B* inlatata (*in eras.*) Σ
 damnato *Hk*,*tp.c.* damnatio Σ*D**B* in anx. *ς* 14 mulieris ΣΨ non
 est mea Φ*k* non mea *H*,Σ*a.c.*; *add.* sed dei *k*,*B* (*del. m*2) et s. l. Σ
 uir. tuum Σ*B* 15 *pr.* conuersatio *H*Φ,Ψ*a.c.m*2 sit] est Σ*a.c.*,*D* *alt.*
 conuersatio *H* illius sit Ψ mar. eius Σ (*corr.*), *D**B* 17 fin. *i.*] mors
 finis istius *B* coniugii] *add.* sit Φ, *add.* est *t* sexu] exitu Φ est
 s. l. *B* habent (*corr.*) *t* habent et *B* h̄nt *k*

nuptiae suum tempus et titulum: mihi uirginitas in Maria dedicatur et Christo.

19. Dicat aliquis: 'et audes nuptiis detrahere, quae a domino benedictae sunt?' non est detrahere nuptiis, cum illis uirginitas antefertur. nemo malum bono comparat. gloriantur et nuptiae, cum a uirginibus sunt secundae. crescite, ait, et multiplicamini et replete terram. crescat et multiplicetur ille, qui inpleturus est terram: tuum agmen in caelis
 2 est. crescite et multiplicamini. hoc expletur edictum post paradysum et nuditatem et ficus folia auspicantia pruriginem nuptiarum. nubat et nubatur ille, qui in sudore faciei comedit panem suum, cui terra tribulos generat et spinas, cuius herba sentibus suffocatur: meum semen centena fruge fecundum est. non omnes capiunt uerbum dei, sed hi, quibus datum est. alium eunuchum necessitas faciat, me
 3 uoluntas. tempus amplexandi et tempus abstinendi manus a complexu; tempus mittendi lapides et tempus colligendi. postquam de duritia nationum generati sunt filii Abraham, coeperunt sancti lapides uolui super terram. pertranseunt quippe mundi istius turbines et in curru dei
 20 rotarum celeritate uoluuntur. consuant tunicas, qui inconsutam

3 cf. Gen. 1, 28 6. 9 Gen. 1, 28 10 cf. Gen. 3, 7 11 cf. Gen. 3, 17—19 13 cf. Matth. 13, 8 etc. 14 *Matth. 19, 11
 16 *Eccle. 3, 5 19 cf. Zach. 9, 16 21 cf. Ioh. 19, 23

1 nuptiae *k* suae *t* et] nam *k* uirginitatis *B* 3 dicit *Bp.c.m.2* dicet Φ et] an (*in ras. m.2*) *B* deo *HEDB* 4 sunt ben. *t* illi *t* 5 nemo] ne *H, \Sigma* (*corr.*) 6 nuptiae *H, B* (*corr.*) a] ad (*corr.*) *D*, *om.* ΦB sint ΣDkt ait *om.* *H* 9 est ait *B*, *om.* *H* edicto Φ dictum *H* 10 prurigine *D* 11 faciei] uultus *B* 12 comedet *K \Sigma \Psi B* cui] cuius ΣDB et spin. gen. ΣDB germinat *k* 13 et cuius $\Sigma D \Psi B$ herbae *kp.c.m.2* dentibus *K, \Psi a.c.m.2* suffocantur *k*, *add.* et *t* centenario $\Sigma D. Ba.c.$ centenaria *Bp.c. \varsigma* 14 hii *H, kp.c.m.2* his *KDB* hi* Σ is *t* 15 faciet Φ fecit *H* facit Σkt facit faciat *B* 16 uol. sicut scriptum est *k* 17 manus *om.* ς a *om.* *H* complexibus ΣDB complexu et *k* tempus mittendi—21 uoluuntur *secludenda censet Engelbrecht* 18 sunt *om.* *H* 19 abrahamae ΣDB et sancti Φ 20 ist. mundi *k* ipsius *H* et *om.* *t* cursu *H* 21 uoluantur ΣD tunicam *B* quae *K* insutam Φ consutam *H*

desursum tunicam perdidērunt, quos uagitus delectat infantum
 in ipso lucis exordio fletu lugente, quod nati sunt. Eua in 4
 paradiso uirgo fuit; post pellicias tunicas initium nuptiarum.
 tua regio paradisus. serua, quod nata es, et dic: reuertere,
 5 anima mea, in requiem tuam. et ut scias uirginitatem
 esse naturae, nuptias post delictum: uirgo nascitur caro de
 nuptiis in fructu reddens, quod in radice perdiderat. exiet
 uirga de radice Iesse et flos de radice ascendet.
 uirga mater est domini, simplex, pura, sinceris nullo extrin- 5
 10 secus germine cohaerente et ad similitudinem dei unione fe-
 cunda. uirgae flos Christus est dicens: ego flos campi et
 liliū conuallium. qui et in alio loco lapis praedicatur
 abscissus de monte sine manibus significante prophetia uirgi-
 nem nasciturum esse de uirgine. manus quippe accipiuntur
 15 pro opere nuptiarum, ut ibi: sinistra eius sub capite
 meo et dextera eius amplexabitur me. in huius sensus 6
 congruit uoluntatem etiam illud, quod animalia, quae a Noe
 bina in arcam inducuntur, immunda sunt — impar numerus

3 cf. Gen. 3, 21 4 *Ps. 114, 7 7 *Esai. 11, 1 11 Cant. 2, 1
 12 cf. Dan. 2, 34 15 *Cant. 2, 6 17 cf. Gen. 7, 2

1 desuper Φt uagitum Σ (corr.), D infantium k instantum H
 2 lugentes $\Sigma Dk B$ lugentium $K a. c. S$ quo $k, Ba. c. m 2$ 3 uirgo] $s. l.$
 $m 2 \Sigma, om. \Phi$ initium sumpsit DB sumpsit ($s. l.$) init. Σ 4 para-
 di(y)sus (us *ex* um $Dm 2$) est $\Sigma D \Psi B$ si seruas (conseruas k) $k B$
 quod] corr. ad quod $m 2 D$ est H dic cum propheta k 5 et]
 $s. l. m 2 B, om. \Sigma$ ut *om. t* 6 naturae *om. k* 7 *pr. in] om. \Phi* et in Ψ
 redditur H exiit $H \Phi \Psi$ 8 *alt. rad.]* radice eius Σ (eius $s. l.$), $\Psi t B$
 ascendit $H \Phi, \Psi p. c. m 2$ 9 uirgo Φk sincera $DB, tp. c.$; cf. *Neue, Formen-*
*lehre II*³ 166 sq. 10 et] si H domini $\Sigma DB, om. H$ 11 est dicens
om. H 12 in *om. \Phi* praed. absc.] praecisus t 13 abscissus H
 abscissus S significantem D propheta $\Sigma \Phi t$ prophetā D uirgineum
 uel uirginem <eum> *coni. Engelbrecht* 14 nasc. esse] nasci ($s. l.$) ha-
 bere Φ uirginem $H t$ 15 ut *om. H* ubi H, Φ (corr.) alibi k
 16 dextera D illius k amplexauit met H cuius k sensu K
 sensum H 17 congruet H uoluntate *tp. c.* uoluptatem Σ (corr.), B
 etiam] et *Bp. r.* quod] $s. l. \Sigma, om. t$ a noe quae K a *om. \Sigma Dt B*
 noe (quae *add. K*) bina in arcam (arca K) $K \Psi$ noe in arcam (arca H)
 bina $H \Phi k t$ in arcam (arca D) noe bina ΣDB 18 impar enim S

est mundus —; quod Moyses et Iesus Naue nudis in sanctam terram pedibus iubentur incedere et discipuli sine calciamentorum onere et uinculis pellium ad praedicationem euangelii destinantur; quod milites uestimentis Iesu sorte diuisis caligas non habuere, quas tollerent. nec enim poterat habere dominus, quod prohibuerat in seruis.

20. Laudo nuptias, laudo coniugium, sed quia mihi uirgines generant: lego de spinis rosas, de terra aurum, de conca margaritum. numquid, qui arat, tota die arabit? nonne et laboris sui fruge laetabitur? plus honorantur nuptiae, quando, quod de illis nascitur, plus amatur. quid inuides, mater, filiae? tuo lacte nutrita est, tuis educta uisceribus in tuo adoleuit sinu, tu illam sedula pietate seruasti: indignaris, quod noluit militis uxor esse, sed regis? grande tibi beneficium praestitit: socrus dei esse coepisti. de uirginibus, inquit apostolus, praeceptum domini non habeo: cur? quia, et ipse ut esset uirgo, non fuit imperii, sed propriae uoluntatis. neque enim audiendi sunt, qui eum uxorem habuisse confingunt, cum de continentia dis-

1 cf. Ex. 3, 5 et Ios. 5, 16 2 cf. Matth. 10, 10 etc. 4 cf. Matth. 27, 35 etc. 15 I Cor. 7, 25

1 mundis *B* quod] et *ς* et *om.* *Φ* hiesus *D* iesu *KHΣtB* hiesu *ΦΨ*
 2 discipulos (o ex u) *K* sine] in *Ba.c.m2* 3 honere *K,Σt* (*corr.*), *D*
 pellium] pedum *K* euang. *KΨ* noui eu. *cet.* 4 quos *K* quod et *B*
 et *ς* ihm *K* 5 non *om.* *Φ* habere *K* (*corr.*), *H* habuerint (-rit
m2) *B* habebant *ΣD* poterat] s. l. *K*, *om.* *Ψ* 6 in] eras. *H*, *om.* *k*
 dominus in *Φ* seruis] ex sertus *m2* *D* seruis poterat *KΨ* 7 quae *Σ*
 quoniam *Φ* 8 spinas *K,Ψ* (*corr.*) rosas *KΦΨ* rosam *cet.* con-
 cauis *H* concauo *B* coccauo *D* coclea (*in mg.* al cocauo) *Σ* concha *ς*
 margaretum (u ex a) *Σ* margaritam *DΨB* 9 tota die] cottidie *Σ* (tt ex t)
 10 plus] sed dicit forsitan matertera (mater tua *k*) plus *kB* quando]
 s. l. *B* quando uirgo *k* 11 qui *H* inuidens *t* filiae] s. l. *add.* tue
m2 *B* 12 tuis] *om.* *t* tuis est *Φ* tuis uirgo *Ψ* educta *B* educata
KΦkΨt,Σ (ex edocta), *D* (u ex o) edocata *H* illam *KΦΨ*, *add.* uir-
 ginem *cet.* 13 et nunc indign. *k* uxores se *H* uxorem esse *t* sponsa
 aut uxor esse *B* esse uxor *ς* 14 esse *om.* *H* 16 dei *H* cur *om.* *H*
 ut] cum *H* esse *KΦ* 17 propria *H* neque—conf. *om.* *k* 18 eum]
 etiam *D* uxores habuisse *D* habere uxorem *H*

serens et suadens perpetuam castitatem intulerit: uolo autem omnes esse sicut me ipsum, et infra: dico autem in nuptis et uiduis: bonum est illis, si sic permanent, sicut et ego, et in alio loco: numquid non habemus potestatem uxores circumducendi sicut et ceteri apostoli? quare ergo non habet domini de uirginitate praeceptum? quia maioris est mercis, quod non cogitur et offertur, quia, si fuisset uirginitas imperata, nuptiae uidebantur ablatae et durissimum erat contra naturam cogere angelorumque uitam ab hominibus extorquere et id quodam modo damnare, quod conditum est.

21. Alia fuit in ueteri lege felicitas. beatus, qui habet semen in Sion et domesticos in Hierusalem, et maledicta sterilis, quae non pariebat, et: filii tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensae tuae, et repressio diuitiarum, et: non erit infirmus in tribubus tuis. nunc dicitur: 'ne te lignum arbitreris aridum; habes locum pro filiis et filiabus in caelestibus sempiternum'; nunc benedicuntur pauperes et Lazarus diuiti praefertur in purpura;

1 *I Cor. 7, 7 2 *I Cor. 7, 8 4 *I Cor. 9, 5 6 cf. I Cor. 7, 25
12 *Esai. 31, 9 14 cf. I Reg. 1, 6 *Ps. 127, 3 16 *Ps. 104, 37
17 cf. Esai. 56, 3—5 19 cf. Luc. 16, 19—31

1 perpetuam] per suam imitationem *kB* caritatem *ΣD* int. cast. *Φ*
2 omnes homines *B* aut.] *add.* esse *t* 3 illi *D* permanserint *k, H* (-it)
maneant *Φt* 4 *pr.* et *om.* *ΣDB* 5 uxorem circ. *k* circ. mulieres *ΣD*
mulieres (*s. l.*) circumducendi (*corr.*) *B* et *om.* *Σk* 7 melioris *K*
mercedis *ΣD* meriti *kB* et] *in ras. m2 B* sed *HkΨt* offertur (*o*
in ras. m2) *B* 8 quia] qua *H* uiderentur *k, Bp.c.m2* uidebuntur *Σ*
(*corr.*), *D* uidebatur *t* 9 uita *D* 10 id *om. t* damnatum *Φ* 11 est]
sit *H* 12 uetere *ΣDΦk* uetera *H* legi *Φ* legis *D* felicitas] *def. t*
beatus] ibi (ubi *Bp.c.*) dicitur beatus *kB* habebat *ΦΨ* 13 *pr.* in
s. l. *Φ* domesticus *H* 14 parturiebat *Φ* 15 nouellae *k* nouellatio
ΣB, D (nob-) promissio *H* 16 erit] est *D* tribus *H, ΣB* (*corr.*), *D*
17 tunc *K, Ψa.c.m2* dicitur] *add.* de eunuchis *k, B* (heunue, *s. l.*
in ras. his m2) ne] nec *H* 18 in] *s. l. m2 B, om.* *ΣD* nunc
ergo *Ψ* 19 eleazarus *KΨ*

nunc, qui infirmus est, fortior est. uacuuus erat orbis et, ut
 3 de typis taceam, sola erat benedictio liberorum. propterea et
 Abraham iam senex Cetturae copulatur et Iacob mandragoris
 redimitur et conclusam uuluam in ecclesiae figuram Rachel
 pulchra conqueritur. paulatim uero increscente segete messor 5
 inmissus est. uirgo Helias, Helisaeus uirgo, uirgines multi filii
 prophetarum. Hieremiae dicitur: et tu ne accipias uxorem.
 sanctificatus in utero captiuitate propinquante uxorem prohi-
 4 betur accipere. aliis uerbis id ipsud apostolus loquitur: existi- 10
 stimo ergo hoc bonum esse propter instantem ne-
 cessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.
 quae est ista necessitas, quae auferet gaudia nuptiarum? tem-
 pus breuiatum est; reliquum est, ut et qui habent
 5 uxores sic sint, quasi non habentes. in proximo est
 Nabuchodonosor: promouit se leo de cubili suo. quo mihi 15
 superbissimo regi seruitura coniugia? quo paruulos, quos propheta
 conploret dicens: adhaesit lingua lactantis ad
 faucem ipsius in siti. paruuli postulauerunt panem
 6 et, qui frangeret eis, non erat? inueniebatur ergo, ut

3 cf. Gen. 25, 1 cf. Gen. 30, 14—16 4 cf. Gen. 30, 1
 7 *Hier. 16, 2 9 I Cor. 7, 26 12 *I Cor. 7, 29 15 *Hier. 4, 7
 17 *Thren. 4, 4

1 qui s. l. K et om. B 2 de om. HΦ typicis (corr.) Σ tipicis
 DΦB inceptus H taceam] add. propterea (praetereo [sic] B) de
 posteritate ea (ea om. B) kB 3 iam om. D cetturae HΦ cetturae K
 (corr.), ΨB cethurae Dk caethurae Σ iacob a Φ 4 conclusa uulua D
 figura Φk 5 conqueritur H,Σ (pr. i ex e), k, Ba.c.m.2 conatqueritur Φ
 increscenti k 6 helisaeus K -eus cet. filii om. H 7 accipies k
 acceperis Φ acciperis H 8 propinqua HΣDkB 9 ipsud KH ipsum
 cet. aestimo ΣD,B (ext-) 10 ergo KΨ, om. cet. hoc om. Ψ
 11 est om. K 12 ista] instans k quae cm. Φ auferat H
 aufert kΨB auferendi Φ 13 reliq. est om. k ut om. H 14 ha-
 beant HΣDk haberent B in—Nabuch.] quoniam in proximo est
 domini dies nabucodonosor rex B in om. Φ 15 nabucodonosor B
 nabucchodonor Φ se] om. Φ se (s. l. m.2 B) quasi kB quo] qui Φ
 16 coniugia in ras. m.2 B quo] in mg. m.2 B quas (ex qua) Φ 17 con-
 plorat ΣDB lactentis Bp.c.m.2,Σ 18 fauces H ipsi Φ 19 non
 erat in ras. m.2 B

diximus. in uiris tantum hoc continentiae bonum et in dolo-
 ribus iugiter Eua pariebat. postquam uero uirgo concepit in 7
 utero et peperit nobis puerum, cuius principatus in uero
 eius, deum fortem, patrem futuri saeculi, soluta maledictio
 5 est. mors per Euam, uita per Mariam. ideoque et ditius uir-
 ginitatis donum fluxit in feminas, quia coepit a femina. statim
 ut filius dei ingressus est super terram, nouam sibi fami-
 liam instituit, ut, qui ab angelis adorabatur in caelo, haberet
 angelos et in terris. tunc Olofernae caput Iudith continens 8
 10 amputauit; tunc Aman, quod interpretatur 'iniquitas', suo igne
 combustus est; tunc Iacobus et Iohannes relicto patre, rete,
 nauicula secuti sunt saluatorem affectum sanguinis et uincula
 saeculi et curam domus pariter relinquentes; tunc primum
 auditum est: qui uult uenire post me, neget se ipsum
 15 sibi et tollat crucem suam et sequatur me. nemo
 enim miles cum uxore pergat ad proelium. discipulo ad sepul- 9
 turam patris ire cupienti non permittitur. uulpes foueas
 habent et uolucres caeli nidos; filius autem homi-
 nis non habet, ubi caput reclinet: ne forsitan contri-

1 cf. Gen. 3, 16 3 *Esai. 9, 6 9 cf. Iud. 13, 10 10 cf. Esth.
 7, 10 11 cf. Matth. 4, 21—22 etc. 14 *Matth. 16, 24 etc. 16 cf.
 Matth. 8, 21—22 etc. 17 Matth. 8, 20 etc.

1 *pr.* in *om.* *k* dol. ingentibus *k* 2 iugiter *om.* *H* eue (*corr.*)
Φ euā *K* parturiebat *ΣDB* uero] *om.* *H* uiro *K*, *Ψa.c.m.2*
 3 principatum *Hk* (h)umeros *DB, Σ* (o *ex u*) 4 deo *H* patrem
 fortem *KΨ* forti patre *H* 5 est] erat *H*, *om.* *Φ* per Euam] per
 eam *kp.c.* super eum ā *H* diutius *HΣDB* de istis *k* de uiris *Φ* 6 lu-
 xit *Σ* (*corr.*), *D* 7 in nouam *H* familia (*ex* famliam) *Φ* liam *D* filiam
 (*corr.*) *Σ* 8 quia *Σ* caelis *H, Bp.c.m.2* habeat *H* 9 olifernae *H*
 oloferni *B* olofernis *DΦΨ* holofernis *Σ* 10 amas *ΣDΦB* ammas *H*
 quod] qui *ς* igni comb. est *H* comb. est igne (-i *ς*) *ΣDBς* 11 iacob
HΦ iohannis *K* rete] et *ΦB* rete et *ΣD* 12 et] haec *Φ* 14 post
 me uenire (*ex* -ret *D*) *ΣD* neget (abneget *HΦ*) se ips. sibi (sibi *om.*
Hk) *KHΦkΨ* deneget (abneget *B*) semet (-d *B*) ips. *ΣDB* 15 suam *om.* *Σ*
 16 milix *Ka.c.m.2, H* ad *ex* et *Φ* 18 habeant *B* nodos (*corr.*)
Φ dos (*corr.*) *H*. nidos ubi requiescant *ΣDB* 19 caput suum *HB*

steris, si anguste manseris. qui sine uxore est, sollicitus est ea, quae domini sunt, quomodo placeat deo, qui autem cum uxore est, sollicitus est, quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori. diuisa est mulier et uirgo: quae non est nupta, cogitat, quae sunt domini, ut sit sancta corpore et spiritu; nam quae nupta est, cogitat, quae sunt mundi, quomodo placeat uiro.

22. Quantas molestias habeant nuptiae et quot sollicitudinibus uinciantur, in eo libro, quem aduersus Heluidium de beatae Mariae perpetua uirginitate edidimus, puto breuiter expressum. nunc eadem replicare perlongum est et, si cui placet, de illo potest haurire fonticulo. uerum, ne penitus uidear omisisse, nunc dicam, quod, cum apostolus sine intermissione orare nos iubeat et, qui in coniugio debitum soluit, orare non possit, aut oramus semper et uirgines sumus, aut orare desinimus, ut coniugio seruiamus. et si nupserit, inquit, uirgo, non peccat; tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. et in principio libelli praefatus sum me de angustiis nuptiarum aut nihil omnino aut pauca dicturum et nunc eadem admoneo. at, si tibi placet scire, quot molestiis uirgo libera, quot uxor adstricta sit, lege Ter-

1 *I Cor. 7, 32—34 13 cf. Horat. sat. I 1, 56 14 cf. Eph. 6, 18 etc. 17 *I Cor. 7, 28

2 ea] s. l. m2 k, om. ΣΨ domini] om. k domi H deo] domino ΣDΨB
 3 alt. est] ea B est ea Σ (ea s. l.), D huius om. σ 4 uxori et Φ
 5 non (eras.) sunt H 6 sit om. H sancta et DΦ 7 huius mundi
 ΣDB 8 uiri H 9 habent Σ (corr.), Dk quod KHΦ 10 in om. Φ
 aduersum k helu. KΨ eliu. Φ elu. cet. 11 perbreuiter Φ 12 eadem
 ex ea m2 B est] esset σ 13 et de Σ potest om. H 14 nunc]
 hoc H 15 nos] non (eras.) H iubet H in om. Σ coniugium H
 conuiuio Φ 17 desinemus KΣD desinamus Ba.c.m2 ut] et B
 18 carni Ψp.c. 19 huius (s. l. mundi) Φ et eras. B 20 me om. B
 alt. aut] me (s. l. m2) aut B 21 at Engelbrecht ut (om. Φ) codd.
 22 quot ΣkB quod cet. sit libera k liberata sit Φ quot ΣkB
 quod cet. legas HΣDk tertuliani Φ tertullianum ΣΨ, Ba.c.m2
 tertulianum D

tulliani ad amicū philosophum et de uirginitate alios libellos et beati Cypriani uolumen egregium et papae Damasi super hac re uersu prosaque composita et Ambrosii nostri quae nuper ad sororem scripsit opuscula. in quibus tanto se fudit
 5 eloquio, ut, quidquid ad laudem uirginum pertinet, exquisierit, ordinarit, expresserit.

23. Nobis diuerso tramite inceditur: uirginitatem non effe-
 rimus, sed seruamus. nec sufficit scire, quod bonum est, nisi
 custodiatur adtentius, quod electum est, quia illud iudicii est,
 10 hoc laboris, et illud commune cum pluribus, hoc cum paucis.
 qui perseuerauerit, inquit, usque ad finem, hic saluus
 erit et: multi uocati, pauci autem electi. itaque ob- 2
 testor te coram deo et Christo Iesu et electis angelis eius, ne
 uasa templi, quae solis sacerdotibus uidere concessum est,
 15 facile in publicum proferas, ne sacrarium dei quisquam pro-
 fanus inspiciat. Ozias arcam, quam non licebat, adtingens su-
 bita morte prostratus est. neque enim aureum uas et argen-
 teum tam carum deo fuit, quam templum corporis uirginalis.

11 *Matth. 10, 22. 24, 13 12 *Matth. 20, 16. 22, 14 16 cf. II
 Reg. 6, 6—8. I Par. 13, 9—11

1 amatum *Ba.c.m.2* et] scribente *k* 3 uersus *D* uersum *H* con-
 positum *K* ambrosi *K* qui Σ 4 ad sorores scripsit *H* scripsit
 (scribit *D*) ad sororem ΣDB tantum Σk tantos Φ se *om.* Φk
 effudit $\Sigma D \Phi B$ 5 eloquii (*corr.*) Σ eloquium *H* (*corr.*), *k* laudes ΣDB
 exquaesierit *KH, \Psi* (*corr.*) 6 ordenarit (ordinaret Φ) expresserit *Kmg. \Phi*
 ordinaret *H* expr. ord. (-uerit *m.2* Σ) ΣD inuenerit ordin. (-uerit et *k*)
 expr. *k\Psi* inuenerit expr. ord. *B* 7 a nobis ΨB tramitem *KH*
 inceditur $\Phi k \Psi, B$ (*ex* incedit *m.2*) ciditur *Ka.c.m.2* incidit *H* incederit ΣD
 incedendum ς non tantum ΣD offerimus Σ auferimus Ψ 9 elec-
 tum *ex* del. *uel* dil. *m.2* *B* lectum *H* quia] *ex* qui Σ quia et *H*
 10 commune est Φ 11 inquit *om.* ΨB ad *KD\Psi* in *cet.* 12 at uocati *B*
 autem] uero *IIB* obtestor *B* 13 domino *K\Psi*, *om.* *B* *pr.* et *om.* *B*
 eius] *s. l.* Σ , *add.* ut custodias quae coepisti *k* 14 templi domini Ψ
 15 sacrificium *B* quis *H* 16 aspiciat *D* oza ς arc. testamenti
 domini *k* licebat tangere ς adstringens ΣD 17 multatus (*corr.*
m.2mg.) *k* est *om.* *B* enim *om.* *B* uas aur. ς 18 clarum *H*

3 praecessit umbra, nunc ueritas est. tu quidem simpliciter loqueris et ignotos quoque blanda non despicias, sed aliter inprudici uident oculi. non norunt animae pulchritudinem considerare, sed corporum. Ezechias thesaurum dei monstrat Assyriis, sed Assyrii uidere, quod cuperent. denique frequen- 5
tibus bellis Iudaea conuulsa uasa primum domini capta atque translata sunt et inter epulas et concubinarum greges, quia palma uitiorum est honesta polluere, Baltasar potat in fialis.

24. Ne declines aurem tuam in uerba mala. saepe indecens aliquid loquentes temptant mentis arbitrium. si libenter audias, 10
uirgo, quod dicitur, si ad ridicula quaeque soluaris, quidquid dixeris, laudant; quidquid negaueris, negant. facetam uocant et sanctam et in qua nullus sit dolus, 'ecce uera Christi ancilla' dicentes, 'ecce tota simplicitas, non ut illa horrida, turpis, rusticana, terribilis et quae ideo forsitan maritum in- 15
2 uenire non potuit'. naturali ducimur malo: adulatoribus nostris libenter fauemus et, quamquam nos respondeamus indignos et cali-

4 cf. IV Reg. 20, 13—18 5 cf. IV Reg. 24, 13. 25, 13—17. II Par. 36, 10. 18 7 cf. Dan. 5, 2—3 9 cf. Ps. 140, 4

1 praecessit tunc Ψ suppliciter Φ 2 ignito os (os *eras.*, s. l. ore m2) loquentes k quosque $k\Psi B$ blando sermone H 3 oc. uid. inp. B uid. inp. oc. ΣD qui non nouerunt B pulchr. om. D 4 domini B 5 syriis H Assyrii] arsis k uiderent H non debuerunt uidere ΣDB cupiebant Φ quererent B 6 bellis Iudaea] belli usibus H uasa in *mg.* K 7 *pr.* et om. kB quia] que Φ , s. l. Σ 8 puluere K (*corr.* pulluere), Φ (*ex* poluere), $\Psi a.c.m.2$; *sq.* que B balthasar Dk baldasar $H\Sigma$ portat (*r. eras.*) ΣDB fialas K 9 nec kB declines $\Sigma\Phi$ mala] uana H malitiae ζ saepe enim ΣDB 10 aliqui $H\Sigma$ loquentis $HD, Kp.c.$ tem(p)tat KHD diligenter Φ audis Φ audiat Σ 11 quid H ridiculum ΣDB quaque soluaris Φ quoque (*corr.*) saluatoris (*corr.* m2) B queso labaris D quod (s. l.) queso lauaris (*pr.* a *eras.*) Σ 12 denegaueris $\Sigma D, B$ (*ex* -rit) et facetam Φ tacitam ΣD innocentem k castam (*in ras.* m2) B 13 *alt.* et om. Φ uera $K\Psi$ uere *cet.* xpi anc. (-am H) $KH\Psi$ anc. xpi *cet.* 14 tota] sola K ordinatur (*exp.*, s. l. horrida) Σ 15 quo Φ mar.] mar. sic habuit quia D mar. non (*in ras.* 3 *litt.*) habuit (s. l. quia) Σ 17 et] ut H calidos $Kp.c. \Sigma a.c.$ callidos $Ka.c. \Sigma p.c. D, k$ (callidus m2)

dus rubor ora perfundat, tamen ad laudem suam intrinsecus
 anima laetatur. sponsa Christi arca est testamenti extrinsecus
 et intrinsecus deaurata, custos legis domini. sicut in illa nihil
 aliud fuit nisi tabulae testamenti, ita et in te nullus sit ex-
 5 trinsecus cogitatus. super hoc propitiatorio quasi super cheru-
 bim sedere uult dominus. mittit discipulos suos, ut in pullo 3
 asinae curis te saecularibus soluant, ut paleas et lateres
 Aegypti derelinquens Moysen sequaris in heremo et terram
 repromissionis introeas. nemo sit, qui prohibeat, non mater,
 10 non soror, cognata, germanus; dominus te necessariam habet.
 quod si uoluerint impedire, timeant flagella Pharaonis, qui
 populum dei ad colendum eum nolens dimittere passus est
 illa, quae scripta sunt. Iesus ingressus templum omnia, quae 4
 templi non erant, proiecit. deus enim zelotes est et non uult
 15 domum patris fieri speluncam latronum. alioquin, ubi aera
 numerantur, ubi sunt caeuae columbarum et simplicitas ene-
 catur, ubi in pectore uirginali saecularium negotiorum cura
 aestuat, statim uelum templi scinditur; sponsus consurgit ira-
 tus et dicit: relinquetur uobis domus uestra deserta.

2 cf. Ex. 25, 11. 37, 1 5 cf. Ps. 79, 2. Hebr. 9, 5 6 cf. Matth.
 21, 1—7 etc. 7 cf. Ex. 1, 14 11 cf. Ex. cap. 5 sqq. 13 cf. Matth. 21,
 12—13 etc. 14 cf. Ex. 20, 5. 34, 14 etc. 15 cf. Matth. 21, 13 etc.
 16 cf. Matth. 21, 12 etc. 18 cf. Matth. 27, 51 etc. 19 Matth. 23, 38 etc.

1 ad(t)tamen ΣDB 2 est *om.* Φ test. domini k intr. et extr. ζ
 3 custos H, Σ (*corr.*), Φ nihil al.] al. non ΣDB 4 tabula H testi-
 monii Σ , *om.* D intrinsecus H 5 propitiatorium $\Sigma D \Psi B$ cherubim
 $\Psi, \Sigma p. c. m. 2$ -bin *cet.* 6 sedere—pullo *in mg. inf. m. 2* Σ mitt.] mittit
 dominus B ut] ut in te sicut ζ 7 asinae (asina Φ) sedeat $D \Phi \Psi$ asinae
 supersederet B *add.* sedeat *s. l.* $K m. 2 \Sigma m. 1$ curisque B soluat ζ 8 he-
 remum Φ 10 non *om.* $H k$ cognota H non cognata B non germanus ζ
 dominus ihus H 11 fragella Φ , *om.* k pharaonem $k p. c. m. 2$ 12 non
 (*s. l.*) uolens H 13 illa] ea ζ ingressus (*est add.* Σ) in ΣDB
 omnia] ea ΣDB 14 zelotis $H \Psi, \Phi p. c.$ zelus K 15 patr. dom. ζ
 patri (*corr.*) sui Φ aera] *s. l.* Σ uera H 16 ubi sunt] *s. l.* Φ ubi Ψ
 cauae Φ cauere H necatur ΣD denegatur Φ e..catur (*s. l.* mer) H
 17 uirg. pect. k 18 consurget k 19 dicet $\Sigma D, B a. c. m. 2$ d. u.] do-
 mum suam Φ

- 5 lege euangelium et uide, quomodo Maria ad pedes domini sedens Marthae studio praeferatur — et certe Martha sedulo hospitalitatis officio domino atque discipulis conuiuium praeparabat —: Martha, inquit, Martha, sollicita es et turbaris circa plurima; pauca autem necessaria sunt aut unum. Maria bonam partem elegit, quae non auferretur ab ea. esto et tu Maria, tuis praeferto doctrinam.
- 6 sorores tuae cursitent et quaerant, quomodo Christum hospitem habeant; tu in semel saeculi onere proiecto sede ad pedes domini et dic: 'inueni eum, quem quaerebat anima mea; tenebo eum et non dimittam eum', et ille respondeat: una est columba mea, perfecta mea; una est matri suae, electa genitrici suae, caelesti uidelicet Hierusalem.

25. Semper te cubiculi tui secreta custodiant, semper tecum sponsus ludat intrinsecus. oras: loqueris ad sponsum; legis: ille tibi loquitur et, cum te somnus oppresserit, ueniet post parietem et mittet manum suam per foramen et tanget uentrem

4 *Luc. 10, 41—42 10 cf. Cant. 3, 4 12 *Cant. 6, 8 13 cf. Hebr. 12, 22 18 cf. Cant. 5, 4

2 praeferebatur ΣD 3 absque *Da.c.m2* disc. eius ζ conuiuia *B* praep. cui $\bar{i}hs$ *kY* 4 *alt.* marthae *H* 5 circa] erga *k* aut] hoc *k* ut ζ 6 maria autem Σ qui *B* aufertur *K* auferatur *B* 7 et] *s. l.* *H*, *om.* *k* tu *om.* *H* cibus] *in mg.* at cuius Σ ciues (*corr.*) eius *B* 8 sororis *Kp.c.* 9 habeant] suscipiant ΣDB tu (tui *Y*) in semel *KY,k* (*in del.*), tu (tuam *H* dum Φ) semel *cet.* honore Σ (*h eras.*), *D* honore *B* 11 *pr.* eum *s. l.* *B* et non] nec *H* *alt.* eum] *eras* Σ , *om.* *D* respondit Φ 13 matris *Hk,Y* (*s eras.*), *B* el. est ΣD una est el. Φ geni(e)trici *\Phi kYB* caelestis *kB* 15 te] de Φ in Σ (*corr.*), *D* cubiculi] *in ras. m2* *B* cubili Φ cubile *D* cubilis (*is in ras.*) Σ tuo Σ (*corr.*), *D* custodiat *kp.c.* custodiunt (*corr.*) *Y* custodiam Φ 16 laudat sponsus *D* ludat] *in ras. m2* *B* laudat Σ (*corr.*), *D\Phi* orans Σ (*corr.*), *DB* loquaris *B* ad spons. leg. *om.* *H* leges ΣD legentis (*entis in ras. m2*) *B* 17 tibi ille (*in ras. m2*) *B* illa tecum Φ loquetur *Bp.c.m2* te cum $\Sigma D, B$ (*corr.*) post] per *K* 18 mittit *KH* inscit Φ mitte *D* super (*corr.*) *k* tangit *KH\Phi*

tuum, et tremefacta consurgēs et dices: uulnerata caritatis
 ego sum, et rursus ab eo audies: hortus conclusus
 soror mea sponsa; hortus conclusus, fons signa-
 tus. caue ne domum exēas, ne uelis uidere filias regionis ²
⁵ alienae, quamuis fratres habeas patriarchas et Israhel parente
 laeteris: Dina egressa corrumpitur. nolo te sponsum quaerere
 per plateas, nolo circumire angulos ciuitatis. dicas licet:
 surgam et circumibo in ciuitate, in foro et in pla-
 teis et quaeram, quem dilexit anima mea, et inter-
¹⁰ roges: numquid, quem dilexit anima mea, uidistis?
 nemo tibi respondere dignabitur. sponsus in plateis non potest ³
 inueniri — arta et angusta uia est, quae ducit ad
 uitam —; denique sequitur: quaesiui eum et non inue-
 ni eum, uocaui eum et non respondit mihi. atque uti-
¹⁵ nam non inuenisse sufficiat! uulneraberis, nudaberis et geme-
 bunda narrabis: inuenerunt me custodes, qui circumeunt
 ciuitatem; percusserunt me, uulnerauerunt me,
 tulerunt theristrum meum a me. si autem hoc exiens ⁴

1 *Cant. 5, 8 2 Cant. 4, 12 4 cf. Gen. cap. 34 8 *Cant.
 3, 2 10 *Cant. 3, 3 12 *Matth. 7, 14 13 *Cant. 5, 6 16 *Cant.
 5, 7

1 *pr.* et *om.* Φ extrema facta Φ expergefacta ΣD (ex s. l. Σ) con-
 surgis H -git K -gens D alt. et *om.* D dices H dicens D cari-
 tatis $H\psi$ -tas $KD\Phi$ -tate *cet.* 2 sum *om.* K rursus $K\Phi\psi$ rursum
cet. audiens $\Sigma D\Phi$ 3 sp. hort. concl.] in *mg.* *inf.* *m2* Σ , *om.* D
 sponsa] *add.* mea H sign. fons k 4 alt. ne $K\psi$ ut ΣD et *cet.* uellis
 K (*corr.*), $H\Phi$ uelles (*corr.*) Σ 5 alienae] *add.* sicut dina fecit filia
 iacob k parentes B 6 nolo te] noli Φ queras H 7 nolo te
 ΣDB circuire $H\Sigma DB$ ang.] nolo ang. H dicit lic. H lic. dicat B
 8 circuibō $H\Sigma DkB$ *pr.* in *om.* $\Sigma\Phi kB$ ciuitatem (*add.* et ΣD) $\Sigma D\Phi kB$
 9 *pr.* et *om.* DB diligit B alt. et—mea] in *mg.* *inf.* *m2* ψ
 10 num k diligit B uidisti H 11 dign. resp. B 12 inuenire $HD\Phi$
 13 et—uoc. eum *om.* K inueni—non *om.* Φ 14 *pr.* eum $H\psi$, *om.*
 ΣDkB alt. eum *om.* k respondebit HD 15 uulneraueris HD, B
 (*corr.*) nudaueris HD et nudaberis Φ gemibunda $K\Sigma, \Phi$ (*corr.*)
 16 circueunt KH 17 in ciu. H et uuln. ΣDB 18 theristrum H
 serestrum Φ pallium DB, Σ (i ex e) uestimentum k a me] mihi ΣDB

patitur illa, quae dixerat: ego dormio et cor meum uigilat et: fasciculus stactae fratrueis meus mihi, in medio uberum meorum commorabitur, quid de nobis fiet, quae adhuc adulescentulae sumus, quae sponsa
1 nunc] *in ras.* *Bm2* non γ , *Mp.c.* 3 in] et *M* enigmata *Dθ* 5 cessauit *GD, Ba.c.* cessant (n *eras.*) *M*; *add.* atque omnium librorum et tunc uidebimus facie ad faciem bonum principium sicuti est *Bm2mg.* 6 est] *om. M, add. caf* (caph *MγB*) lamech (-eth γ -ec *B*) *IIDMθγ, Bm2mg.* disc. s. cord. *IIDθ, Bp.c.* cord. siue disciplina *Mγ* disciplina siue cor *N* 7 intellegantur *G* in *om. M* opera *M* 8 quae prius *IID* qui pius θ 9 sint *B* sciremus *A* sciamus *Mγ* 10 est] *om. Mγ, add. mem* (men γ) nun samech (-eth *Mγ*) *IIDMθγ, Bm2mg.* aeternum *GAγ* sempiternum *cet.* 11 explanationem *Dθ* set θ sed *IIDM, Bp.c.m2* cum omni *N* manifestus θ manifest *B* est] esse *IIDθ* 12 min.] *add.* posuimus (*del. m2*) *B* 13 habet (est *MγB*)] *add.* ain fe sade *IIDMθγ, Bm2mg.* fontem *N* oculum *N* oris *om. N* iustitia *N* 14 illud *om. M* num. interpretationum *M* proposuimus *B* 15 *pr.* et *om. DMγB* extr. est *M* quo] quia *M* dum hoc γ quod ς in *s. l. B* ipso] hoc *M* 16 num. sept. *M* intell.] *add.* cof (coph γ) res sen (sin *MB, Hp.c.*) tau (thau γ) *IIDMθγ, Bm2s.l.* 17 dentes] dentium *Ma.c.m2 ***centes* (*corr. dencentes m2*) quia *N* promittitur *A, Ba.c.* exprimitur *M* et] et ex *Mγ* et pro *N* et in ς 18 qui] quod *M* est $\chi\pi\varsigma$ *IIDMNθ* peruen.] itur *M, B* (*in ras. m2*); per quem uenitur (uen. *om. B*) ad regnum sempiternum *IIDMθ, Bm2mg.*

13. Oro te, quid hoc sacratius sacramento? quid hac uoluptate iucundius? qui cibi, quae mella sunt dulciora dei scire prudentiam, in adyta eius intrare, sensum creatoris inspicere et sermones domini tui, qui ab huius mundi sapientibus deridentur, plenos docere sapientia spiritali! habeant sibi ceteri suas opes, gemma bibant, serico niteant, plausu populi delectentur et per uarias uoluptates diuitias suas uincere nequeant: nostrae deliciae sint in lege domini meditari die ac nocte, pulsare ianuam non patentem, panes trinitatis accipere et saeculi fluctus domino praeueunte calcare.

14. Saluta Blesillam et Eustochium, tirunculas nostras; saluta Felicianen, uere carnis et spiritus uirginitate felicem; saluta reliquum castitatis chorum et domesticam tuam ecclesiam, cui omnia, etiam quae tuta sunt, timeo, ne dormiente patre familias inimicus homo zizania superseminet. quamuis

8 cf. Ps. 1, 2 14 cf. Verg. Aen. IV 298 cf. Matth. 13, 25

1 ora θ , *Da c.* secretius *A* sanctius *N* sacramentum *A* hac] hoc *Ay, Ba.c.m.2* ab hac sacramento *II* (-ti *p.c.*), *D θ* uoluntate *GDN γ , Ma.c.*
 2 iocundius *codd. praeter G, Ma.c.* cibi quae] ubique *D θ , IIa.c.m.2*
 melle *IID θ* dulc. quam *IIDM θ , Bp.c.m.2* 3 prud. et *IIDM θ γ , Bp.c.m.2*
 adyta *scripsi* adita *GA* atria *B* abditum *N* abdita *cet.* et sensum *IIDM θ , Bp.c.m.2* sensus *Ba.c.m.2* 4 tui] dei tui *NB* dei nostri *M*
 nostri ihu xpi γ a sap. h. mundi *M* 5 deridemur γ irridentur *M*
 plenius *Bp.c.m.2* plena *A, Na.c.m.2* docere *B* (cere *in ras.* 5—6 *litt. m.2*) doceri *N γ* discere ς sapientiae spiritali *B* 6 sibi] *om.* *B* sibi sui *A* ceteri] *in mg. m.2 B* certe γ *cet.*] si nelint *add. in ras. Bm.2*
 gemina θ gemmas *B* gemmis *N* serico *D θ , Ba.c.m.2* nitant *G* neciant *A* nitescant *M γ* plauso *A, Ma.c.* plausu γ plausus *B* 8 diuitiae *IID θ , Ba.c.* sunt *DM* in lege dom. *in ras. m.2 B* 9 panis *A, Ma.c.* 10 fructus *B* calcare] *add.* sit legenti letitia audienti fides credenti corona amen amn amen domine *A* (*finis epistulae*) 11 blaesillam ς eustochium *B* tyrunculas *codd. praeter MNB* saluto θ
 12 folicianen θ felitianem (*corr. -am, in mg. m.2* al felicitatē) *B* felicianam γ , *Np.c.m.2* feliciter *M* carne *M* spiritu *IIDM θ* uirginitatis *M* (ni *m.2*) facilem *D* 13 salutatur *D* chor. cast. *M γ*
 14 cui] et *M*, *om.* γ etiam *om. N* tuta] tua *IIDM θ γ B* timeo] timendum γ , *M* (*add. est*), pertimesco *N* dormiat *M γ* 15 patri *D θ* pater *M γ* ne inim. *M γ* quamquam *M*

enim dicere audeant: ego ciuitas firma, ciuitas, quae obpugnatur, nullus hostili exercitu obsidente securus est. nemo, ut beatus Cyprianus ait, satis tutus periculo proximus. exemplar epistulae, si accipere uoluerit φλοπο-
 5 νωτότη nostra Marcella, tribuito et memento mei obsecrans, ut dominus Iesus conterat satanan sub pedibus nostris uelociter.

XXXI.

AD EUSTOCHIUM.

10 1. Parua specie, sed caritate magna sunt munera accepisse a uirgine armillas, epistulas et columbas. et quoniam mel in dei sacrificiis non offertur, nimia dulcedo arte mutata est et

1 *Esai. 27, 3 3 cf. Cyprianus, epist. 4, 2 (p. 474, 7 Hartel)

1 enim] *om.* *MN* etiam *G* dic. audeam *G* dic. audeant aliqui *γ, B* (aliqui *m2mg.*) audeant dic. aliqui *M* firmata *IIDθ* *alt.* ciuitas *om.* *N* quae] non *add. codd. praeter G* (non *in ras. m2 B*) 2 expugn. *γ* a nullo *N* obsidente (*obsid- m2*) ex. *M* 3 beatus ut *M* 4 exempla *N* epist. huius *M* uoluerint *Mθγ* studiosissima ΦΙΑΟΠΗΛΙΟΤΑΘ *N* epirotion et untation *M* epirotation uitagon *γ, om.* *Dθ* 5 macella (*marcella m2*) nostra *M* tribue *Bp.c.Ma.c.* mementote *IN* 6 ihs noster *M* ihs xps *IID* noster ihs xps *G* conter.at *M* conteret *IIDθ* sanan *G* (*corr. satnan*), *Na.c.* satan *γB* satanam *G* uestris *B* ueloc. uale *N*; *add.* explicit ad paula *G*

F = Veronensis XVI. 14 s. IX.

J = Vindobonensis lat. 934 s. IX.

Z = Parisinus lat. 1867 s. IX.

Σ = Turicensis Augiensis 41 s. IX.

M = Coloniensis 60 s. IX—X.

B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

9 ad eustochium (-ium *m2 J*) *FJΣ* ad eust. de muneribus *B* ad eust. de acceptis muneribus *Z* hieronimus eustochiae *M*; Hieronymi nomen exhibent tituli in *Σs.l., MB* 10 sunt magna *G* 11 arm. a uirg. *B* epistu(ο)lam *G* mel *om.* *FJΣ* in dei s. mel *M* 12 offeretur *F* mutata *F*

quadam, ut ita dicam, piperis austeritate condita. apud deum enim nihil uoluptuosum, nihil tantum suaue placet, nihil, quod non in se habeat et mordacis aliquid ueritatis. pascha Christi cum amaritudinibus manducatur.

2. Festus est dies et natalis beati Petri festius solito concinendus, ita tamen, ut scripturarum cardinem iocularis sermo non fugiat nec a praescripto palaestrae nostrae longius euagemur. armillis in Ezechihale ornatur Hierusalem; Baruch epistulas accepit ab Hieremia; in columbae specie spiritus sanctus adlabitur. itaque, ut te aliquid et piperis mordeat et pristini libelli etiam nunc recorderis, caue ne operis ornamenta dimittas, quae uerae armillae sunt brachiorum; ne epistulam pectoris tui scindas, quam a Baruch traditam nouacula rex profanus incidit; ne ad similitudinem Ephraim per Osee audias: 'facta es insipiens ut columba'. 'nimium', respondebis, 'austere et, quod festo non conueniat diei'. talibus ipsa muneribus prouocasti; dum dulcibus amara sociata sunt, et a nobis paria recipies: laudem amaritudo comitabitur.

3 cf. Ex. 12, 8 8 cf. Ezech. 16, 11 cf. Bar. c. 6. Hier. 43 (36), 4 sqq. 9 cf. Matth. 3, 16 etc. 11 prist. lib.] sc. ep. XXII
13 cf. Hier. 43 (36), 23 15 Os. 7, 11

1 quidam *FZ* quidem Σ dominum *Z* 2 *tert.* nihil] nisi *M* 3 non *om.* *M* habet ς et *FJ, E s. l. m2, om. cet.* mordacitatis Σ aliquid] *add.* et *FJ\Sigma* 5 festius *FJZ, \Sigma* (festius *m2*), festus est *M* festiuus *B* concinendos *Fa.c.m2* concinnendus *Jp.c. \Sigma p.c.m2* condendus ς 7 non *om.* *ZB* a praesc.] ap (= apud) scripta *B* euagemus *Mp.c.* 8 ezechiele *Z, M* (-el *p.r.*), *B* baruc *FJEB* 9 accepit (*sic*) ep̄las *B* suscepit *M* accipit ς columba *Fp.r.* specie] *s. l. m2 \Sigma, om. F* 10 labitur *Z* it. ut te] ita uite *B* te *om. M pr. et om. FJ\Sigma* 11 pristina *M* caue] cause *B* ne] ne ob (*eras.*) Σ 12 demittas *F* uerae *Z* uere *cet.* nec *M* 13 tuis *Z* baruc *FJB. \Sigma a.c.m2* tradita *F* 14 nec *Z* ephraim *B* ephraim *Z* ephrem *JM* ephrem *F\Sigma* aud. per osee] Σ osee] *Fp.c., \Sigma* osee] *Fa.c.* ose *M a.c.m2, B* 15 est *Z* 16 quod *om. Z* conuenit *Z* conueniam Σ ipsa—dulcibus *om. M* 17 dulci *Ba.c.m2* et] et (*s. l. ut m2*) *B* 18 reciperes *Bp.c.m2*

3. Verum — ne uidear dona minuisse — accepimus et canistrum
 cerasiis refertum talibus et tam uirginali uerecundia ruben-
 tibus, ut ea nunc a Lucullo delata existimarim; siquidem hoc
 genus pomi Ponto et Armenia subiugatis de Cerasunto primus
 5 Romam pertulit, unde et e patria arbor nomen accepit. igitur, 2
 quia in scripturis canistrum ficis plenum legimus, cerasia uero
 non inuenimus, in eo, quo allatum est, id, quod allatum est,
 praedicamus optamusque te de illis pomis fieri, quae contra
 templum dei sunt et de quibus deus dicit: quae bona, bona
 10 ualde. nihil quippe saluator medium amat et, sicuti frigidum
 non refugiens calidis delectatur, ita tepidos in Apocalypsi
 euomere uelle se loquitur. unde nobis sollicitius prouidendum, 3
 ut sollemnem diem non tam ciborum abundantia quam spiritus
 exultatione celebremus, quia ualde absurdum est ninia satu-
 15 ritate honorare uelle martyrem, quem sciamus deo placuisse
 ieiuniis. ita tibi semper comedendum est, ut cibum et oratio
 sequatur et lectio. quod si aliquibus displicet, apostoli uerba
 cantato: si adhuc hominibus placerem, Christi ancilla
 non essem.

6 cf. Hier. 24, 1 sqq. 9 *Hier. 24, 3 11 cf. Apoc. 3, 15--16
 18 Gal. 1, 10

1 donum Σ 2 cerasis $FJ\Sigma, B$ (ex cerasus) et tam] etiam M, B
 (in ras. m2) 3 extimarē (alt. e in ras. m2) B existimarem F (ex
 existimare m2), $J\Sigma$ 4 cerasunto M cerasupto $F\Sigma$ cerasa sumptum B
 ceraso ponto Z cerea (cesarea m2) sunt J primum B 5 roma B
 e] de ς 6 quia] spatium uacuum 6—7 litt. in B cerasia ZM cerasa
 cet. 7 quo Z quod cet. pr. allatum] altum $Bp.r.$ id—est $om.$ Z
 est] non est ς 8 contra] intra Z 9 et $om.$ $FJ\Sigma$ quae] ecce ZB
 quia ς alt. bona $om.$ ZB 10 salua $Fa.c.m.2, \Sigma$ 11 non] eras. $F,$
 del. m2 B refugit Z apocalipsin ΣB 12 uelle $om.$ MB se
 loquitur in ras. m2 B sollicitus Z prouid. est B 13 ut s. l. m2 B
 15 uelle hon. ς scias M 16 in iei. M semper] sepe B 17 et
 leccio sequatur B subsequatur Z 18 ancillam Z 19 essem] add.
 explicit ad euistochium Z

XXXII.

AD MARCELLAM.

1. Ut tam paruum epistolam scriberem, causae duplicis fuit: quod et tabellarius festinabat et ego alio opere detentus hoc quasi parergio me occupare nolui. quaeras, quidnam illud sit tam grande, tam necessarium, quo epistolicae confabulationis munus exclusum sit. iam pridem cum uoluminibus Hebraeorum editionem Aquilae confero, ne quid forsitan propter odium Christi synagoga mutauerit, et, ut amicae menti fatear, quae ad nostram fidem pertineant roborandam, plura repperio. nunc iam Prophetis, Salomone, Psalterio Regnorumque libris examussim recensetis Exodum teneo, quem illi ele smoth uocant, ad Leuiticum transiturus. uides igitur, quod nullum officium huic operi praeponendum est. attamen, ne Currentius forte noster frustra cucurrerit, duas epistulas, quas ad sororem tuam Paulam eiusque pignus Eustochium miseram, huic sermunculo adnexui, ut, dum illa legis et in his aliquid doctrinae pariter ac leporis inueneris, putes tibi quoque scripta esse, quae scripta sunt.

2. Albinam, communem matrem, ualere cupio — de corpore

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*

Θ = *Parisinus lat. 1869 s. IX.*

Ξ = *Parisinus lat. 1913 s. IX.*

Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*

D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*

e = *Parisinus lat. 1876 s. XII.*

2 ad marcellam *codd.*; Hieronymi nomen exhibet titulus in e 3 causa
 A 4 tabularius e 5 parergio] pares (parens m2) di (in ras. m2) o
 (u m2) A παπέργω s me s. l. m2 Θ quaeras] om. D quaeris s
 quid Θa.c.m2 sit ill. e illum Aa.c.m2 9 sinagogam A amice AΞ
 mentis D mente Ξ 10 roborandum Ξ repperio Ξ reperi. o (i ras. ex
 alia litt. mut.) A 11 iam] a s salomone Θ 12 recensitis c, Πp.r.
 elle Θp.c.Πp.c.m2 14 est] sit e nost. forte s 16 paulu Aa.c.m2
 17 ut] et A legis illa e illas legeris s et om. A 18 ac] et Ξ
 inuenerit A put. t.] potest ibi A 19 quae illis s

loquor, quin spiritu ualeat, non ignorans — eamque per te salutari obsecro et duplici pietatis officio focilari, quo in una atque eadem Christiana simul diligatur et mater.

XXXIII.

AD PAULAM.

5

1. Marcum Terentium Varronem miratur antiquitas, quod apud Latinos tam innumerabiles libros scripserit. Graeci Chalcenterum miris efferunt laudibus, quod tantos libros composuerit, quantos quibus nostrum alienos sua manu describere non

1 quin e, *Op.c.m2* qui in *Θa.c.m2, A* (quid in *m2*), *ΞIID* ut *ς* eam quam *Π* 2 focillari e, *Ξp.c.m2* quo] co *Ξ* quod *ς* 3 alligatur *D*

4 *Haec epistula, ultima tantum parte (p. 259, 4 quis enim umquam usque ad finem) omissa praemittitur uersioni Latinae homiliarum Originis in Pentateuchum in his codicibus:*

Ⓞ = *Parisinus lat. 1628 s. XII.*

ⓓ = *Atrebatensis 849 s. XII—XIII.*

ⓔ = *Parisinus lat. 1629 s. XII.*

ⓕ = *Bruxellensis II. 1065 s. XII.*

Hom = *consensus horum codicum.*

Frustula huius epistulae aūfert Rufinus apol. II 20, cuius codicum notitiam Wrobeltii humanitati debeo; sunt autem hi:

ⓖ = *Abrincensis 73 s. XII.*

ⓗ = *Atrebatensis 724 s. XII.*

ⓙ = *Parisinus lat. 1800 s. XII.*

ⓚ = *Parisinus lat. 1850 s. XII.*

ⓛ = *Parisinus lat. 1872 s. XII.*

ⓜ = *Parisinus lat. 1890 s. XV.*

ⓝ = *Vaticanus lat. 343 s. XV.*

ⓞ = *Vaticanus lat. 370 s. XV.*

Ruf = *consensus Rufini codicum.*

7 tam *om.* *Hom* scripsit ⓖⓗⓙⓚ . calcenterum ⓚⓜ ebalterum *Hom*
9 scribere ⓚ

* 2 potest. et quia nunc otiosum est apud Latinos Graecorum uoluminum indicem texere, de eo, qui Latine scripsit, aliqua commemorabo, ut intellegamus nos Epimenidis dormire somnum et studium, quod illi posuerunt in eruditione saecularium litterarum, in congregandis opibus ponere. 5

2. Scripsit igitur Varro XLV libros Antiquitatum, III De uita populi Romani, Imaginum XV, Λογιστορικῶν LXXVI, De lingua Latina XXV, Disciplinarum VIII, De sermone Latino V, Quaestionum Plautinarum V, Annalium III, De origine linguae Latinae III, De poematis III, De originibus scaenicis 10 III, De scaenicis actionibus III, De actis scaenicis III, De descriptionibus III, De proprietate scriptorum III, De bibliothecis III, De lectionibus III, De similitudine uerborum III, Legationum III, Suasionum III, De Pompeio III, Singulares X, De personis III, De iure ciuili XV. Ἐπιτομὴν Antiquitatum 15 ex libris XLII libros VIII, Ἐπιτομὴν ex Imaginum libris XV libros III, Ἐπιτομὴν de lingua Latina ex libris XV libros VIII, De principiis numerorum libros VIII, Rerum rusticarum libros III, De ualitudine tuenda librum I, De sua uita libros III, De forma philosophiae libros III, Rerum urbanarum 20 libros III, Satirarum Menippearum libros CL, Poematum libros X, Orationum libros XXII, Pseudotragediarum libros VI, Satirarum libros III et alia plurima, quae enumerare lon-

1 possit M nunc] tunc N non Hom 2 indicem F eo Hom M quo cet. 5 litt.] scripturarum G in] nos in G 6 ergo uarro F M itaque uarro F uarro ergo N - 7 Romani—p. 255, 9 exploditur] et cum enumerasset per singula corpora (corp. om. G) omnia, quae Varro scripsit, addit (addidit FN) post haec Ruf G AOTIOCTOPICON ΩΩ AOTTIOCPICON F 10 saeculi Hom 11 actionibus] actibus F actis] actibus Ritschl 16 pr. ex om. F XLII] sed cf. lin. 6 VIII] ^{or} III] F ἐπιτομὴν ex imaginum—libros VIII ΩΩ epitomen de lingua latina ex libris XV epitomen ex imaginum libris XV libros ^{or} III libros nouē F epitomen de lingua latina ex libris XV libros VIII D 17 XV] sed cf. lin. 8 18 VIII] IX F 19 ualitudine DF sua uita Ritschl suauitate Hom 20 pr. libros III bis F 21 satir. F satyr. cet. menypparum D menipparum cet. 22 pseudo tragoediarum F tragoediarum D 23 satyrarum DC

gum est. uix medium descripsi indicem et legentibus fastidium est.

3. At e contrario nostra saecula habent homines eruditos sciuntque, pisces in quo gurgite nati sint, quae concha in quo litore creuerit. de turdorum saluis non ambigimus, Paxamus et Apicius semper in manibus, oculi ad hereditates, sensus ad patinas et, si quis de philosophis uel de Christianis, qui uere philosophi sunt, trito pallio et sordida tunica lectioni uacauerit, quasi uesanus exploditur.

4. Quorsum Varronis et Chalcenteri mentio facta sit, quaeritis? uidelicet, ut ad Adamantium nostrum nostrumque Chalcenterum ueniamus, qui tanto in sanctarum scripturarum commentariis sudore laborauit, ut iuste adamantis nomen acceperit. nultis nosse, quanta ingenii sui reliquerit monumenta? sequens titulus ostendet: scripsit In Genesim libros XIII, 2 Mistarum omeliarum libros II, In Exodum excerpta, In Leuiticum excerpta, Stromatum libros X, In Isaiam libros XXXVI, item In Isaiam excerpta, In Osee de Effraim librum I, In Osee commentarium, In Iohel libros II, In Amos libros VI, 20 In Ionam librum I, In Micheam libros III, In Naum libros II, In Abacuc libros III, In Sophoniam libros II, In Aggeum librum I, In principio Zachariae libros II. In Malachiam libros II, In Hiezechiel libros XXVIII, Excerpta in Psalmos a primo

1 inuicem *Hom* 3 contraria *CC* (*corr.*) 4 sunt *Hom* 5 litore *Hom* turbarum *Hom* 8 uere] ue *ꝥ* 10 quorsum *Hom*ꝥ quo rursum *Ruf* calcenteri *Hom*ꝥ 11 nostr. ad. *CCC* nostr. amantium *ꝥ* adamantium *M* calcenterum *CCC*ꝥꝥꝥ calcenterium *D* 12 tanto] tanto studio *ꝥ* sacrarum *Dꝥ* 13 comment. *om.* *Ruf* labore sudauit *Ruf* adamantii *M* 14 noscere *M*ꝥ monumenta *ꝥ*ꝥꝥꝥ 15 ostendit *Ruf* genesi *Hom*ꝥ XIII *Hom* 16 mistarum (*id est* mixtarum) *CCC*ꝥꝥꝥ istarum *M*ꝥ locarum *CC* localium *Dꝥ* mysticarum *ꝥ*, *om.* *D* moralium *Redepenning* exegeticarum? *Klostermann* libri duo *CCC*ꝥꝥꝥ. II libri *D* exodo *CCC*ꝥꝥꝥ in] III *D* leuitico *Ruf* 17 stromatum—*p.* 256, 18 tomos V] et post multa *Ruf* ysaiam *Dꝥ* 18 ysaiam *ꝥ* ephraim *ꝥ* I] unum *ꝥ* 21 abacuc *D* abacuch *CC* abacuc *ꝥ* 23 hiezechiel *ꝥ* iezechiele *CC* iezechiel *D* XXV. III. *D* XXIX *CCC*ꝥꝥ (*de numero cf. Klostermann*)

- 3 usque ad quintum decimum; rursus In Psalmo primo librum I, In secundo librum I, In tertio librum I, In quarto librum I, In quinto librum I, In VI° librum I, In VII° librum I, In VIII° librum I, In VIII° librum I, In X° librum I, In XI° librum I, In XII° librum I, In XIII° librum I, In XIII°⁵ librum I, In XV° librum I, In XVI° librum I, In XX° librum I, In XXIII° librum I, In XXVIII° librum I, In XXXVIII° librum I, In XL° librum I, In XLIII° libros II, In XLIII° libros III, In XLV° librum I, In XLVI° librum I, In L° libros II, In LI° librum I, In LII° librum I, In LIII° librum¹⁰ I, In LVII° librum I, In LVIII° librum I, In LVIII° librum I, In LXII° librum I, In LXIII° librum I, In LXIII° librum I, In LXV° librum I, In LXVIII° librum I, In LXX° librum I, In LXXI° librum I, In principio LXX^m II^d librum I, In CIII°
- 4 libros II; In Prouerbia libros III, In Ecclesiasten excerpta.¹⁵ In Canticum Canticorum libros X et alios tomos II, quos super scripsit in adulescentia, In Lamentationes Hieremiae tomos V, item Monobibla, Periarchon libros IIII, De resurrectione libros II et alios De resurrectione dialogos II, De Prouerbiorum quibusdam quaestionibus librum I, Dialogum²⁰
- 5 aduersus Candidum Valentinianum, De martyrio librum; de nouo testamento: In Matheum libros XXV, In Iohannem libros XXXII, In partes quasdam Iohannis excerptorum librum I, In Lucam

1 quintum decimum CDE XV ꝥ uicesimum quintum *Redepenning* primo] I D 2 tertio] III D 3 numeros uocabulis exprimit a psalmo sexto usque ad duodecimum D, a psalmo sexto usque ad quadragesimum ꝥ tert. I om. C 6 pr. I om. C 8 libri D 9 libri D quinquagesimo C 10 libri D pr. librum] liber ꝥ 11 LVIII] XVIII D 16 thomos *codd.* duos C 17 superscripsit *codd.* insuper scripsit *Ritschl* iheremiae D iheremiae CC 18 thomos *codd.* item inquit monobibla (monobiblia D monobiblia C) *Ruf* rursus *Hom* periarcon D Πεπτ Αρχων C libri CꝑM.ꝑLa.c. quatuor RMD de resurrectione libros II om. M 19 libri Cꝑ,ꝑLa.c. II *Hom* C duo ꝥ,ꝑLa.c. duos RMD,ꝑLa.c. dyalogos D duos *Ruf* De Prouerbiorum—p. 259, 2 operum suorum libri II] et cum enumerasset omnia (omnia enumerasset M) eius opuscula secundum indiculi fidem, addit (addidit R) et dicit *Ruf* 21 martirio CC

libros XV, In epistulam Pauli apostoli ad Romanos libros XV, In epistulam ad Galatas libros XV, In epistulam ad Ephesios libros III, In epistulam ad Philippenses librum I, In epistulam ad Colossenses libros II, In epistula ad Thessalonicenses I^a libros III, In epistula ad Thessalonicenses II^a librum I, In epistula ad Titum librum I, In epistula ad Philemonem librum I; rursus omeliarum in uetus testamentum: In Genesi omeliae XVII, In Exodo omeliae VIII, In Leuitico omeliae XI, In Numeris omeliae XXVIII, In Deuteronomio omeliae XIII, In Iesu Naue omeliae XXVI, In libro Iudicum omeliae VIII, De pascha omeliae VIII, In primo Regnorum libro omeliae III, In Iob omeliae XXII, In Paroemias omeliae VII, In Ecclesiasten omeliae VIII, In Cantico Canticorum omeliae II, In Isaiam omeliae XXXII, In Hieremiam omeliae XIII, In Hiezechiel omeliae XII; de Psalmis: In Psalmo III^o omelia I, In III^o omelia I, In VIII^o omelia I, In XII^o omelia I, In XIII^o omelia I, In XV^o omeliae III, In XVI^o omelia I, In XVIII^o omelia I, In XXII^o omelia I, In XXIII^o omelia I, In XXIII^o omelia I, In XXV^o omelia I, In XXVI^o omelia I, In XXVII^o omelia I, In XXXVI^o omeliae V, In XXXVII^o omeliae II, In XXXVIII^o omeliae II, In XXXVIII^o omeliae II, In XLVIII^o omelia I, In LI^o omelia I, In LII^o omeliae II, In LIII^o omelia I, In LXVII^o omeliae VII, In LXXI^o omeliae II, In LXXII^o omeliae III, In LXXIII^o omeliae III, In LXXIII^o omelia I, In LXXV^o omelia I, In LXXVI^o omeliae III, In LXXVII^o omeliae VIII, In LXXVIII^o omeliae III, In LXXX^o omeliae II, In LXXXI^o omelia I, In LXXXII^o omeliae III,

2 galathas codd. alt. XV] *nimis grandem et cum antecedente congruentem numerum in suspicionem uocat Engelbrecht* 4 colosenses codd.

5 I^a om. DƆ in ep.—libr. I om. D 7 genes̄ D 12 III] *adnot.*

in mg. r I C 14 ysaiā Ɔ XXXII] *adnot. in mg. r IX C hie-*

remia Ɔ iheremiā D ieremiam CC XIII] XXIII D 15 hiezechiel

Ɔ ihezechiel D iezechiel CC alt. in] et in Ɔ 18 octauo decimo Ɔ

I om. D 22 pr. I om. D alt. l] una Ɔ, om. D 23 II] due Ɔ,

om. D 24 alt. III] *add. in LXXIII omeliae tres Ɔ*

In LXXXIII° omelia I, In LXXXIII° omeliae II, In LXXXV° omelia I, In LXXXVII° omelia I, In CVIII° omelia I, In CX° omelia I, In CXVIII° omeliae III, In CXX° omelia I, In CXXI° omeliae II, In CXXII° omeliae II, In CXXIII° omeliae II, In CXXIII° omeliae II, In CXXV° omelia I, In CXXVII° omelia I, In CXXVIII° omelia I, In CXXVIII° omelia I, In CXXXI omelia I, In CXXXII omeliae II, In CXXXIII° omeliae II, In CXXXIII° omeliae II, In CXXXV° omeliae III, In CXXXVII° omeliae II, In CXXXVIII° omeliae III, In CXXXVIII° omeliae II, In CXLIII° omeliae III, In CXLV° omelia I, In CXLVI° omelia I, In CXLVII° omelia I, In CXLVIII° omelia I, Excerpta in totum psalterium; omeliae in nouum testamentum: In euangelium κατὰ Ματθαῖον omeliae XXV, In euangelium κατὰ Λουκᾶν omeliae XXXVIII, In Actus apostolorum omeliae XVII, In epistula ad Corinthios II° omeliae XI, In epistula ad Thessalonicenses omeliae II, In epistula ad Galatas omeliae VII, In epistula ad Titum omelia I, In epistula ad Hebraeos omeliae XVIII; De pace omelia I, Exhortatoria ad Pioniam, De ieiunio, De monogamis et trigamis omeliae II, In Tarso omeliae II, Origenis, Firmiani et Gregorii, item Excerpta Origenis et diuersarum ad eum epistularum libri II — epistula † esifodorum super causa Origenis in libro II° —

3 CXXVIII ℄ (corr.) omelia I, In CXXI° om. ™ 4 CXXI] CXX ℄ CXXIII] CXXXIII (corr. ™) codd. 5 CXXIII] CXXXIII (corr. ™) codd. CXXXV] CXXXV ℄℄ (corr.) 9 CXXXVIII] CXXXIX ℄ 11 CXLVIII] CXLI ℄ 12 excerpta] incta ℄ 13 In euangelium κατὰ Ματθαῖον scripsi KATA (cata ℄) MAΘHTM euangelium ℄℄ euglon cata matheum ℄ in euglon KATA ΔΥΚΑΝ (s. l. cata lucam) ℄ 14 κατὰ] kata ℄ 15 XVII] X et VII ™ chorinth. ℄ II°] secunda ℄℄ 16 galathas codd. 19 Pioniam] Pionium *Ritschl* Piorum *Redepenning* patientiam *Klostermann* 20 tharso codd. (Anti-) Tauro? *Redepenning* firmiani ℄℄℄ frumani ™ Firmiani *Redepenning* Africani uel Fabiani *Klostermann* 21 libri II om. ℄ 22 ep. ad Esifodorum (Cefisodorum?) *Pitra* ep. Cephisodori *Ritschl* epistulae sinodorum *Klostermann*

Epistularum eius ad diuersos libri VIII, Aliarum epistularum libri II, item Epistula pro apologia operum suorum libri II.

5 5. Videtisne et Graecos pariter et Latinos unius labore superatos? quis enim umquam tanta legere potuit, quanta ipse conscripsit? pro hoc sudore quid accepit praemii? damnatur a Demetrio episcopo; exceptis Palaestinae et Arabiae et Phoenices atque Aethiopiae sacerdotibus in damnationem eius consentit orbis; Roma ipsa contra hunc cogit senatum non propter dogmatum nouitatem, non propter heresim, ut nunc
10 aduersum eum rabidi canes simulant, sed quia gloriam eloquentiae eius et scientiae ferre non poterant et illo dicente omnes muti putabantur.

6. Haec quare scripserim et ad pauperis lucernae igniculum cito, sed non cauto sermone dictauerim, potestis intellegere,
15 si Epicuros et Aristippos cogitetis.

XXXIV.

AD MARCELLAM.

1. Beatus Pamphilus martyr, cuius uitam Eusebius Caesariensis episcopus tribus ferme uoluminibus explicauit, cum

2 item *Pitra* in *codd.* 3 pariter] quoque R unius] huius S
4 quis—15 cogitetis *om.* Hom potest M 5 pro] porro S 7 Phoenices *scripsi* phoenicis HNMND faenicis L fenicis GJ damnatione M
8 orbis *scripsi* urbs *codd.* Roma] romana S senatum cogit M
10 aduersum RM eum *om.* R 11 eius *om.* R docente HNL
13 hoc M 14 sed non cauto *om.* GJZLN sermone sed non
cauto R 15 epicaros ND,HL (*corr.*) aristippos RM aristippas *cet.*

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*

II = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*

D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*

B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

17 ad marcellam AID eiusdem de psalmo B; Hieronymi nomen exhibent tituli in II(B) 18 cuius—episc.] s. l. m? A

Demetrium Phalereum et Pisistratum in sacrae bibliothecae studio uellet aequare imaginesque ingeniorum, quae uera sunt et aeterna monumenta, toto orbe perquireret, tunc uel maxime Origenis libros inpensius persecutus Caesariensi ecclesiae dedicauit, [quam ex parte corruptam Acacius, dehinc Euzo-
 5 ius, eiusdem ecclesiae sacerdotes, in membranis instaurare conati sunt.] hic cum multa repperiret et inuentorum nobis indicem derelinqueret, centesimi uicesimi sexti psalmi commentarium et phe litterae tractatum ex eo, quod non inscripsit, confessus est non repertum; non quod talis tantusque uir — Adaman-
 10 tium dicimus — aliquid praeterierit, sed quod negligentia posteriorium ad nostram usque memoriam non durarit. hoc ideo, ut, quia mihi de eodem psalmo proposuisti, qui esset 'panis doloris' in eo, quod dicitur: in uanum uobis est ante
 3 lucem surgere, surgere, postquam sederitis, qui man-
 15 ducatis panem doloris, ostenderem me de Origenis commentariis, quid senserit, non habere.

2. Unde ad Hebraeum recurrens inueni pro 'pane doloris' scriptum esse 'leem aasabim', quod Aquila interpretatus est ἄρτον τῶν διαπονημάτων, id est 'panem elaborationum', Sym-
 20

14 *Ps. 126, 2

1 demeritum *B* phalereum *A* falereum *cet.* et pisistratum *B*
 epysistratum *cet.* bibliotece *B* bibliothicae *A* 3 monumenta *Hp.c.*
 4 libro *B* prosecutus *ς* 5 ded.—eccl. *om.* *D* quam] quam <biblio-
 thecam> *Klostermann*; cum *7* hic *procul dubio ad Pamphilum referen-*
dum sit, uerba 5 quam—7 conati sunt *seclusi* (*cf. Klostermann, act.*
acad. Berol. 1897, 856, 3) acatius *AB* dehinc et *AII* 6 cognati
 (g *exp.*) *A* 7 hinc *AB* reperiret *D* repperit *B* reppererit *ς* 8 de-
 reliquerit *B* uigesimi *ς* 9 et phe litterae] ut pariter *dubitanter*
Klostermann phe] fe *AIID, om.* *B* tractum *AD* etractum *II* inscr.]
 sii (siis *m2*) scripsit *A* scripsit *B* 10 quo *IID* 11 quo *IID* 12 poste-
 rorum *B, Hp.r.* duraret *AD* 13 ideo dixi *ς* de eod. ps. mihi *ς*
 mihi *om.* *B* qui] quid *Ap.c.m2* 14 *alt.* in *om.* *ς* 15 *alt.* surgere
 (ἐγείρεσθαι: *cod. Alex.*) *om.* *B* surgite *Dp.c.m2* posquam *A* 16 osten-
 dere *A* 18 hebrum (hebreum *m2*) *A* 19 esse] *ex e m2 A, om.* *ς*
 leem *B* lem *AII* lam *D* aasabrim *B* 20 ΑΡΤΟΝ ΤΩΝ ΑΙΑΠΟΑΑΤΟ(Ω
 Ι)Ν ΑΙΙD ΑΡΑΜΤΟΝ ΡΟΒΙΜΑΤΟΝ ΑΡΘΟΝ ΤΟ ΕΝΘΗΝΜΑΤΟΝ *B* ela-
 borantium *II*

machus ἄρτον κακοπαθούμενον, quod exprimitur 'panem aerum-
 nosum', quinta editio et Theodotion. qui in ceteris cum septua-
 ginta translatoribus facit, 'panem idolorum'. sexta πλάνης. id
 est 'erroris'. nec mirandum de Aquila, si διαπονήματα pro
 5 'idolis' ponat, cum opera manuum hominis sint et prophetice
 populus arguatur ad templum diluculo frustra consurgere et
 post quietem ad sanctuarium festinare, cum idola dei honore
 uenerentur, secundum quod Ezechiel scripsit in ipso templo
 sacrificare idolis sacerdotes. ut autem plenius adducaris pro
 10 'dolore' in Hebraeo 'idola' posita, hoc ipsum uerbum, hoc est
 'aasabim', etiam in centesimo tertio decimo psalmo scriptum Sep-
 tuaginta quoque 'idola' transtulerunt. nam in eo loco, ubi legimus:
 idola gentium argentum et aurum, opera manuum
 hominum, in Hebraeo habet 'asabeem', quod Aquila inter-
 15 pretatur 'elaborationes eorum'. unde, cum ita se ueritas habeat,
 frustra quidam doloris panem aut hereticorum intellegunt sacra-
 menta aut uitae istius miserabilis et aerumnosae interpretantur
 laborem, apud quam in sudore faciei comedimus panem nostrum
 interque spinas et tribulos breuis uitae alimenta nascuntur.
 20 3. Illud quoque de eodem psalmo interrogare dignata es,
 qui sint filii excussorum. miror te in Hilarii commentariis
 non legisse excussorum filios credentium populos interpretari,

8 cf. Ezech. 8, 11 13 *Ps. 113, 12 18 cf. Gen. 3, 18—19
 21 Ps. 126, 4 cf. Hilarius, tract. in psalm. CXXVI 19 (CSEL
 XXII 626)

1 ΚΑΚΑΠΑΤΟΥΜΕΝΟΝ ΙΙD ΚΑΠΑΤΟΥΜΕΝΟΝ Α ΚΑΚΝΑΤΟΥΜΕ-
 ΝΟΝ Β exponitur γ 2 theodocio Β 3 translationibus Α idolorum]
 dolorum Β ΠΑΑΝΝC ΑΒ 4 terroris Β mir. est γ διαπονήματα
 uarie scriptum in codd. 7 idola om. Β 8 quod et ΙΙ ezechiel ΑΙΙ
 iezechiel Β scribit Β 11 aasabbaym Β asabim cet. dec. tert. γ scrip-
 tum Β scriptum est cet. 12 nam et γ 14 habetur γ asebbeem Β
 15 elaborationes Β -nis cet. se uer.] se Β uer. se γ 16 non frustra γ
 quidam ΙΙ quidem cet. 17 interpretatur D 18 comedimus Α 19 inter
 quae ΙΙ et inter γ elimenta (elementa m2) Α 20 quoque] quod
 add. m2 Α quoque quia Β 21 excusorum Α hylarii Α 22 excu-
 sorum Α

quod uidelicet apostolos illo nomine putauerit appellatos, quibus in euangeliiis sit praeceptum, in quamcumque ciuitatem introierint et non fuerint recepti, excutere puluerem pedum suorum in testimonium non credentium, licet tu argute prae-
 caueris non posse apostolos sub nomine excussorum intellegi, 5
 cum aliud sit excutientium, aliud excussorum, quia excutientes sint, qui excutiant, excussi uero ab aliis excutiantur, et incon-
 2 gruum esse excussos apostolos accipi, qui magis excutientes debuerint appellari. quid igitur faciam? tantum uirum et suis
 temporibus disertissimum reprehendere non audeo, qui et 10
 confessionis suae merito et uitae industria et eloquentiae claritate, ubicumque Romanum nomen est, praedicatur; nisi quod non eius culpa adscribendum est, qui Hebraei sermonis ignarus fuit, Graecarum quoque litterarum quandam aurulam ceperat, sed Heliodori presbyteri, quo ille familiariter usus ea, quae 15
 intellegere non poterat, quomodo ab Origene essent dicta, quaerebat. qui, quia in hoc psalmo commentarium Origenis inuenire non potuit, opinionem magis insinuare suam quam inscientiam uoluit confiteri, quam ille sumptam claro sermone disseruit et alienum errorem disertius exsecutus est. 20

4. Restat igitur, ut rursus ad fontem sermonis recurramus Hebraei et uideamus, quomodo scriptum sit. ubi nos habemus sic filii excussorum, ibi legitur 'chen bne annaurim', quod Aquila interpretatus est sic filii pubertatum, Symmachus

2 cf. Matth. 10, 14 etc. 23 *Ps. 126, 4

1 scilicet ζ 2 quacumque *A* ciuitatum *Ap.c.* 3 puluere *Aa.c.m.2*
 5 excussorum *ADa.c.m.2* 6 sit aliud ζ pr. alius *Aa.c.m.2* excu-
 sorum *A* 7 sunt ζ uero qui ζ congruum *Ba.c.* 8 apostolos *A*
 accipi *D* accepti *Aa.c.m.2* 9 temp. suis ζ 10 disertissimum (*II corr.*)
codd. 11 *alt.* et *om.* *B* 14 aurulam *B* auram *cet.* caeperat *A* coepe-
 rat *Hp.c.* 15 heliodori *B* eliodori *cet.* quod *Aa.r.* usus est ζ
 16 origine *Aa.c.m.2, D, B (corr.)* 17 qui *om.* *A* originis *Aa.c.m.2*
 18 oppinione (oppinionè *m.2*) *A* suum *Aa.c.m.2* 19 inscitiam *B, Hp.r.*
 20 dissertius *AD, IIB (corr.)* exsecutus *B* excusatus *cet.* 23 sic *B*
 sicut *cet.* chen *B* cen *cet.* bue] bn *II* 24 sic *B* sicut *cet.*

et Theodotion sic filii iuuentutis, sexta ἡκονημένοι, quod
 nos dicere possumus exacuti sensus. ex quo manifestum est 2
 adolescentiae populos intellegi Christianos secundum illud
 exemplum, quo deus sanctos suos in modum arcus et sagit-
 5 tarum dicatur extendere, ut in propheta Zacharia: quoniam
 extendi te mihi, Iuda, ut arcum, et saluator de semet ipso:
 posuit me sicut sagittam electam et in pharetra sua
 abscondit me. denique in sequenti uersu exceptis Septuaginta, 3
 qui aliter transtulerunt, et in Hebraeo et in cunctis editionibus
 10 ita repperi: beatus uir, qui repleuerit pharetram suam
 ex ipsis, ut, quia metaphoram semel sumpserat ex sagittis,
 et in pharetra quoque translatio seruaretur. 'excussos' autem et 4
 consuetudo sermonis humani 'uegetos' et 'robustos' et 'expe-
 ditos' uocat et ipsi septuaginta interpretes in Esdrae libro
 15 pro 'iuuenibus' transtulerunt, in quo ita scribitur: et factum
 est ex die illa, medii excussorum faciebant opus et
 medii eorum habebant hastas et scuta et arcus et
 thoracas et principes post omnem domum Iuda aedi-
 ficantium in muro. ex quo animaduertimus et in praesenti 5
 20 loco pro adolescentibus atque puberibus 'excussos' positos,
 non, ut ille opinatus est, pro apostolis, qui excussi a pedum
 excussione dicantur. legi et cuiusdam librum et elegantem in 6
 eo sensum repperi, 'excussos' Iudaeos dici a templo et lege et

5 *Zach. 9, 13 7 *Esai. 49, 2 10 *Ps. 126, 5 15 *II Esr. 4, 16—17

1 theodocion *B* theodotio *II* theodothio *A* teudotio *D* sic] sicut *II*
 ἡκονημένοι *scripsi* EKONHOCNOI *AII* EKON $\bar{\nu}$ (= enim) OCNOI *D*
 NKONHMENI *B* quod nos *om. B* 2 sens. ex quo] sensusque *B*
 manifestus *B* est *om. D* 4 quo *A* quod *cet.* suos sanct. ζ
 arcus et *B, om. cet.* 5 zach. proph. *II* 6 ext. te] extendit *B* 9 qui
 aliter *B* qualiter *IID, A* (equaliter *m2*) *pr. et om. A* 10 re-
 pleuit ζ 11 ut] utique *B* 12 seru.] estimaretur *B* 13 uegitos *AD*
 expeditor *D* expiditor *A* 14 ipsos *B* esdrae (s *in ras. m2*) *A* ezrae *B*
 15 scribetur *AD* scriptum est *B* 16 medii *ex dii II* 17 astas *AB*
 18 toracas *B* thorocas *IID* torochas (h *del. m2*) *A* thoraces ζ 20 loco
ex locum m2 A 21 ut ille] utile *B* oppinatus *AD* excusi *Aa.c.m2*
 a] ad *A, om. D* 22 in *om. A* 23 sensum (m *exp.*) *A* excusos
Aa.c.m2

gratia domini pro eo, quod est 'reprobos': eorum esse filios apostolos, qui ex ipsorum semine procreentur et in similitudinem sagittarum manu domini contineantur.

5. In sequenti quoque psalmo Heliodorus magis quam Hilarius noster erravit, qui de eo loco, in quo scriptum est: labores fructuum tuorum manducabis, uaria opinatus adseruit magis stare sententiam, si scribatur 'fructus laborum' aliquem manducare. et non 'labores fructuum'; unde spiritalem intelligentiam debere perquiri. et ex hac occasione in longam egrediens disputationem tanta operositate, quod uolebat intellegi, usus est persuadendi, quanta semper falsitas indiget, ut uera uideatur, cum in hoc loco non septuaginta interpretes, sed Latini de Graeci uerbi ambiguitate decepti καρπός 'fructus' magis quam 'manus' interpretati sunt, cum καρποί 'manus' quoque dicantur, quod in Hebraeo ponitur 'chaffach', et Symmachus quintaque editio transtulerunt 'manuum tuarum', ut ambiguitatem prioris sermonis effugerent.

6. Cum haec furtiuis, ut aiunt, operis ad lucubratiunculam uelox notarii manus me dictante signaret et plura dicere cogitarem, iam ferme quarta noctis hora excesserat et repente stimulus quibusdam dolentis stomachi suscitatus in orationem prorui, ut saltim reliquo horarum spatio subrepente somno frustraretur infirmitas.

6 *Ps. 127, 2

1 est] et A reprobus AD, Πa.c. et eorum B 3 manum A 4 nost. Hil. γ hylarius A ilarius B 6 fructum AD oppinatus ΠD oppinatur A 7 cribatur ABa.c. labor Aa.c.m2 8 manducarem Aa.r. fructum D 9 deberi A in longam B, om. cet. longam γ 10 ingrediens γ tantā Ap.c.m2 12 uid. uera B 13 de eras. A graeci B graeco cet. 14 sint γ cum καρποί uarie scriptum in codd. 15 dicatur A cnaffacn A caphach B 16 transtulerint Π 17 priori D, Aa.c.m2 superiori B effugerunt Aa.c.m2 effugerint ΠD 18 furtiuis B furtiui cet. operibus B 19 uelox] uel ex m2 A me dictante ex meditante B agitarem D 20 hora noctis B 21 suscitatur D 22 prorui B prorupui AD, Π (in mg. a. prorui m2), prorupi γ relinquo (n exp.) B reliqua cet. spatia Π spatium A subripiente Π 23 frustretur Π frustetur AD

XXXV.

EPISTULA DAMASI AD HIERONYMUM.

Dilectissimo filio Hieronymo Damasus.

1. Dormientem te et longo iam tempore legentem potius
 5 quam scribentem quaestiunculis ad te missis excitare disposui,
 non quo et legere non debeas — hoc enim ueluti cotidiano cibo
 alitur et pinguescit oratio —, sed quo lectionis fructus sit iste,
 si scribas. itaque, quoniam et heri tabellario ad me remisso 2
 nullas te iam epistulas habere dixisti exceptis his, quas in
 10 heremo aliquando dictaueras quasque tota auuiditate legi atque
 descripsi, et ultro pollicitus es te furtiuus noctium operis
 aliqua, si uellem, posse dictare, libenter accipio ab offerente,
 quod rogare uolueram, si negasses. neque uero ullam puto
 digniorem disputationis nostrae confabulationem fore, quam
 15 si de scripturis inter nos sermocinemur, id est, ut ego inter-
 rogem, tu respondeas. qua uita nihil in hac luce puto iocun- 3
 dius, quo animae pabulo omnia mella superantur. quam dul-

17 *Ps. 118, 103

A = *Berolinensis* lat. 17 s. IX.*F* = *Veronensis* XVI. 14 s. IX.*J* = *Vindobonensis* lat. 934 s. IX.*q* = *Monacensis* lat. 14500 s. IX.*D.* = *Vaticanus* lat. 355 + 356 s. IX—X.*B* = *Berolinensis* lat. 18 s. XII.

2 epistola papae damasi ad hieronimum praesbiterum *A* damasi papae
 (papae *om.* *q*) ad hieronimum *FJq* in nomine trino diuino incipit ep̄isla
 pape damasi ad hieronimum presbiterum *D* damasus iheronimo *B* 3 Di-
 lectissimo—Damasus *om.* *AD* hi(ih-*B*)eronimo *FJB* Dilect.—*p.* 266, 14
 disputantis *om.* *q* 4 longuo *B* 6 quod *D* et] e *Fa.c.m2* uelut
F (*ex* uel *m2*), *J* cottidiano *FJD* cibo s. l. *D* 7 alitor *Ja.c.*
 aliter *Fa.c.m2* aliter (*del.*) alitur *B* pinguiscet *Fa.c.m2, J* quod *B*
 8 et s. l. *B* here *Aa.c.* heri ri (*alt.* ri *exp.*) *F* eri *B* tab.] a
 tabellario *Ap.c.* 9 al. in her. *AD* 11 ultro] quia *D* furtiui *D*
 fructiuis *A* operibus *Ap.c.m2, B* 12 aliquas *AD* uelle (uelles
m2) *F* 13 si *AD* etiam si *cet.* 15 script.] *add.* aliquid *B* serm.
 int. nos *AD* ego] et ego *AD* 16 tu] et tu *B* quia *FJ* (*i. eras.*)
 puto in hac luce *AD* iucundius *Fp.c.m2*

cia, inquit propheta, gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo. nam cum idcirco, ut ait praecipuus orator, homines bestiis differamus, quod loqui possumus, qua laude dignus est, qui in ea re ceteros superat, in qua homines bestias antecellunt?

2. Accingere igitur et mihi, quae subiecta sunt, dissere seruians utrobique moderamen, ut nec proposita solutionem desiderent nec epistulae breuitatem. fateor quippe tibi, eos, quos mihi iam pridem Lactantii dederas libros, ideo non libenter lego, quia et plurimae epistulae eius usque ad mille uersuum spatia tenduntur et raro de nostro dogmate disputant; quo fit, ut et legenti fastidium generet longitudo et, si qua breuia sunt, scolasticis magis sint apta quam nobis de metris et regionum situ et philosophis disputantis.

2 Quid sibi uult, quod in Genesi scriptum est: omnis, qui occiderit Cain, septem uindictas exsoluet?

3 Si omnia deus fecit bona ualde, quare Noe de mundis et inmundis animalibus praecepit, cum inmundum bonum esse nihil possit et in nouo testamento post uisionem, quae Petro

2 cf. Cic. de orat. I 32 sq. 15 *Gen. 4, 15 17 cf. Gen. 1, 31 cf. Gen. 7, 2

1 gutturi *AF* mel] -*add.* et fauum *FJ* 2 meo] *add.* exemplum cuiusdam oratoris *B* cum] et *J*, *om.* *F* arator *Aa.c.m.2* § bestiis] a bestiis *Fp.c.m.2B* differamus *FJ* laude] *add.* ille *FJ* 4 qua] quo *FJ* 6 subiuncta *FJ* edissere *Bp.c.m.2* disserere *F* (*alt. re exp.*), *J* 7 utrobique *Fa.c.,J* utroque (*corr.*) *B* utrumque *AD* proposita *F* 8 epistula *J* breu.] *add.* excedant *B* eos] *add.* libros *FB*, *add.* liberos (*e eras.*) *J* 9 lactanti *Fp.r.J* lectitanti *Aa.c.m.2D* lectitandos (*in ras. m.2*) *B* dederis *Ba.c.m.2* libros *om.* *FJB* 10 eius] *eras. B* huius § usque] neque *D* spatia uersuum *F* spatiaduersuum (*d eras.*) *A* 11 disputat *Fa.c.m.2Ap.c.J* 12 quo—legenti] quos autem legat *D* legendi § geret *Fa.c.* 13 scholasticis *J* magi *Ja.c.* metris] mundi *D* 14 phil. et reg. situ *FJ* philosophiis *Ap.c.m.2* disputantis *scripsi* disputandis *A* (*disputanti m.2*), *D* disputantes *FJ* disputando (*in ras. m.2*) *B* disputantia uel disputantibus § 15 Quid] *A* quid *AD* 16 exsoluit q 17 Si] *IN* si *ADB*, *cf. not. ad p. 267, 5. 10. 12* facit *D* Noe] ad noe (*noe B*) *FJB* de noe q 18 praecipit *Fa.c.m.2* nihil esse bonum possit (*poss. bon. D*) *AD*

fuerat ostensa dicenti: absit, domine, quoniam commune et immundum numquam introiuit in os meum, uox de caelo responderit: quod deus mundauit, tu ne commune dixeris?

5 Cur deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie 4 filii Israhel essent de Aegypto reuersuri, et postea Moyses scribit: quinta autem progenie exierunt filii Israhel de terra Aegypti? quod utique nisi exponatur, uidetur esse contrarium.

10 Cur Abraham fidei suae signum in circumcisione susce- 5 pit?

Cur Isaac, uir iustus et deo carus, non illi, cui uoluit, 6 sed, cui noluit, deceptus errore benedixit?

1 *Act. 10, 14 3 *Act. 10, 15 5 cf. Gen. 15, 16 7 *Ex. 13, 18 10 cf. Gen. 17, 10—14 et 23—27 12 cf. Gen. c. 27

1 abs. dom.] *post* abs. *in mg. add.* a me *Bm2* abs. dom. a me *AD* quoniam *om. FJ* communē *Fa.r.* 2 introibit *D* intrauit q 3 mundauerit *F* (er *exp.*), *J* ne commune] commune ne *D* communem *J* 5, 10 et 12 ante Cur *add. IN* (= interrogatio) *ADB* abraam *Fa.c.* 6 filii *F* filiis (s *eras.*) *B* israhel *AD* israel *cet.* 7 autem] a (*eras.*) q exierint *D* israhel *AD* israel *cet.* 8 nisi *om.* q exponat *D* 10 sui *Fa c.m2J* circumcisionem *J* 12 isahac *B* illi] *add.* licuit *AD* 13 uoluit *Aa.c.m2*

XXXVI.

AD DAMASUM.

Beatissimo papae Damaso Hieronymus.

1. Postquam epistulam tuae sanctitatis accepi, confestim
accito notario, ut exciperet, imperavi; quo ad officium prae- 5
parato, quod eram uoce prompturus, ante mihi cogitatione
pingebam. interim iam et ego linguam et ille articulum moue-
bamus, cum subito Hebraeus interuenit deferens non pauca
2 uolumina, quae de synagoga quasi lecturus acceperat. et ilico
'habes', inquit, 'quod postulaueras' meque dubium et, quid 10
facerem, nescientem ita festinus exterruit, ut omnibus praeter-
missis ad scribendum transuolarem; quod quidem usque ad
3 praesens facio. uerum, quia heri diacono ad me misso, ut tu
putas, epistulam, ut ego sentio, commentarium te expectare
dixisti breuem responsionem ad ea desiderans, quae singula 15
magnorum uoluminum indigent, ταῦτά σοι ἐσχεδίασα duabus
tantum quaestiunculis praetermissis, non quo non potuerim
et ad illas aliquid respondere, sed quod ab eloquentissimis

iv = *Sangallensis* 238 s. VIII.

Ω = *Colmarensis* 41 s. IX.

A = *Berolinensis* lat. 17 s. IX.

q = *Monacensis* lat. 14500 s. IX.

D = *Vaticanus* lat. 355 + 356 s. IX—X.

B = *Berolinensis* lat. 18 s. XII.

2 ad damasum iv q ad papam damasum de VII (octo A) uindictis (in
add. s. l. m2 A) cain AD damaso iheronimus B, titulo caret Ω; *Hiero-*
nyymi nomen exhibent tituli omnes 3 Beat.—p. 269, 18 exsoluet om. iv q
hi(ih- B)eronimus *codd.* 4 suscepi B 5 ut s. l. m2 B 6 cogita-
tioni Ω 7 mouebamur *Aa.c.m2* 9 illico A 11 ita om. Ω 13 heri]
s. l. *add. te Am2* a diacono A archidiacono D misso ad me Ω
tu om. AD 14 ut] et ut *Bp.c.* 15 resp. breu. Ω desiderans] quae
desideras adnectens Ω 16 indicant *Aa.c.m2D* indigent disputatione Ω
prolixitate indigent ζ TATACOIECXEΔIACA (s. l. m2 haec tibi
confestim dixi & discussi) A, *uariant cet.* 17 quod *Dp.c.Ω* 18 et
om. ζ ab] et ab ΩB

uiris, Tertulliano nostro scilicet et Nouatiano, Latino sermone
 sint editae et, si noua uoluerimus adferre, sit latius disputan-
 dum. certe expecto, quid placeat: utrumne epistolari breuitate 4
 sententias tibi uelis digeri aut singulorum libros confici. nam
 5 et Origenes in quarto Pauli ad Romanos ἐξηγητικῶν tomo de
 circumcisione magnifice disputauit et de mundis atque inmundis
 animalibus in Leuitico plura disseruit, ut, si ipse inuenire
 nihil possem, de eius tamen fontibus mutuarem. et ut uerius
 loquar, Didymi de spiritu sancto librum in manibus habeo,
 10 quem translatum tibi cupio dedicare, ne me aestimes tantum-
 modo dormire, qui lectionem sine stilo somnum putas. ante- 5
 latis itaque problematibus, quae epistolae tuae subieceras, quid
 mihi uideretur, adnexui ueniam postulans et festinationis pariter
 et morarum: festinationis, quia ad unam lucubratiunculam
 15 dictare uolui rem dierum; tarditatis, quia alio opere detentus
 non statim ad interrogata rescripsi.

2. *Quid sibi uult, quod in Genesi scriptum est: omnis, qui
 occiderit Cain, septem uindictas exsoluet?*

Antequam de quaestione dicamus, rectum uidetur, ut editiones
 20 interpretum singulorum cum ipso Hebraico digeramus, quo faci-
 lius sensus scripturae possit intellegi: uaiomer lo adonai lochen
 chol orec cain sobathaim ioccamo; Aquila: et dixit ei do-

17 cf. pag. 266, 15 *Gen. 4, 15

1 nostro om. ΩD scilicet om. Ω latine B 2 sunt Ω uł (del.)
 auferre (del.) afferre B 4 aut sing.] sing. an Ω 5 quarto] epłta B
 ἐξηγητικῶν tomo] EZHTHNKWNTHOMO Ω EZETNITIKONTUMWΩ B
 tomo AD ἐξηγήσεων tomo ς 7 ut] et Ω 8 possim Ω mutuare A
 mutuarer D et om. AD 9 dydimi D didimi AB 10 extimes B existi-
 mes ς 11 qui] quia Ω putas] add., sed postea del. ante missis questio-
 nibus B 13 pariter] partem D 14 qui AD 15 uolui rem D uoluerim OA
 uoluerim (corr. uolui) B dierum AD opus dixēr (x eras.) B multorum
 dierum opus Ω ς (m. op. d.) quod Ω 16 stat. non Ω ad ex ab A
 18 exsoluit AD 20 ebraico B hebreico wq hebreo Ω dig.] conferentes
 sermone dig. Ω 21 sens. sc.] om. D sc. sens. ς uaior merlo Ωq uaior mello w
 uatomer yot B lathen wΩq laēs B 22 chol oreg wΩq coh looreg B
 chain Ω cam B sobathain (o ex a) w sabathaim Ω sobothai D sabbata B
 ioccamo D iocchamo A iokkamo Ωq ioh kamo w torramo B dicit wq

minus: propterea omnis, qui occiderit Cain, septem-
 pliciter ulciscetur; Symmachus: et dixit ei dominus: non
 sic, sed omnis, qui occiderit Cain, ebdomatos siue
 septimus uindicabitur; Septuaginta et Theodotion: et dixit
 ei dominus: non sic, sed omnis, qui occiderit Cain, 5
 2 septem uindictas exsoluet. postquam Cain occiderat fratrem,
 interrogatus a domino: ubi est Abel, frater tuus? contumeliose responderat: nescio: numquid custos fratris mei
 sum? quam ob rem maledictione damnatus, ut gemens et tremens
 uiueret super terram, noluit ueniam deprecari, sed peccatis 10
 peccata congemmans tantum putauit nefas, cui a domino non
 3 posset ignosci. denique respondit ad dominum: maior causa
 mea, quam ut dimittar — id est: 'plus peccaui, quam ut merear
 absolui' —. ecce eicis me hodie a facie terrae et a facie
 tua abscondar et ero gemens et tremens super terram; 15
 et erit: omnis, qui inuenerit me, occidet me. 'eicior,'
 inquit, 'a conspectu tuo et conscientia sceleris lucem ipsam
 ferre non sustinens abscondar, ut latitem, eritque: omnis,
 qui inuenerit me, occidet me, dum ex tremore corporis et
 furiatae mentis agitato eum esse intellegit, qui mereatur 20

2. 4 *Gen. 4, 15 7 *Gen. 4, 9 12 *Gen. 4, 13 14 *Gen. 4, 14

1 propt.] proplema *iw* occideret *ς* 2 ulciscitur *iwq* ulcisceretur *ς*
 symachus *A* simachus *iwD* simmacus *B*. dicit *iwq* non sic sed]
 propterea *q* proplemā (sic) *iw*, *om.* *Ω* 3 hebdomatos *Vallarsi* ebdoma-
 tas *q* ebdomadas *cet.* siue] aut *iwΩq* 4 theodocion *iw* theodotio *ΩAD*
 teodocio *B* dicit *iwq* 5 ei dom.] dom. deus ei *Ω* sed *om.* *Ω*
 omnes *iw* 6 in septem *iw* ex(s)oluit *AD* postquam] post (*seq.*
ras. 2 *litt.*) *q* pro *iw* occ. cayn *B* cain qui occ. *iwq* fratrem] *add.*
 et *B* 7 dom.] *add.* est *AD* cont.] tumeliose *iw* 8 respondit *ς*
 custos *iw* 9 quam] quemque *iw* ob] obl *D* 12 possit *ΩAD*
 agnosci *iwq* (i *ex e*) ad dom.] domino *AD* causa mea est *AD*
 est iniquitas mea *B* mea causa est *ς* 13 quam] que *iw* demit-
 tatur *iwq* quam] que *iw* 14 hodie eicis me *B* odie *iw*, *om.* *Ω*
 16 occidit *iwΩq* eiciat *q* 17 consciencias *iw* 18 ut *D* et *cet.* 19 *pr.*
 me *s. l.* *q* occidit *Ω* dum] nedum *q* nec (*c ras. ex d*) *iw* 20 agi-
 tātū *iw* agitatum *ΩD* eum] meum *q* se *Ω*

interfici'. uerum deus nolens eum compendio mortis finire cru- 4
 ciatus nec tradens poenae, qua se ipse damnauerat, ait: non
 sic, id est: 'non, ut aestimas, morieris et mortem pro remedio
 accipies, uerum uiues usque ad septimam generationem et
 5 conscientiae tuae igne torqueris ita, ut, quicumque te occi-
 derit, secundum duplicem intelligentiam aut in septima gene-
 ratione aut septimo te liberet cruciatu', non quod ipse, qui
 percusserit Cain, septem ultionibus subiciendus sit, sed quod
 septem uindictas, quae in Cain tanto tempore cucurrerunt,
 10 soluat interfecto occidens eum, qui uitae fuerat derelictus ad
 poenam.

3. Ut autem, quod dicimus, manifestius fiat, cotidiana con-
 suetudinis ponamus exemplum. loquatur inter uerba seruus
 ad dominum: 'quia incendi domum tuam et uniuersam sub-
 15 stantiam dissipauit, interfice me' dominusque respondeat: 'non,
 ut uis, morieris et finies morte supplicia; uerum longo tem-
 pore custodieris ad uitam et tam infeliciter in hac luce uer-
 saberis, ut, quicumque te occiderit, beneficium praestet occiso,
 dum de tam multis te liberat cruciatibus'. et secundum Sep-
plorabo omnes pariter in unius morte uirtutes, non quo lugenda
 sit illa, quae abiit, sed quod nobis inpatientius sit dolen-
 2 dum, quod talem uidere desiuimus. quis enim siccis oculis
 recordetur uiginti annorum adulescentulam tam ardenti fide
 crucis leuasse uexillum, ut magis amissam uirginitatem quam 5
 mariti doleret interitum? quis sine singultibus transeat orandi
 instantiam, nitorem linguae, memoriae tenacitatem, acumen
 ingenii? si Graece audisses loquentem, Latine eam nescire
 iurasses; si in Romanum sonum lingua se uerterat, nihil om-
 3 nino peregrinus sermo redolebat. iam uero, quod in Origene 10
 illo Graecia tota miratur, in paucis non dico mensibus, sed
 diebus ita Hebraeae linguae uicerat difficultates, ut in edi-
 scendis canendisque psalmis cum matre contenderet. humilitas
 uestium non, ut in plerisque, tumentes animos arguebat, sed
 cum interiori se mente deiecerat, inter ancillarum uirginum 15
 cultum dominamque nihil medium, nisi quod in eo facilius
 dinoscebatur, quod neglectius incedebat. uacillabat aegrotatione
 gressus et pallentem trementemque faciem uix collum tenue
 sustinebat, et tamen aut propheta aut euangelium semper in
 4 manibus. lacrimis ora complentur, singultus occupant uocem 20

1 morte] *add.* defecisse ζ quo] quod $G\Sigma$ lugenda *s. l.* Σ , *om.* D
 2 *pr.* sit] desit $\Sigma a. r.$, D habiit $\Psi a. r.$ habuit $G, \Sigma a. r.$ quod]
 quo $\Sigma D B$ 3 quod] qui ζ 4 ardente $\Sigma a. c.$ ardentis D fidei D
 5 leuasse *s. l.* Σ 6 dolere $K a. c.$ morandi $G a. r.$ 8 loq. audiisses ζ
 9 iur.] putares ΣD si *s. l.* K romanam $\Sigma a. c. m 2 D$ sonum *in*
mg. m 2 Σ , *om.* D linguam $\Sigma a. r. D$ linguas euerterat B uerteret Σ
 uerterit D uertat Ψ 10 peregrini ζ red.] sonabat $\Sigma p. c. D$ sonabit
 $\Sigma a. c.$ origenē D ; *add.* quodque ΣD quoque B 11 illa Σ tota
super ras. K dicam $G D$ 12 ita *om.* ζ hebrae G hebraicae
 $\Sigma p. c. B$ hebraicae $\Sigma a. c.$ euicerat G discendis ζ 13 contenderit
 $K, \Psi a. c.$ 14 pler.] *add.* solet ζ 15 interiore K interioris $\Psi a. r.$ in-
 teriores D se *om.* $D, \Sigma a. c.$, *post* mente *tr.* $\Sigma p. c.$ uirg.] uillum ζ
 17 neglegentius $\Sigma D B$ uacillabant G uacillabant $\Sigma p. c. m 2 B$ 18 gres-
 sus] fessa $\Sigma a. c. m 2 D$ ac trementem ζ 19 proph(etam) $K \Sigma \Psi B$
 semper *om.* B semper per (per *eras.*) G 20 manibus tenebat ζ manu
 tenebat semper B complentur $\Sigma a. c.$ compleuit D occupat $\Sigma D B$

et haerentem linguam uiscera commota non laxant: cum sanctum corpusculum febrium ardor excoqueret et semianimis lectulum uallaret circulus propinquorum, haec in extrema uerba mandabat: 'orate dominum Iesum, ut mihi ignoscat, quia
 5 implere non potui, quod uolebam.' *secura esto, mi Blesilla, confidimus; probas uera, quae dicimus: 'numquam est sera conuersio'. uox haec primum dedicata est in latrone: amen* 5
 dico tibi; hodie mecum eris in paradiso. postquam autem sarcina carnis abiecta ad suum anima reuolauit auctorem et
 10 in antiquam possessionem diu peregrinata conscendit, ex more parantur exsequiae et nobilium ordine praeunte aureum fere-
 tro uelamen obtenditur. uidebatur mihi tunc clamare de caelo 'non agnosco uestem; amictus iste non meus, hic ornatus ali-
 enus est'.

15 2. Sed quid agimus? matris prohibitori lacrimas ipsi plan-
 gimus. confiteor affectus meos, totus hic liber fletibus scribitur. fleuit Iesus Lazarum, quia amabat eum. non est optimus
 consolator, quem proprii uincunt gemitus, cuius uisceribus emollitis fracta in lacrimis uerba desudant. testor, mi Paula, 2
 20 Iesum, quem Blesilla nunc sequitur, testor sanctos angelos
 eius, quorum consortio fruitur, eadem me dolorum perpeti tor-

1 cf. Gen. 43, 30 7 Luc. 23, 43 17 cf. Ioh. 11, 35—36

2 excoqueret *Σa.c.DB* exqueret *Ka.c.* semianimem in *ΣD* semi-
 anime *ς* lectulo *Σp.c.* 3 circulos *Σa.c.D* in *om. B* extremo *ς*
 4 quia] quae *B* 5 o *secura esto o Σ* *secura esto o GD* Bles.] *add.*
 sentiens omni tempore uestimenta tua candida. candor uestium sempi-
 ternae uirginitatis est puritas *B* 6 proba *G* probantes *ΣD* probare *B*
 uerba *G* uera esse *B* nusquam *B* sera] ora (*in mg. sera m2*) *D*
 9 actorem *B* 10 in *om. DB* 12 mihi tunc *s. l. Σ* tunc *om. D*
 13 uestem *KΨ* uestes *cet.* non] *add. est ς* 15 matris] *om. KΨ*
 magisti (*uoluit magistri, litt. gisti in ras. 7—8 litt. m2*) *B* prohi-
 bentur lacrimae *Σa.c.m2D* 16 affectos *K,Σa.c.* 17 fleuit] *add. et*
ΣD,Ψ s. l. m2,B eum *GKB* illum *cet.* 18 consolatur *Ka.c.D*
 19 mollitis *ΣD* lacrimas *Σp.c.m2* dissudant *ΣD* mi *Σ (ex me),*
Ψ (ex mihi), B mihi *GK* me *D* 20 nunc seq. bl. *Σ* 21 eius *om. B*
 fruetur *Σa.c.* eundem me dolorem perpeti ac tormenta *G* me do-
 lorum *ex modolorum m2 Ψ*

menta, quae pateris: patrem esse spiritu, nutricium caritate, et
 interdum dicere: pereat dies illa, in qua natus sum, et:
 heu mihi, mater, ut quid me genuisti uirum, qui iudicer
 et discernar omni terrae? sed et illud: iustus es, domine,
 uerumtamen iudicia loquar ad te: quid est, quod uia 5
 peccatorum prosperatur? et: mei paene moti sunt pe-
 des pacem peccatorum uidens et dixi: quomodo agno-
 uit deus et si est scientia in excelso? ecce isti pec-
 catores et abundantes in saeculo obtinuerunt diuitias.
 sed rursus illud occurrit: si narrauero sic, ecce genera- 10
 3 tionem filiorum tuorum praeuaricatus sum. numquid
 et in meam mentem non hic saepius fluctus inlidunt? quare
 senes inpii saeculi diuitiis perfruuntur? quare adulescentia
 rudis et sine peccato pueritia immaturo flore exiit? quid
 causae est, ut saepe bimuli trimulique et ubera materna 15
 lactantes daemone corripiantur, repleantur lepra, morbo regio
 deuorentur et e contrario inpii, adulteri, homicidae ac sacrilegi
 uegeti atque securi de sua in deum sanitate blasphemant,
 praesertim cum iniustitia patris non redundet ad filium et
 4 anima, quae peccauerit, ipsa moriatur? aut si manet uetus 20
 illa sententia, peccata patrum in filios oportere restitui, ini-

2 *Hier. 20, 14 3 *Hier. 15, 10 4 *Hier. 12, 1 6 *Ps. 72,
 2—3 7 *Ps. 72, 11—12 10 *Ps. 72, 15 20 cf. Ezech. 18, 4. 20
 21 cf. Ex. 34, 7

1 parem *B* spiritum *D* nutritum *D* et *om.* *Ka.c.m2Sa.c.Ψ*
 at *ς* 2 interdum dicere *s. l. m2K* interdicere *B* et pereat *Ψ* 3 eu
Ga.c.D hei *ς* mihi] mi *G* gen. me *ς* iud. et disc.] diceret
 (-it *D*) discrimen *ΣD* dicerer discrimen *ς* 4 sed *om.* *ΣD* 5 iud.
 tua *B* uiae *ΣD* 6 impiorum *Σ* prosperantur *D* prosperabuntur *Σ*
 mei *GK* mei quoque *cet.* pedes] *add.* paene effusi sunt gressus mei.
 quia zelauit in peccatoribus *ς* 7 uidentis *DB* uidenti *Σ* agnoui *GK*
 scit *Ψ* cognoui *cet.* 8 ipsi *ΣD* 10 sed] et *B* rursus *D* nar-
 rabo *B* 12 saepe *G* 13 diu. saec. *G* 14 et] et ainc (*s. l. dh m2*,
uoluit adhuc) *G* exsuietur *G* messuietur *ΣDB* metitur *ς* 16 lacten-
 tes (*pr. e in ras. m2*) *B*; *add.* a *Σp.c.D* 17 ac *G*, *om.* *cet.* 18 san-
 in deum *ς* sanitati *D* blasphemant *KΨB* 19 ad] in *G*
 20 moriatur *GK* morietur *cet.*

quum sit longaeui patris innumera delicta innocentem in-
 fantiam repensare: et dixi: ergo sine causa iustificau
 cor meum et laui inter innocentes manus meas et
 factus sum flagellatus tota die. sed cum haec cogi- 5
 5 tarem, statim didici cum propheta: et suscepi, ut co-
 gnoscerem; hoc labor est in conspectu meo, donec
 ingrediar in sanctuarium dei et intellegam in nouis-
 sima eorum. iudicia enim domini abyssus multa et:
 o profundum diuitiarum et sapientiae et scientiae dei.
 10 quam inscrutabilia iudicia eius et inuestigabiles uiae
 eius! bonus est deus et omnia, quae bonus fecit, bona sint 6
 necesse est. mariti orbitas inrogatur: plango, quod accidit,
 sed quia sic placet domino, aequo animo sustinebo. unicus
 raptus est filius: durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit
 15 ille, qui dederat. si caecus fuero, amici me lectio consolabitur.
 si auditum quoque surdae aures negauerint, uacabo a uitiiis;
 nihil aliud nisi dominum cogitabo. imminebit super haec et
 dura pauperies, frigus, languor et nuditas: extremam expectabo
 mortem et breue putabo malum, quod finis melior subsequetur.
 20 consideremus, quid ethicus ille psalmus sonet: iustus es, do- 7
 mine, et rectum iudicium tuum. hoc non potest dicere
 nisi ille, qui ad uniuersa, quae patitur, magnificat deum et
 suo merito inputans de eius in aduersis clementia gloriatur.
 exultauerunt enim filiae Iudae in omnibus iudiciis domini. si
 25 Iudaea 'confessio' interpretatur, confitens autem omnis anima

2 *Ps. 72, 13—14 5 *Ps. 72, 16—17 8 Ps. 35, 7 9 *Rom.
 11, 33 20 Ps. 118, 137 24 cf. Ps. 96, 8

1 delicta] *add.* in $\Sigma p.c.m.2D$ innocentium $K\Psi$ innocentiam Σ in-
 fantia $K\Psi$ infantium $\Sigma p.c.$ 3 nocentes Ψ 4 fact. sum] fui $K\Psi$ 6 hic ς
 7 *pr.* in *om.* ς et *om.* B 9 *pr.* et GD , *om.* *cet.* 10 *inscr.*
 $G, Ba.c.m.2$, *add.* sunt *cet.* 11 facit $\Sigma D, B$ *s. l.* sunt Σ 14 fil.
 rapt. e. ΣB 15 amice $\Sigma a.c.D$ 17 dom.] a (de *s. l. m.2*) domino Σ
 inminet G immineuit (e *del.*) D ; *add.* et Σ (*eras.*), D 19 subsequitur
 $K, \Sigma p.c.m.2\Psi$ subsequatur B 20 consideramus D ethicus Σ (y *ex ni*)
 prof(ph)eticus $K\Psi$ sonat ΣD 22 dominum ς 23 in adu. de eius
 ΣD in *om.* B 24 iudaeae $K, \Psi p.c.m.2$ 25 iuda D

credentis est, necesse est, ut, qui se credere dicit in Christo,
 8 in omnibus Christi iudiciis gaudeat. sanus sum: gratias refero
 creatori. languedo: et in hoc laudo domini uoluntatem. quando
 enim infirmor, tunc fortior sum et uirtus spiritus in carnis
 infirmitate perficitur. patitur et apostolus aliquid, quod non
 uult, pro quo ter dominum deprecatur. sed dicitur ei: sufficit
 tibi gratia mea et ad reuelationum humiliandam superbiam
 monitor quidam humanae inbecillitatis adponitur in similitu-
 dinem triumphantum, quibus in curru retro comes adhaerebat
 per singulas adclamationes ciuium dicens: 'hominem te me-
 10 mento'.

3. Cur autem durum sit, quod quandoque patiendum est?
 dolemus quemquam mortuum: ad hoc enim nati sumus, ut
 maneamus aeterni? Abraham, Moyses, Esaias, Petrus, Iacobus
 et Iohannes, Paulus, electionis uas, et super omnia dei filius
 15 moritur: et nos indignamur aliquem exire de corpore, qui ad
 hoc forsitan raptus est, ne malitia mutaret intellectum
 eius? placita enim erat deo anima eius; propter hoc
 properauit educere eum de media iniquitate, ne
 2 longo uitae itinere deuiis oberraret anfractibus. lugeatur mor-
 tuus, sed ille, quem gehenna suscipit, quem tartarus deuorat,

3 *II Cor. 12, 10 4 cf. II Cor. 12, 9 5 cf. II Cor. 12, 8
 6 II Cor. 12, 9 7 cf. II Cor. 12, 7 9 cf. Tertull. Apol. c. 33 15 cf.
 Act. 9, 15 17 Sap. 4, 11 18 *Sap. 4, 14

1 dic. cred. *B* dicet *D* 2 iud. xpi Σ 3 in s. l. *K* 4 enim
 s. l. Ψ infirmor in *mg.* *m2 B* fortis ζ 5 et om. *K, \Sigma a. c., \Psi*
 7 mea] *add.* nam (quia ζ) uirtus in infirmitate perficitur *B\zeta* ad] a *G*
 reuelationem ΣD -nis *B* 8 monetur quidem $\Sigma a. c. D$ et adp. *D*
 in] ad *B* similitudine *codd. praeter GB* 9 triumphantium *B* trium-
 phanti *\Sigma p. r.* curro $\Sigma a. c. D$ comis *K\Psi* 10 te memento] et
 iumentum *D* te] *add.* esse ζ 12 sit s. l. *m2 K* quando $\Sigma a. c. m2 D$
 13 et cur dolemus ζ non sumus ζ 14 Esaias] helias *B* Petrus
 om. *K\Psi* iacob Σ 15 pr. et om. ΣD fil. dei ζ 17 inmutaret
 $\Sigma p. c. m2 D$ eius int. *K\Psi* int. illius *G* 18 quia placita *GK\Psi* enim
 om. *G* alt. eius] illius Σ hoc] ea Σ 19 eam ζ 20 longa uita
 in (in s. l. Σ) itinere ΣD lugebatur $\Sigma B a. c.$ 21 genna *G a. c.* susce-
 pit $\Sigma a. c. B a. c. m2$

in cuius poenam aeternus ignis exaestuat. nos, quorum exitum
angelorum turba comitatur, quibus obuam Christus occur-
rit, grauemur magis, si diutius in tabernaculo isto mortis
habitemus. quia, quamdiu hic moramur, peregrinamur a domino,
5 illa, illa cupido nos teneat: heu me, quia peregrinatio
mea prolongata est; habitauit cum habitantibus Cedar,
multum peregrinata est anima mea. si Cedar 'tenebrae' 3
sunt et mundus iste sunt tenebrae, quia lux lucet in tene-
bris et tenebrae eam non comprehenderunt, faueamus
10 Blesillae nostrae, quae de tenebris migravit ad lucem et inter
fidei incipientis ardorem consummati operis percepit coronam.
reuera, si saeculare desiderium et — quod deus a suis auertat —
delicias uitae istius cogitantem mors inmatura rapuisset, plan-
genda erat et omni lacrimarum fonte deflenda. nunc uero, cum 4
15 propitio Christo ante quattuor ferme menses secundo quodam
modo se propositi baptismo lauerit et ita deinceps uixerit, ut
calcato mundo semper monasterium cogitarit, nonne uereris,
ne tibi saluator dicat: 'irascaris, Paula, quia filia tua mea
facta est filia? indignaris de iudicio meo et rebellibus lacrimis
20 facis inuidiam possidenti? scis enim, quid de te, quid de 5
ceteris tuis cogitem. cibum tibi denegas non ieiuniorum studio,
sed doloris. non amo frugalitatem istam; ieiunia haec aduer-

3 cf. II Cor. 5, 4 4 cf. II Cor. 5, 6 5 *Ps. 119, 5—6 8 *Ioh. 1, 5

1 poe(ae)na *GSD* aestuat *Σa.c.m2D* ang. ex. *Σa.c.D* exitus *B*
2 xpo *D* 3 grauamur *G, Sp.c.m2* graue est *KY* 4 dom.] xpo *Σa.c.*
5 ille ille *KY* alt. illa s. l. *Σ* nos cup. *SD* hei *ς* me]
mihi *SD* 6 est] a me (s. l.) est *Σ* est a me *D* caedar *Σ* chedar *K*
7 caedar *GE* chedar *K* 8 ipse *Σa.c.D* quia] qui *Σa.c.* que *Ba.c.m2*
9 eam s. l. *Σ* 10 blaesillae (ex basillae *m2*) *K* migraret *D* et
om. *SD* 11 fide *D* consummati *SD* percipit *KY, Sp.c.* 12 auert.
a suis *B* uertat *Σa.c.m2* 13 istius uitae *B* uitae huius *ς* 14 omne *Y*
defl.] plangenda *D* ploranda *ς* 15 secundum *Y* quodam] quod ad
Σa.c.m2D 16 propositi se *ς* proposito *Σa.c.D* baptisma *B*
baptismi *Σa.c.D* 17 cogitaret *Sp.c.m2* nonne] non *Σa.c.m2D*
18 tua filia *ς* 20 inuid.] iniuriam *KY* possidentis *Y* quid de
te om. *KYB* 21 in ieiuniorum *D* studio s. l. *B* 22 fragili-
tatem *GD* ieiunii *KY* haec] ista *ς*

sarii mei sunt. nullam animam recipio, quae nolente me separatur a corpore. tales stulta philosophia martyres habeat: Zenonem, Cleombrotum uel Catonem. super nullum requiescit spiritus meus nisi super humilem et quietum et tremen-
 6 tem uerba mea. hoc est, quod mihi monasterium promittebas, 5
 quod habitu a matronis ceteris separato tibi quasi religiosior uidebaris? mens, ista quae plangit, uestium sericarum est. interciperis et moreris et, quasi non in meas manus uentura sis, crudelem iudicem fugis. fugerat quondam et Ionas, animosus propheta, sed et in profundo maris meus fuit. si uiuentem crederes 10
 7 filiam, numquam plangeres ad meliora migrasse. hoc est, quod per apostolum meum iusseram, ne de dormientibus in similitudinem gentium tristaremini. erubescere, ethnicae conparatione superaris. melior diaboli ancilla quam mea est. illa infidelem maritum translatum fingit in caelum, tu mecum tuam filiam 15
 commorantem aut non credis aut non uis'.

4. Sed dicis: 'quomodo me lugere prohibes, cum et Iacob Ioseph in sacco fleuerit congregatisque ad se omnibus propinquis noluerit consolari dicens: descendam ad filium meum lugens in infernum et Dauid Abessalon operto capite plan- 20
 xerit repetens: filius meus Abessalon, filius meus Abes-

4 cf. Esai. 66, 2 12 cf. I Thess. 4, 12 15 cf. pag. 213, 13
 19 Gen. 37, 35 21 *II Reg. 18, 33

1 me nolente *SD* 2 talis *SD* mart. st. ph. hab. *G* hab. mart. *B*
 habeant (n *exp. S*) martyres *SD* 3 Zen.] habeat zen. *Ψ* habeant (*del. S*)
 zen. *SD* cleombrotum *ς* theonbroton *G* theombrotum *D* theobru-
 tum *B* theoprothum *S* theofrastum *KΨ* 4 quietem *S* 6 quod] quo *B*
 separabo *B* 7 ser. uest. *ς* saer. *S* syr. *D* 8 interceperis *KΣΨ*
 -cipieris (-cipieris *m2*) *B* moreris *Ba.c.* emoreris *Sa.c.m2D* emor-
 rieris *Spc.m2* 10 et *om. ΣDB* profundum *KΣD* meus] mersus *S*
 12 de] pro *SD, om. G* similitudine *SD* 13 ethnice (*in ras. m2*) *B*
 ethnici *KΨ* 14 melior est *B* zabuli *KΨ* est *om. B* 17 lug.
 me *ΣDB* et *om. B* 18 Ios.] *add.* filium *G* 20 abessalon *G*
 abessalon *KΨ* absalon *cet.* cooperto *ς* 21 *pr.* fili mi *ς* *pr.* abe-
 salon *KΨ* absalon *ΣDB* *alt.* fil. m. Abess.] *om. K* filius *B* absalon
 fili mi *ς* *alt.* abessalon *Ψ* absalon *SD*

salon! quis dabit, ut moriar pro te, Abessalon, filius
 meus?, Moysi quoque et Aaron ceterisque sanctorum sollem-
 nis sit luctus exhibitus? perfacilis ad ista responsio est: 2
 luxisse Iacob filium, quem putabat occisum, ad quem et ipse
 5 erat ad infernum descensurus dicens: descendam ad filium
 meum lugens in infernum, quia necdum paradisi ianuam
 Christus effregerat, necdum flammeam illam romphaeam et
 uertiginem praesidentium cherubin sanguis eius extinxerat —
 unde et Abraham, licet in loco refrigerii, tamen apud inferos
 10 cum Lazaro scribitur —, et David iuste fleuisse filium parricidam,
 qui alium paruulum, postquam, ut uiueret, inpetrare non potuit,
 quia sciebat non peccasse, non fleuit. de Moysi uero et Aaron, 3
 quod eis ex ueteri more sit planctus exhibitus, non mirandum
 est, cum et in Actibus apostolorum iam euangelio coruscante
 15 Stephano fecerint Hierosolymae fratres planctum magnum et
 utique planctus magnus non in plangentium exanimatione, ut
 tu aestimas, sed in pompa funeris et exequiarum frequentia
 intellegendus sit. denique de Iacob scriptura sic loquitur: et 4
 ascendit Ioseph sepelire patrem suum et ascen-

2 cf. Deut. 34, 8. Num. 20, 30 5 Gen. 37, 35 7 cf. Gen. 3, 24
 9 cf. Luc. 16, 22—31 11 cf. II Reg. 12, 20—23 14 cf. Act. 8, 2
 18 *Gen. 50, 7—8

1 ut ego ΣB fili mi absalon G abesalon Ψ absalon ΣDB
 2 aron K sollempnis sanct. B sanctis GΣ 4 et luxisse B fil.]
 add. suum B et om. B 5 erat om. KY, post descensurus ponit G
 ad inferos Σ (s. l.), DB discensurus KDΨ descendam K 7 flam-
 meum Σa.c.m2 flammam Da.c. romfeam KY rumpheam D rumpham
 Σa.c. 8 uert.] uersatilem Kp.c. uersatile Ψ praesidentem Σ ceru-
 bin Σa.c.m2 cerubym Σp.c.m2 extinguerat Ba.c. restinxerat G 9 et
 om. Ψ lic. in loco] loco lic. B in loco in K 10 eleazaro KYa.c.m2;
 add. fuisse G flesse B parricidam s. l. Σ 11 ut om. KY ui-
 ueret] uidit quia ΣD 12 moysi G (ex mosi), KD moyse cet. 13 quod]
 ut KY sit more Σ 14 et om. KY actis G choruscante G
 15 hyerosolimae G iherosolimis B 16 exanim. GB examin. cet. 17 aest.]
 putas G 18 script.] scribitur hac D sic] si Σa.c.m2D 19 ascen-
 det D sepellire G

derunt cum eo omnes pueri Pharao et omnes seniores domus eius et seniores omnes terrae Aegypti et omnis domus Ioseph et fratres eius. et post paululum: et ascenderunt cum eo quadrigae et equites et facta sunt castra grandia nimis. ac deinde: et planxerunt eum planctum magnum et fortem nimis. planctus iste sollemnis non longas Aegyptiis imperat lacrimas, sed funeris monstrat ornatum. iuxta quem modum Aaron quaque et Moysen fletos esse manifestum est. nequeo scripturae satis laudare mysteria et diuinum sensum in uerbis licet simplicibus admirari, quid sibi uelit, quod Moyses plangitur et Iesus Naue, uir sanctus, sepultus refertur et tamen fletus esse non scribitur; nempe illud, quod in Moysi, id est in lege ueteri, omnes sub peccati Adam tenebantur elogio et ad inferos descendentes consequenter lacrimae prosequerentur secundum apostolum, qui ait: et regnauit mors ab Adam usque ad Moysen etiam super eos, qui non peccauerunt; in Iesu uero, id est in euangelio, per quem paradisi est apertus, mortem gaudia prosequuntur. flent usque hodie Iudaei et nudatis pedibus in cinere uolutati sacco incubant ac, ne quid desit superstitioni, ex ritu uanissimo pharisaeorum primum cibum lentis accipiunt uidelicet ostendentes, quali

4 *Gen. 50, 9 5 *Gen. 50, 10 8 cf. Num. 20, 30. Deut. 34, 8
11 cf. Deut. 34, 8 12 cf. Ios. 24, 30 16 *Rom. 5, 14 22 cf. Gen. 25, 31—34

1 farao *K* faraonis *GΨ* parahonis *Σa.r.* pharaonis *Σp.r.DB* et—
eius *om. D* *alt.* omnes *om. ΣB* 2 omnes *G* omnes *D* omnis *cet.*
3 et omnis] et uirginae (*exp.*) et omnes *K* 4 cum *om. Ψ* quadra-
ginta *Ψ* 5 ac deinde—nimis] *post.lin.* 8 ornatum (*corr.*) *B* 6 eum (cum *B*)
planctu magno et forti *ΣDB* 8 quem] quem ad *KΣa.c.* aron *Ka.c.m.2*
9 sat. scr. *ΣDB* 11 quid sibi—303, 4 contristari] *post* 303, 24 mini-
strare *B* 12 iesu *KΨ* hiesu (*ex hesu m.2*) *Σ* 13 nempe] neque *ΣD*
illud est *KΨ* moysi *ΣD* (*cf. ad* 301, 12) moyse *cet.* uet. lege *B* 14 sub
p. ad. omnes *G* omnes *om. Ψ* peccato *K,Ba.c.* ad *s. l. m. rec. Ψ*
15 descendantem *Σa.c.D* 19 prosequuntur *Bp.c.* fl. u.] flenturque *G*
flentesque *D* 20 in cinere *s. l. B* uolutatis *Σa.c.D* uolutantes *Σp.c.*
21 ex] et *K* uanissimo *om. G* 22 lentis] tenentes *Σa.c.m.2D*

edulio primogenita perdiderint. sed merito, quia in resurrectione
 domini non credentes antichristi parantur aduentui. nos uero,
 qui Christum induimus et facti sumus iuxta apostolum genus
 regium et sacerdotale, non debemus super mortuos contristari.
 5 et dixit, inquit, Moyses ad Aaron et Eleazar et Itha- 7
 mar filios eius, qui relictis erant: caput uestrum
 non denudabitis et uestimenta uestra non scinde-
 tis, ne moriamini et super omnem synagogam ue-
 niat ira. nolite, inquit, scindere uestimenta et luctum exhi-
 10 bere gentilem, ne moriamini. mors nostra peccatum est. et —
 quod forsitan crudele alicui uideatur, sed fidei necessarium
 est — in eodem Leuitico scribitur, quomodo sacerdos magnus
 ad patrem, matrem fratresque uel liberos ire mortuos prohi-
 beatur, ne uidelicet anima dei sacrificiis uacans et tota in illius
 15 mysteriis occupata aliquo impediatur adfectu. nonne aliis uerbis 8
 id ipsum in euangelio praecipitur, ut non renuntiet domui
 discipulus, ut mortuo patri non exhibeat sepulturam? et de
 sanctis, inquit, non exiet et non contaminabitur
 sanctificatio dei eius, quia sanctum oleum uncti-
 20 onis a deo super eum est. certe, postquam credimus in
 Christo et oleo unctionis eius accepto illum portamus in nobis,
 non debemus exire de templo, id est de proposito Christiano,
 non foras egredi, incredulitati uidelicet gentilium commisceri,
 sed esse semper intrinsecus, uoluntati domini ministrare.

3 cf. Gal. 3, 27 cf. I Petr. 2, 9 4 cf. I Thess. 4, 12 5 *Leu.
 10, 6 12 cf. Leu. 21, 11 16 cf. Luc. 9, 61—62 17 cf. Matth. 8,
 21—22. Luc. 9, 59—60 *Leu. 21, 12

1 idolio *KΨ* perdiderunt *GB* quia] ut *K*, om. *Ψ* resurrectionem *ς*
 2 praeparantur *ς* 4 mortuo *Σp.r.* 5 ad] et *B* eleazarum *KΨ*
 itamar *Σa.c.B* 6 filiis *Ba.c.m2* filio *Da.c.* filius *Ka.c.* 7 uestra uest. *B*
 8 et] et ne *B* 9 uest.] *add.* uestra *KΨ* 13 fratremque *Σp.c.m2D* fra-
 trem *Σa.c.m2* ire mort. proh. (-ebatur *G*) *GB* ire non permittitur *KΨ*
 mort. proh. accedere *ΣD* 14 ne] nec *Σa.r.* non *D* uid.] *add.* ut *s. l. m2 D*
 15 ministeriis *ΣD* 16 percipitur *D* non om. *G* renuntiat *Σ* 18 inquit
Σa.c.D quid *K* qui *Ψ* exiit *Ψ* et om. *KΨ* 21 christum *ς* illo *Ψ*
 22 prop.] populo *KΨ* 23 foris *Ψ* scilicet *Ka.c.* gentium *B* 24 esse
 om. *G* intr.] *add.* id est *ΣD*, *add.* et *B* uoluntate *ΣBa.c.* ministrari *Ψ*

5. Haec idcirco, ne ignorantio scripturarum auctoritatem tibi praeberet in luctum et uidereris rationabiliter errare. et adhuc sic locutus sum, quasi unam de turbis conuenerim Christianam. nunc uero, cum sciam toto renuntiasse te mundo et abiectis calcatisque deliciis orationi, ieiuniis, lectioni uacare cotidie, 5 cum ad exemplum Abraham cupias exire de terra tua et de cognatione tua, ut Chaldaeis et Mesopotamia derelictis terram repromissionis introeas, cum omnem substantiolam aut pauperibus dilargita sis aut filiis ante mortem mundo mortua dederis, miror te ea facere, quae si facerent ceterae, reprehensionem dignae uiderentur. 10 2 redit tibi in memoriam confabulatio eius, blanditiae, sermo, consortium et, cur his careas, pati non potes: ignoscimus matris lacrimis, sed modum quaerimus in dolore. si parentem cogito, non reprehendo, quod plangis; si Christianam et monacham Christianam, istis nominibus mater 15 excluditur. recens uulnus est et adtactus iste, quo blandior, non tam curat, quam exasperat; attamen, quod tempore mitigandum est, cur ratione non uincitur? nam et Noemin famem fugiens in terram Moab et maritum perdidit et filios. et cum suorum esset auxilio destituta, Ruth alienigena ab eius latere 20

6 cf. Gen. 12, 1 18 cf. Ruth 1, 3—5 19 cf. Ruth 1, 16—17

1 idc.] *add.* dicimus ζ ignorantia $\Sigma p.c.m.2D\psi$ 2 in luctu $\Sigma s.l.D$
 uideris $\Sigma a.c.m.2D$ adhuc G ad hoc B 4 tunc $\Sigma a.c.m.2D$ cum
om. Σ , *s. l. D* totam $\Sigma a.r.$ toti ζ te ren. B 5 del.] *add.* saeculi ζ
 lectione $K, \psi a.c.m. rec. orationi Ba.c.$ cottidie G (e *ex* ae) ψ
 6 ad *om.* $K\psi$ abrahamae Σ 7 ut et ΣD caldaeis K caldeis ψB
 chaldeis *cet.* et *om.* D , *s. l. \Sigma* mesopotamiam $\Sigma a.r.D$ derelicta B
 8 om̄s D substantiam $K\psi$ 9 largita $K\psi$ filiam D
 10 fecerint $\Sigma a.c.D$ *cet.*] *add.* a te G 11 memoria $K, \psi a.c.m.2$
 12 cur] cum B quod ζ his] ista $K\psi$ 13 sed querimus modum B
in mg., om. in t. 14 dolorē B 15 et mon. xp̄ianam (*xp̄ianam in ras. m.2 B*) GB , *om. K in t.*, et mon. (*K in mg.*) *cet.* ab istis ΣD
 16 et a tactus B adtactus $K\psi$ et tactus ΣD quo] quod $KD\psi$ 17 non
 tam—attamen *om.* $K\psi$ 18 cur rat.] curatione $G\psi$ et *om.* $K\psi$
 noemin $\psi p.c.m.2B$ noemin $K, \psi a.c.m.2$ noemi GD noemmi Σ 19 terra
 ψB perdit $\Sigma a.c.m.2D$ 20 aux. esset ζ esse K destuta K
 Ruth] *add.* moabitida (*exp.*) Σ eius] cuius $\Sigma p.c.$

non recedit. uide, quanti meriti sit desertae praestitisse solacium: ex eius semine Christus exoritur. respice, Iob quanta sustineat. et uidebis — te nimium delicatam! — erectis in caelum oculis inter ruinam domus, poenas ulceris, innumeras
 5 orbitates et ad extremum uxoris insidias inuictam tenuisse patientiam. scio, quid responsura sis: hoc illi quasi iusto ad
 probationem euenisse. et tu e duobus elige. quid uelis: aut sancta es et probaris, aut peccatrix et iniuste quereris minora sustinens, quam mereris. quid uetera replicem? praesentia
 10 exempla sectare. sancta Melanium, nostri temporis inter Christianos uera nobilitas, cum qua tibi dominus mihi que concedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo et necdum humato duos simul filios perdidit. rem sum dicturus incredibilem, sed Christo teste non falsam. quis
 15 illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, ueste conscissa lacerum pectus inuadere? lacrimae gutta non fluxit; stetit immobilis et ad pedes aduoluta Christi, quasi ipsum teneret, adrisit: 'expeditius tibi seruitura sum, domine, quia tanto me liberasti onere'. sed forsitan superatur in ce-
 20 teris? quin immo, qua illos mente contempserit, in unico postea filio probat, cum omni, quam habebat, possessione concessa ingrediente iam hieme Hierosolymam nauigauit.

6. Parce, quaeso, tibi, parce filiae iam cum Christo regnanti, parce saltem Eustochiae tuae, cuius parua adhuc aetas et rudis

2 oritur ΣD iob (non hiob) *codd.* 3 susti(e $\Sigma a.c.$)nuit ΣDB delicatam illum ζ ; *distinguendi signa addidi* 4 ruinas B 7 uenisse D quod ΣDB 8 es et] esse ΣD 9 sustines G sustinere B 10 Melanium *scripsi* melanium $GK\Psi$ melania (nia s. l. B) *cet.* 11 mihi que (mihi qui Ψ) conc. dom. $K\Psi$ 12 suo B part.] *add.* quae ΣD 13 fil. sim. perd. G sim. perd. fil. ζ 14 teste $\chi\pi o$ ζ 15 tunc *om.* D , in *mg.* $m2$ Σ lymphatico G enfatico $K\Psi$ limph(h s. l. Σ)atico *cet.* 16 conscissa B 18 arridens B tibi] tibi inquit B inquit tibi ζ 19 quia] qui a B on. me lib. ΣB me on. lib. D 20 qua] quales B 21 fil. post. B omni quam $G, \Sigma p.c.$ omnem quam $K\Psi$ omnia quam D omni que $\Sigma a.c.$ omnium quae B possessionem $K\Psi$ 22 ingruente ΣDB 23 tibi *ex* te $m2\Sigma$ cum $\chi\pi o$ iam ζ 24 eustociae G eusthociae K custodiae $\Sigma a.c.D$ eustochio ζ

paene infantia te magistrante dirigitur. saeuit nunc diabolus
 et, quia cernit unam de tuis liberis triumphantem, obtritum
 esse se condolens quaerit in remanente uictoriam, quam in
 praeeunte iam perdidit. grandis in suos pietas impietas in deum
 2 est. Abraham unicum filium laetus interficit et tu unam de 5
 pluribus quereris coronatam? non possum sine gemitu eloqui,
 quod dicturus sum. cum de media pompa funeris exanimem te
 referrent, hoc inter se populus mussitabat: 'nonne illud est,
 quod saepius dicebamus? dolet filiam ieiuniis interfectam, quod
 non uel de secundo eius matrimonio tenuerit nepotes. quousque 10
 genus detestabile monachorum non urbe pellitur, non lapidibus
 obruitur, non praecipitatur in fluctus? matronam miserabilem
 seduxerunt, quae quam monacha esse noluerit, hinc probatur,
 3 quod nulla gentilium ita suos umquam filios fleuerit'. qualem 15
 putas ad istas uoces Christum habuisse tristitiam, quomodo
 exultasse satanan, qui nunc tuam animam eripere festinans et
 pii tibi proponens doloris inlecebras, dum ante oculos tuos
 filiae semper imago uersatur, cupit matrem simul necare uic-
 4 tricis et solitudinem sororis inuadere relictæ? non, ut terream, 20
 loquor, sed, ut mihi testis est dominus, quasi ante tribunal
 eius adsistens in haec te uerba conuenio. detestandae sunt
 istae lacrimae plenae sacrilegio, incredulitate plenissimae, quae
 non habent modum, quae usque ad uicina mortis accedunt.
 ululas et exclamitas et quasi quibusdam facibus accensa,

5 cf. Gen. 22, 10

1 infantiam (-ph- D) KD magistrantem Σa.r.D magistra B za-
 bulus KΨ 2 et om. KΨ unam cernit Σ cer (reliqua foliis amissis
 perierunt) G obritum D obrumtum Σa.c.m2 obrutum Σ 3 se esse Σ
 4 suo Σa.c.m2D 5 interfecit D 6 cor. quer. Σ · 7 te ex. Σ 8 musi-
 tabat codd. praeter K 9 dicebamus ΣDa.c. filii Ψ 10 uel om. KΨ
 ten.] conuenerit D.Σa.r. nepos D nepus Σa.c.m2 12 fluctibus ΣD 13 quam
 KΨ quia ΣD.Bm2 in ras. cum Σ monacham Ψ 14 fleu. fil. Σ
 16 satanam K sathan B 17 praeponens B inlecebra ΣD inlecebram B
 19 solitudine D solitudini Σa.c. sororem Σa.c.D derelictae
 Σp.c.m2B derelictam Σa.c.m2D 20 loquar B 22 incred. plen.] cru-
 deli Σa.c.m2D quae] quem D 23 uicinam Ψ uiciniam ΣD

quantum in te est, tui semper homicida es. sed ad talem clemens ingreditur Iesus et dicit: 'quid ploras? non est mortua puella, sed dormit'. rideant circumstantes: ista infidelitas Iudaeorum est. quin, si ad sepulchrum filiae uolueris uolitari, angeli increpabunt: 'quid quaeris uiuentem cum mortuis?' quod quia Maria fecerat Magdalene, postquam uocem domini se clamantis agnouit, ad eius prouoluta pedes audiuit: ne tetigeris me; necdum enim ascendi ad patrem meum, id est: 'non mereris tangere resurgentem, quem mortuum aestimas in sepulchro.'

7. Quas nunc Blesillam nostram aestimas pati cruces, quae ferre tormenta, quod tibi Christum uideat subiratam? clamat nunc illa lugenti: 'si umquam me amasti, mater, si tua suxi ubera, si tuis instituta sum monitis, ne inuideas gloriae meae, ne hoc agas, ut a nobis in perpetuum separemur. putas esse me solam? habeo pro te Mariam, matrem domini. multas hic uideo, quas ante nesciebam. o quanto melior iste comitatus est! habeo Annam quondam in euangelio prophetantem et, quo magis gaudeas, tantorum annorum laborem ego in tribus mensibus consecuta sum. unam palmam castitatis accepimus. misereris mei, quia mundum reliqui? at ego uestri sortem doleo, quas adhuc saeculi carcer includit, quas cotidie in acie

2 Luc. 8, 52. cf. Marc. 5, 39 etc. 5 Luc. 24, 5 8 *Ioh. 20, 17
18 cf. Luc. 2, 36—38

1 tui] cui *K, Ψ a. c.* talem] te ille *B* 3 irrideant *D* 4 infelicitas
Σ a. c. m 2 D quin scripsi quae *K Ψ* te quoque *cet.* uol. fil. *Σ D*
5 uolutare *Σ a. c.* uolitare *D* angelus increpabit (-uit *D*) *Σ D B* 6 magda-
lena *Σ, B* (*ult. a in ras. m 2*) 7 uoc. dom. *om. Ψ* 8 audit *Σ a. c. m 2 D*
enim *om. K Ψ* 9 tang.] *add. me s. l. m 2 B* resurg. *Σ B* surg. *cet.*
10 extimas *D* existimas *Σ* 11 existimas (extimas *D*) bles. nostr. *Σ D*
quae] quaeque *Σ p. c. D* 12 quod] quo *K Ψ* 13 lugentis (s *eras.*) *B*
uoce (s. l. *Σ*) lugenti *Σ D* ub. suxi *Σ D* 14 sum inst. *B* 15 ne]
nec *ς* 16 matr. dom. mar. *B* 17 antea *Σ D* quanto] quam *Σ D*
est iste com. *Σ D* 18 quod *K* 19 labores *ς* 20 accipimus *K Ψ*
21 miserere *B* miseriris (*in mg. mereris*) *Ψ* mei] mihi *K Ψ* at]
et *K Ψ* uestri sorte *K Ψ* sortem uestri *Σ* 22 *pr.* quas scripsi quod *Ψ*
quos *cet.* *alt. quas K Ψ* quos *cet.* cottidie *Σ*

proeliantes nunc ira, nunc auaritia, nunc libido, nunc uariorum
 3 incentiua uitiorum pertrahunt ad ruinam. si uis, ut mater mea
 sis, cura placere Christo. non agnosco matrem meo domino
 displicentem'. loquitur illa et alia multa, quae taceo, et pro
 te deum rogat mihique, ut de eius mente securus sum, ueniam 5
 inpetrat peccatorum, quod monui, quod hortatus sum, quod
 inuidiam propinquorum, ut salua esset, excepi.

8. Itaque dum spiritus hos artus regit, dum uitae huius
 fruimur commeatu, spondeo, promitto, polliceor: illam mea
 lingua resonabit, illi mei dedicabuntur labores, illi sudabit 10
 ingenium. nulla erit pagina, quae non Blesillam sonet. quo-
 cumque sermonis nostri monumenta peruenerint, illa cum meis
 opusculis peregrinabitur. hanc in meam mentem defixam legent
 2 uirgines, uiduae, monachi, sacerdotes. breue uitae spatium
 aeterna memoria pensabit. quae cum Christo uiuit in caelis, 15
 in hominum quoque ore uictura est. transiet et praesens
 aetas, sequentur saecula post futura, quae sine amore, sine
 inuidia iudicabunt: inter Paulam et Eustochiae nomen media
 ponetur. numquam in meis moritura est libris. audiet me
 semper loquentem cum sorore, cum matre. 20

8 cf. Verg. Aen. IV 336

3 cura] cur *Σa.c.m.2D* Christo] *add.* non uis *Σ* (*del.*), *D* 4 displicentem *KΨ* 5 dominum *ΣDB* . mihi quoque *Σ* sim *Σ* 6 monui] noui *D* 7 inuidia *ΣD* 8 hos art. reg. sp. *Σ* reg. art. *B* reget *KΨ* 9 comeatu *Σp.r.B* commeatum *K* illam] illa *D* 10 labores] dolores *B* illi meum *ς* 12 monumenta *ΣBp.c.m.2* momenta *Σa.c.m.2D* 13 mea mente *Σp.r.B* defixam *om. B* legent *Σ* lugent *Ψ* 14 uiduae] uitam *Ψ* breuis *ΣD* 15 compensabit *Σp.c.D* compensauit *Σa.c.* 16 ore quoque *Σ* transiit *KΨ* transibit *ς* 17 post] quae *Ψ* 18 inter *s. l. K* paulae *ΣD* et eust.] eustochiaeque *Σa.c.m.2DB* eustochiique *Σp.c.m.2* pon. med. *B* 19 ponitur *KΨ* 20 matre] *add.* (amen *Ψm.2*) explicat consolatoria (-tura *K*) ad paulam de morte blesillae *KΨ* amen explicat de dormitione blesille *D*

XL.

AD MARCELLAM DE ONASO.

1. Medici, quos uocant chirurgicos, crudeles putantur et
 miseri sunt. an non est miseria alienis dolere uulneribus et
 5 mortuas carnes clementi secare ferro? non horrere curantem,
 quod horret ipse, qui patitur, et inimicum putari? ita se na-
 tura habet, ut amara sit ueritas, blanda uitia aestimentur.
 Esaias in exemplum captiuitatis futurae nudus non erubescit 2
 incedere; Hieremias de media Hierusalem ad Eufraten, fluuium
 10 Mesopotamiae, mittitur, ut inter inimicas gentes, ubi est As-
 syrius et castra sunt Chaldaeorum, ponat περιζωμα corrup-
 pendum; Hiezechiel stercore primum humano, dein bubulo
 panem de omni semente conspersum edere iubetur et uxoris
 interitum siccis oculis uidet; Amos de Samaria pellitur: cur
 15 quaeso? nempe ideo, quia chirurgici spiritales secantes uitia 3
 peccatorum ad paenitentiam cohortabantur. Paulus apostolus:
 inimicus, inquit, uobis factus sum uera dicens. et

8 cf. Esai. 20, 2 9 cf. Hier. 13, 1—7 12 cf. Ezech. 4, 9—15
 13 cf. Ezech. 24, 15—27 14 cf. Am. 7, 12 17 *Gal. 4, 16

L = *Coloniensis* 35 s. IX.

W = *Parisinus lat.* 1868 s. IX.

X = *Parisinus lat.* 9532 s. IX.

II = *Turicensis Augiensis* 49 s. IX.

D = *Vaticanus lat.* 355 + 356 s. IX—X.

B = *Berolinensis lat.* 18 s. XII.

2 ad marcellam de onaso (hieronimus marcellae *add.* XII) LXIIDB
 ieronimus marcelle *W*; *Hieronymi nomen exhibent tituli omnium codd.*
 3 medicos *LII* chirurgicos *B* cirurgicos *L* cyringicos *II* 4 sunt *om.* *LB*
 alieni *L* alienis non *ς* et m.] emortuas *X* 5 clemente *W* inele-
 menti *IID* clementi <mente> *Engelbrecht* 6 inimicorum *W* iniquum
LB se] si *W* 7 extimantur *D* exi(e)stimentur *WX* 8 esayas *B*
 isaias *X* erubescet *WX* 9 eufratē *B* euphratem *ς* 12 stercora *L*
 deinde *WX* 13 pane *D* consparsum *W* 15 pellitur quia *IID*
 cirurg. *WXB* cyring. *Ila.c.* chyrurg. *Ipp.c.* cygurgicis *L* secantur *I*
 16 coartabantur *W* cohortantur *D* 17 inquit *om.* *LB* uobis *om.* *LB*
 uerum *IID* dicens] *add.* uobis *LB*

quia saluatoris dura uidebantur eloquia, plurimi discipulorum retrorsum abierunt.

2. Unde non mirum est, si et nos uitii detrahentes offendimus plurimos. disposui nasum secare fetentem: timeat, qui strumosus est. uolo corniculae detrahere garrienti: rancidulam se intellegat cornix. numquid unus in orbe Romano est, qui habeat truncas in honesto uulnere nares? numquid solus Onasus Segestanus caua uerba et in uesicarum modum tumentia buccis trutinatur inflatis? dico quosdam scelere, periurio, falsitate ad dignitatem nescio quam peruenisse: quid ad te, qui te intellegis innocentem? rideo aduocatum, qui patrono egeat; quadrante dignam eloquentiam nare subsanno: quid ad te, qui disertus es? uolo in nummarios inuehi sacerdotes: tu, qui dines es, quid irascaris? claudum cupio suis ignibus ardere Vulcanum: numquid hospes eius es aut uicinus, quod a delubris idoli niteris incendium submouere? placet mihi de laruis, de noctua, de bubone, de Niliacis ridere portentis: quicquid dictum fuerit, in te dictum putas. in quocumque uitium stili mei mucro contorquetur, te clamitas designari, conserta manu in ius uocas et satiricum scriptorem in prosa stulte arguis. an ideo tibi bellus uideris, quia fausto uocaris nomine? quasi

7 Verg. Aen. VI 497 8 cf. epist. 125, 16

2 ab. retr. *B* retrorsi *Wp.c.m2* 3 est mir. *B* nos] *add.* ipsi *IID*
 5 stromosus *L* gurrigenti *L* rancidula *W* rancidulam *ç* 6 intellexit *X* urbe *L,Xa.c.m2,DB* romana *D,Bp.c.m3* roma *Ba.c.m3*
 7 uulnera *L* solus *om.* *WX* 8 egestans *B* mod. uessic. *D* uesicicarum *Ha.r.D* ante modum *add.* in *mg.* et in *B* 10 te inn. intellegis (-igis *p.r.*) *II* intelligit (-is *p.c.*) te inn. *B* 11 patronum *L* egeat et *LB* quadrantem *L* 12 indignam *ç* nare] tuam naso *L* 13 disertus *Ha.r.D* desertus *WXa.c.* in *eras.* *II* nummarios *B* numerios *La.c.* numerarios *W* 14 es] non es *Bp.c.* irascaris] *add.* aio (*exp.*) *B* clausum (clausus *IIa.c.*) *LIIDB* cup. s. ign.] cupios uirginibus *L* 15 es *om.* *L* a s. l. *B* 16 placent *W* laris *W* 18 quocumque *D* 19 contorquetur *LW,Xa.c.,D* 20 satyr. *IIDB* scripturam (a *ex e m2*) *W* in prosa] inprobe ac *II* inprobe *p* hac *L* 21 bellum *W* faustum *W*

non et lucus ideo dicatur, quod minime luceat, et Parcae ab eo, quod nequaquam parcant, et Eumenides Furiae et uulgo Aethiopes uocentur argentei. quodsi in descriptione foedorum semper irasceris, iam te cum Persio cantabo formosum:

5 te optent generum rex et regina, puellae
te rapiant: quicquid calcaueris tu, rosa fiat.

3. Dabo tamen consilium, quibus absconditis possis pulchrior apparere: nasus non uideatur in facie, sermo non sonet ad loquendum. atque ita et formosus uideri poteris et disertus.

XLI.

AD MARCELLAM.

1. Testimonia, quae de Iohannis euangelio congregata tibi quidam Montani sectator ingressit, in quibus saluator noster se ad patrem iturum missurumque paraclitum pollicetur, in

1 cf. Isidor. orig. I 37, 24 5 Pers. 2, 37—38 12 cf. Ioh. 14, 16. 15, 26. 16, 7—8

1 parci *H* 2 parcat *D* heumenides *W* eum uides *L* Furiae] *add.* quod non sint benignae *ς* 3 uocantur *D, Ba.c.m2* argi *in mg. m2 H, D* argentarii *Xp.c.m2* foederum *D* federum *L* 4 te] tibi *HD* cum *om. D* formosum *Lp.c., om. ς* 5 optent te *ς* 6 rapiant *W* calcaris *mauult Engelbrecht* tu] *om. LB* hoc *ς* rose *L* fiant *I.a.c.* fiet *W* 8 apparari *W* faciem *W, X.a.r.* sonat *L* ad] in *L* 9 formosus *L* et disertus (*pr. s eras. H*) uid. pot. *HD* disertus *L, Ha.r., D* desertus *W*

A = *Berolinensis* lat. 17 s. IX.

H = *Turicensis Augiensis* 49 s. IX.

D = *Vaticanus* lat. 355 + 356 s. IX—X.

B = *Berolinensis* lat. 18 s. XII.

11 ad marcellam de fide nostra et dogmata heretica *AD* ad ipsam marcellam de fide et dogma. hieronimus marcellae *H* ad marcellam de testimoniis euangelii iohannis instruens eam contra montani heresem *B*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in HB* 12 que de *B* de *cet.* congregata *A* tibi] quae tibi *ς* 13 montana sectatur *A* 14 paraclyt. *A* paraclit. (*i in ras. H*) *cet.* paraclit. *ς* quae in *ς*

quod promissa sint tempus et quo completa sint tempore, apostolorum Acta testantur: decima die post ascensum domini, hoc est quinquagesima post resurrectionem, spiritum sanctum descendisse linguasque credentium esse diuisas, ita ut unusquisque omnium gentium sermone loqueretur, quando quidam adhuc parum credentium eos musto ebrios adserebant et Petrus stans in medio apostolorum omnisque conuentus ait: uiri Iudaei et omnes, qui habitatis in Hierusalem, hoc uobis notum sit et percipite auribus uerba mea. non enim, sicut uos aestimatis, hi ebrii sunt — nam est hora diei tertia —, sed hoc est, quod dictum est per Iohel prophetam: in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo in omnem carnem et prophetabunt filii et filiae eorum et iuuenes uisiones uidebunt et seniores somnia somniant; et quidem in seruos meos et ancillas effundam de spiritu meo.

2. Si igitur apostolus Petrus, super quem dominus fundauit ecclesiam, et prophetiam et promissionem domini illo tempore completam memorauit, quomodo possumus nobis tempus aliud uindicare? quodsi noluerint respondere et Philippi deinceps quattuor filias prophetasse et propheten Agabum repperiri et in diuisionibus spiritus inter apostolos et doctores prophetas quoque apostolo scribente formatos ipsumque Paulum multa

2 cf. Act. 2, 1—14 8 *Act. 2, 14—18 18 cf. Matth. 16, 18
21 cf. Act. 21, 9 22 cf. Act. 11, 28. 21, 10 23 cf. I Cor. 12, 4—11

1 quot *AD* quo *B* quo] quod *A* 2 die] *add.* dixit *AIDD* accensum
A ascensionem *B* 3 sanct. sp. *B* 4 ascendisse *D* 5 sermonē *A*
6 musto eos *ς* 9 aur. perc. *AD* 10 existimastis *II* existimatis *ς*
hii *Aa.r.DB* 11 nam est] cum sit *B* diei *om. II* 12 ioel *B*
in] et erit in *B* 13 de spiritum meum *A* in] super *B* 14 filii]
add. uestri *B* eorum] uestre *B* 15 uisionis *Aa.c.m2* et—somm.
om. D 16 et quid.] equid. *B* anc.] in anc. meas *II* (meas *s. l.*), *B*
20 al. temp. *ς* 21 uoluerit *A* 22 prophetē *Ba.c.* propetam *Ia.c.*
prophetam *IIBp.c.* repperi *A,IIa.c.* reperi *D* 23 spirituum *B* 24 fir-
matos *Ba.c.m2* Paul. apostolum *ς*

de futuris heresibus et de fine saeculi prophetasse, sciant a nobis non tam prophetiam repelli, quae domini signata est passione, quam eos non recipi, qui cum scripturae ueteris et nouae auctoritate non congruant.

5 3. Primum in fidei regula discrepamus. nos patrem et filium et spiritum sanctum in sua unumquemque persona ponimus, licet substantia copulemus; illi Sabellii dogma sectantes trinitatem in unius personae angustias cogunt. nos secundas nuptias non tam adpetimus, quam concedimus Paulo iubente, ut uiduae
10 adolescentulae nubant; illi in tantum scelerata putant iterata coniugia, ut, quicumque hoc fecerit, adulter habeatur. nos 2 unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum toto nobis orbe congruo ieiunamus; illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores, non quo et per
15 totum annum excepto pentecosten ieiunare non liceat, sed quod aliud sit necessitate, aliud uoluntate munus offerri. apud nos apostolorum locum episcopi tenent; apud eos episcopus tertius est. habent enim primos de Pepusa Phrygiae patriarchas, secundos, quos appellant *κοινωνούς*, atque ita in tertium,
20 id est paene ultimum, gradum episcopi deuoluuntur, quasi exinde ambitiosior religio fiat, si, quod apud nos primum est, apud illos nouissimum sit. illi ad omne paene delictum ecclesiae obserant fores; nos cotidie legimus: malo paenitentiam peccatoris quam mortem et: numquid, qui cadit,
25 non resurgit? dicit dominus, et: conuertimini ad me,

9 cf. I Tim. 5, 14 23 *Ezech. 18, 23 24 *Hier. 8, 4
25 *Hier. 3, 22

2 tantum AD est sign. ς 3 recepit (t eras.) A 4 auctoritati
Ap.c.m2II, Da.c. 6 promimus B 7 substantiã B 8 angustiis AD
10 put. scel. AD coni. it. ς iterata om. A 13 orbe B, om. cet.
ieiunemus A 14 passint D passi sunt A non] nam A quod
Bp.c.m2 ς 15 excepta ς pentecoste II ς 16 offerre Ha.r. ς 18 est
s. l. B Pepusa] papa B frigiae codd. 19 *κοινωνούς* scripsi cae-
nonus AII D cenonos B cenonas ς 20 gradum] locum AD 21 fiat]
sit B 22 pene ad omne B delatum A 23 obseruant A, Ha.r.D
24 num A (corr. numquit) 25 resurget ς

filiu conuertentes, et ego curabo contritiones uestras. rigidi autem sunt, non quo et ipsi peiora non peccent, sed quod hoc inter nos et illos sit, quod illi erubescunt confiteri peccata quasi iusti, nos, dum paenitentiam agimus, facilius ueniam promeremur.

4. Praetermitto scelerata mysteria, quae dicuntur de lactante puero et de uicturo martyre confarrata. malo iniqua non credere; sit falsum omne, quod sanguinis est. aperta est conuincenda blasphemia dicentium deum primum uoluisse in ueteri testamento per Moysen et prophetas saluare mundum; quod quia non potuerit explere, corpus sumpsisse de uirgine et in Christo sub specie filii praedicantem mortem obisse pro nobis et, quia per duos gradus mundum saluare nequieuit, ad extremum per spiritum sanctum in Montanum, Priscam et Maximillam, insanas feminas, descendisse et plenitudinem, quam Paulus non habuerit dicens: ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus et: nunc uidemus per speculum in aenigmate abscisum et semiuirum habuisse Montanum. haec coargutione non indigent; perfidiam eorum exposuisse superasse est, nec necesse est, ut singula deliramenta, quae proferunt, breuior epistulae sermo subuertat, cum et tu ipsa scripturas adprime tenens non tam ad eorum mota sis quaestiones, quam, quid sentirem, a me uolueris sciscitari.

16 I Cor. 13, 9 17 *I Cor. 13, 12

1 reuertentes *B* 2 redigi *A* 3 quod *s. l. B, om. G* sit] interest *G* 6 lactente *Bp.c.m.2G* 7 de *om. G* iniqua] inquam *G* 8 sanguis *AII* sanguinem *D* *pr. est om. D* aperta *B* 10 quod] sed *G* 12 obiisse *G* 13 non quierit *B* 14 priscillam *II* 16 habuerat *IIar.* 19 haec *B* est quae *add. cet.* sunt quae *add. G* coargutionē *D* quo arguitionem *A* indiget *Aa.c.m.2* perfidia *AD* 20 nec *B, om. cet.* deliramenta *A, Da.c.* 21 ipsas *IIB* 22 sis *s. l. m.2 B* 23 a *s. l. B* scisc.] *add. explicit contra montanum D*

XLII.

AD MARCELLAM DE BLASPHEMIA IN SPIRITUM
SANCTUM INREMISSIBILI.

1. Breuis quaestiuncula, quam misisti, et aperta responsio
 5 est. si enim de eo, quod in euangelio scribitur: quicumque
 dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur
 ei; qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non
 remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro,
 Nouatianus adfirmat non posse peccare in spiritum sanctum
 10 nisi eum, qui Christianus sit et postea negauerit, manifestum
 est Iudaeos, qui eo tempore blasphemabant, peccato blasphemiae
 non teneri, quippe qui, inpii coloni, interfectis prophetis
 de nece domini cogitabant et in tantum erant perdit, ut ad
 saluandos eos se dei filius uenisse responderit. unde et de 2
 15 toto ipsius scripturae ordine conuincendi sunt, non his inre-
 missibilem dictam blasphemiam, qui tormentis compulsi et
 uariis euiscerati cruciatibus dominum denegassent, sed his,
 qui, cum uideant in uirtutibus opera dei, calumnientur et cla-
 mitent daemonis esse uirtutem et omnia signa, quae facta
 20 sunt, non ad diuinam magnificentiam, sed ad diabolum per-

5 Matth. 12, 32 12 cf. Matth. 21, 33—39 14 cf. Matth. 15, 24
 18 cf. Matth. 12, 24 etc.

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*

II = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*

D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*

B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad marcellam de blasphemia in spiritum sanctum inremissibile (inr.
 om. II) *AHD* ad marcellam, quomodo esset respondendum de spiritu
 sancto contra nouatianos et de blasphemia in spiritu sancto *B*; *Hieronymi*
nomen exhibet titulus in B 4 breuis est *g* quaestiuncule *Bp.c.m2*
 ad quaestiunculam *II* mis.] *add.* et obscura in *mg. m2 B* 7 sanct.
 spir. *B* 10 postea] posita (it in *ras. m2 D* 11 eo in *B* 13 ad
B, om. cet. 14 et *om. B* 15 scr. ips. *AD* conuincendus est *g*
 16 dictam esse *B* esse dictam *g* 17 negassent *Ba.c.m2* 18 in uirt.
 uid. *g* 19 demonii *B* 20 *alt.* ad *s. l. m2 A*

3 tinere. unde et saluator toto responsionis suae hoc agit argu-
 mento, ut doceat non posse a satana eici satanan et regnum
 eius inter se non esse diuisum. cum enim diaboli studium
 sit dei laedere creaturam, quomodo eiusdem esse poterit uo-
 luntatis sanare languentes et se ipsum de obsessis fugare 5
 4 corporibus? probet itaque Nouatianus aliquem de his, qui
 sacrificare compulsi sunt ante tribunal iudicis, respondisse
 omnia, quae in euangelio scripta sunt, non a filio dei, sed a
 Belzebug, principe daemoniorum, esse perfecta, et tunc poterit
 adprobare inremissibilem in spiritum sanctum esse blasphe- 10
 miam.

2. Ut autem et acutius aliquid interrogemus, respondeant,
 quid sit contra filium hominis dicere et in spiritum sanctum
 blasphemare. ego quippe adsero iuxta sensum illius eos, qui
 Christum in persecutione negauerint, contra filium hominis 15
 dixisse et non in spiritum sanctum blasphemasse. qui enim
 interrogatur, an Christianus sit, et Christianum se non esse
 responderit, utique negando Christum, hoc est filium hominis,
 2 spiritui sancto non fecit iniuriam. si autem Christum negando
 negauit et spiritum, edisserat hereticus, quomodo non peccet 20
 in spiritum, qui filium hominis denegarit. aut si spiritum
 sanctum hoc loco intellegendum patrem putat, patris nulla est
 a negatore mentio facta, cum negaret. Petrus apostolus eo
 tempore, cum ancillae interrogatione perterritus dominum nega-

1 cf. Matth. 12, 25—29 etc. 9 cf. Matth. 12, 24 etc. 23 cf.
 Matth. 26, 69—74 etc.

1 salu. noster ζ 2 a sat. (-nan AD -nam *Har.*) eici sat. *AHD* sa-
 tanā eici a satana (-nā *a.r.*) *B* 3 non esse] non est *A* esse *in ras.*
S litt. m2 B studium *add. in mg. B* 4 pot. esse ζ 8 sed] se *D*
 9 beelzebub *II* esse] fuisse ζ 10 in (*s. l.*) sanct. sp. *B* 12 respon-
 hec s. a. c. hic s. p. c. h (= hoc) B ac D a KY signabimus D 8 alt.
 non ex nam m2 Y digamus—trigamus D 9 octogamus D
 10 etiam om. B 12 aequa E s. aequali cet. 14 digamus D immo nec]
 et s 15 trigamus D et—octog. om. AD octog.] neque octog. B
 16 est praed. s 17 est laud. K durus in eo AD 18 aequa E s
 aequali (-le w -lit D) cet. 19 me non KY iudicauit E quia A
 20 et paen. om. B tert. et om. E s 21 scort. addidi coll. lin. 10,
 om. codd. legeret Aa.c.m2D

carne uirginem, in spiritu monogamum, quod unam haberet ecclesiam, noster in reliquis sermo testatus est: et crediti sumus nuptias condemnare! damnare dicor nuptias, cuius hic sermo est: nullique dubium est sacerdotes de Aaron et Eleazar et Finees stirpe generatos. qui cum et ipsi uxores habuerint, recte nobis opponerentur, si errore Encratitarum contenderemus matrimonia reprobanda. Tatianum, Encratitarum principem, qui abicit matrimonia, reprehendimus, et ipsi nuptias condemnamus? 3
 rursumque, ubi uirgines et uiduas conparo, quid de nuptiis 10
 senserim et quomodo tres gradus uirginitatis uiduitatisque et continentiae et coniugii fecerim, declarant ipsa, quae scripta sunt: non nego beatas esse uiduas, quae ita post baptismum manserint, nec illarum detraho merito, quae cum uiris in castitate perdurant, sed sicut hae 15
 maioris apud deum praemii sunt quam nuptiae coniugali officio seruiantes, ita et ipsae aequo patientur animo uirginitatem sibi praeferrī.

10. Ad Galatas quoque testimonium apostoli proponentes: ex operibus legis non iustificabitur omnis caro 20
 huiusmodi sensum intulimus: opera legis et nuptiae

4 adu. Iou. I 23 13 adu. Iou. I 33 20 Rom. 3, 20 21 adu. Iou. I 37

1 carnem *K* spiritum *D* habet §, *Ba.c.m2* 3 nupt.] *add. eras.* cuius hic sermo est *II* dicor *s. l. m2 B* cuius hic sermo est *s. l. m2 II* 4 aron *K, Pp.c.* 5 eliazar (ia ex i m2) *K* finee *Ka.c.* phinees *II* styrpe *KΨ* generatis *Aa.c.m2* 6 obp. *KB* opponerentur (*sic, alt. n exp.*) § 7 errorem *ED, A&a.c.* Encratitarum (*alt. t s. litt. eras. II, ta in ras. m2 B*)] encretitarum § encracitarum *A* engratiarum *D*; *add. ducti* § 8 datianum *D* tacianum (*t ex d*) *A* encracitarum *A* engraticarum *D* encreatitarum (*tit ex tt*) *K* abiecit § 9 condemnauius §*p.c.* 10 nuptias *Aa.c.D* 11 inuiduitatisque (*in exp.*) *A* 12 *pr. et E&* uel *cet.* 13 nego *KA&p.c.m1 uel 2, ΨB* ego *cet.* post bapt. *om. B* 14 meritum § 15 perd.] laborant *B* sicut *s. l. m2 B* sicuti § haec *AD* haec *Ψ* hee *in ras. m2 B* 16 praem. ap. d. § praem. s.] s. meriti *d* 19 galathas *II&B* praeponeutes *II* 20 ex] et (*in mg. add. ex m2*) *E* 21 huiusmodi *d* et *om. B*

sunt. unde et maledicuntur in ea, quae non habent
 filios. quae si conceduntur etiam in euangelio,
 aliud est indulgentiam infirmitati tribuere, aliud
 uirtutibus praemia polliceri. ecce perspicue nuptias
 5 diximus concedi in euangelio, sed tamen easdem in suo officio
 permanentes praemia castitatis capere non posse. quod si
 indigne accipiunt mariti, non mihi irascantur, sed scripturis
 sanctis, immo episcopis, presbyteris et diaconis et uniuerso
 choro sacerdotali et Leuitico, qui se nouerunt hostias offerre
 10 non posse, si operi seruiant coniugali. sed et in eo loco, ubi 2
 de Apocalypsi testimonium posuimus, nonne manifestum est,
 quid de uirginibus, uiduis et coniugibus senserimus? hi sunt,
 qui cantant canticum nouum, quod nemo potest
 cantare, nisi qui uirgo est. hi sunt primitiae dei
 15 et agni et sine macula. si uirgines primitiae dei
 sunt, ergo uiduae et in matrimonio continentibus
 erunt post primitias, id est in secundo et tertio
 gradu. in secundo et tertio gradu uiduas ponimus et mari-
 tas, et heretico furore damnare dicimur nuptias?

20 11. Multa sunt, quae per omnem librum cauto moderamine
 de uirginitate, de uiduis, de nuptiis diximus. sed breuitatis
 studio unum adhuc ponam testimonium, cui non reor contra-
 dicturum nisi eum, qui aut inimicum se probare uoluerit

1 cf. I Reg. 1, 6 12 adu. Iou. I 40 cf. Apoc. 14, 3—5

1 habet s 2 si] sic *AdD* 3 *pr.* aliud—euang. in *mg.* *B* *pr.*
 aliut *E*; *add.* tamen s indulgentia *E* trib.] concedere *d* *alt.*
 aliud] *add.* est *AD* 4 praemium *II* pollicere *AD, Pa.c.Ba.c.m2*
 dix. in eu. nupt. conc. *B* 5 dicimus *d* tamen] tantum *AD* 8 *episc.*
add. et *AD* diaconis *EHS* -nibus *cet.* 10 et *om. d* in *s. l. II*
 11 de *s. l. D* 12 quod *A* uirg.] *add.* et *AD, II s. l.* coniugiis *E*
 hii *KDB, Ea.c.m2* (*hic et 14*) 14 canere *KSB* 15 *alt.* et *om. AdD*
 primitiuae *d* dei *om. d* 16 in *om. D* 17 id] hoc *AD* in *om. AD*
 18 in—gradu *om. AD, Ba.c.m2sp.c.* ponemus *Ea.c.m2D* proponimus *B*
 maritatas *sdPB, Ep.c.m2Iip.c.* 19 et *om. K* dic. dam(p)nare *ADP*
 21 nuptis *B* 22 contradictorem (*e ex u m2*) *P* 23 quia ut *D* in.
 reprobati *Aa.c.m2D* se in. probare s

aut uacordem. nam cum proposuissem, quod dominus isset
 ad nuptias in Cana Galilaeae, post quaedam etiam haec addidi:
 qui enim semel iuit ad nuptias, semel docuit esse
 nubendum. et tunc uirginitati posset officere, si
 nuptias post uirginitatem et uiduitatis castimonia
 non in gradu tertio poneremus; nunc autem, cum
 hereticorum sit damnare coniugia et dei spernere
 conditionem, quidquid de laude dixerint nuptiarum,
 libenter audimus. ecclesia enim matrimonia non
 damnat, sed subicit, nec abicit, sed dispensat sciens,
 ut supra diximus, in domo magna non solum uasa
 esse aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et
 alia esse in honorem, alia in contumeliam, et qui-
 cumque se mundauerit, eum futurum esse uas
 honorabile et necessarium, in omne opus bonum
 praeparatum. quidquid, inquam, de laude dixerint nupti-
 arum, libenter audimus. laudari nuptias libenter audimus, et
 nuptias condemnamus? ecclesia matrimonia non damnat, sed
 subicit — uelitis nolitis, mariti, subicit — uirginitati et uiduitati.
 ecclesia nuptias, sed nuptias in suo opere permanentes subicit,
 non damnat, nec abicit, sed dispensat. in potestate uestra est,

1 cf. Ioh. 2, 1—2
 13 cf. II Tim. 2, 21

3 adu. Iou. I 40

11 cf. II Tim. 2, 20

1 uaec. *EKY* uec. *cet.* nam cum] nra non *Aa.c.m2* 2 chana *E&B*
 chanan *A* canan *Da.c.* galilaeae *E* etiam *om. B* 3 ibit *ED, Aa.c.m2*
 4 uirginitatis *Kp.c.Ψar.* posset off. *sa.c.B* posse suff. *E* possit off.
 (o *sup. ras. Ψ*) *cet.* si nuptias etiam *s* et tunc nuptias possim ad-
 dicere si nuptias *AD* 5 castimonia *E&B* -iam *cet.* 6 tertio] testi-
 monio *D* 8 dixerit *s* 9 audiuius *AD* non damnat (-ant *Aa.c.*)
 matrimonia (-nii *Da.c.*) *AD* 11 sicut *AD* uasa e. aur. *EKY* uasa
 aur. e. *s* e. uasa aur. *cet.* 12 *quart. et]* sed *AD* 13 honore *Ba.c.m2*
 contumelia *Ba.c.m2* 14 manducauerit *Aa.c.m2* 15 honorabilem
 (b *ex u m2 E*) *E, sa.r.* 16 praep. *in ras. B* paratum *AD* dix. de
 l. *B* de s. l. *s* dixerit *Aa.c.m2D* 17 *utroque loco* audiuius
AD audiamus *s* laudare *A&B* 19 ueletis noletis *Ea.c.m2* uellitis
 nollitis *K* maritus subicitur *B* 20 *pr. nuptiis* *D*

si uelitis, secundum pudicitiae gradum scandere. quid indignamini, si in tertio stantes nolitis ad superiora properare?

12. Igitur, cum totiens et tam crebro lectorem admonuerim et per singula paene tractatum milia cautus uiator incessem, me ita recipere nuptias, ut eis continentes, uiduas uirginesque praeferam, debuerat prudens et benignus lector etiam ea, quae uidebantur dura, aestimare de ceteris et non in uno atque eodem libro criminari me diuersas sententias protulisse. quis enim tam hebes et sic in scribendo rudis, ut idem damnet et laudet, aedificata destruat, destructa aedificet et, cum aduersarium uicerit, suo nouissime mucrone feriatur? si rustici homines et uel rhetoricae uel dialecticae artis ignari detraherent mihi, tribuerem ueniam inperitiae nec accusationem reprehenderem, ubi non uoluntatem in culpa cernerem, sed ignorantiam; nunc uero, cum disertis homines et liberalibus studiis eruditi magis uolunt laedere quam intellegere, breuiter a me responsum habeant: corrigere eos debere peccata, non reprehendere. patet campus, stat e contra acies, aduersarii dogma manifestum est et — ut Uergilianum aliquid inferam — illum aspice contra, qui uocat: respondeant aliter, teneant modum in disputando et me, in libris suis quid uel praetermisserim uel addiderim, doceant. reprehensores non audio, sequor

19 Verg. Aen. XI 374 sq.

1 uelitis *Ea.c.m2* nellitis *K* 2 stantes] statis et *B* nollitis *K*
 3 toties *II&B* tam] cum *sa.c.*, *om.* *ς* 4 paene *s. l.* *A* tractatum
Ka.c. tractuum *A* intercesserim *AD* 5 uirgines uiduasque *KΨ*
 6 praeferam *E* -ferrem *cet.* lector et benignus *B* ea etiam *B*
 ea *om.* *ς* 7 uidentur *KADΨ* in uno *in ras.* *m2* *B* atque in *II*
 9 si *ς* rudis] *add.* est *ς* laud. et d. *KΨ* 10 destruet *Aa.c.m2D*;
add. et *ς* destructa *D* structa *IIa.c.* 12 heretice(ae) *Eς* rethoricae
cet. theoreticae *Engelbrecht* 13 ad(c *m2*)cusatione *D* 14 in culpam
Aa.c. culpa *ς* 15 disserti *DΨB, Aa.c.IIp.c.* deserti *K* 16 uelint
AHD, sp.c. ludere *B* 18 e] de *AD* contrario *B* 19 ut] ad *K, Ψa.c.*
 uerg. *K* uirg. *cet.* 20 resp.] *add.* aduersario *AD, IIp.c., ς* *in mg., Bp.c.m2*
 aliter] at *Engelbrecht*; num alteri? 21 disp.] *add.* aliter uirgam in
 docendo *AD, ς s. l., B* *in mg. m2* me] ne *D* suis quid *B* *in*
ras. m2 uel *om. B* 22 non *s. l. II*

magistros. delicata doctrina est pugnanti ictus dictare de muro
 et, cum ipse unguentis delibutus sis, cruentum militem accu-
 4 sare formidinis. nec haec dicens statim iactantiae reus sum,
 quod ceteris dormientibus solus pugnaverim, sed hoc dico,
 cautius eos posse pugnare, qui me uiderint uulneratum. nolo 5
 tale certamen, in quo te tantum protegas, et torpente dextera
 sinistra clipeum circumferri. aut feriendum tibi est aut cadend-
 dum. non possum te aestimare uictorem, nisi aduersarium uidero
 trucidatum.

13. Legimus, o eruditissimi uiri, in scolis pariter et Ari- 10
 stotelia illa uel de Gorgiae fontibus manantia simul didicimus,
 plura uidelicet esse genera dicendi et inter cetera aliud esse
 γυμναστικῶς. scribere, aliud δολγματικῶς: in priori uagam esse
 disputationem et aduersario respondentem nunc haec nunc
 illud proponere, argumentari, ut libet, aliud loqui, aliud agere, 15
 panem, ut dicitur, ostendere, lapidem tenere; in sequenti autem
 2 aperta frons et, ut ita dicam, ingenuitas necessaria est. aliud
 est quaerere, aliud definire: in altero pugnandum, in altero
 docendum est. tu me stantem in proelio et de uita periclitan-
 tem studiosus magister doceas. noli ex obliquo et, unde non 20

16 cf. Plautus Aul. 195

1 mirro *Aa.c.m2* myrro *D* 2 ipso *Aa.c.m2D* 3 hoc *ς* 4 pugn.]
 certauerim *AD* 6 cert.] *add.* adeas *ς* tant. te *ς* dextra *D*
 7 clypeum *KAY* circumferri *E* -ferat *KPB* -feras *AID*,*ς* (as in
ras.) *pr.* aut *del.* et *s. l.* denuo *add. m2 A* fer.—uict. *s. l. m2 A*
alt. aut *bis A* 8 possunt *D* te in *mg. m2 II* uideo *ς* 10 legemus
Ea.c.m2 legamus *Bp.c.m2* ο *EIP*, *Ka.c.Bp.c.*, *om. cet.* scholis *K*
 aristotelica *KP*, *ABp.c.m2sp.c.* 11 uel *om. B* gurgiae(e) *E*, *Ka.c.P*
 georgiae *Aa.c.* georgii *Ipp.c.* georgice *D* gorgone *B* dicimus (*corr.*
discimus m2) *P* 12 esse uid. *AD* 13 γυμν. et δολγμ. *uarie scribuntur in*
codd. scribe *B* in priori in *ras. m2 B* esset *Aar.D* 14 dispositi-
 onem *E* et *om. §* respondente *Ap.c.m2spr.Ba.c.m2* haec nunc in
ras. m2 B 15 illud *E* illa *cet.* ut *s. l. m2 A* bibet *K* loqui
al. om. D 16 autem *om. P* 17 frons—def.] fronte et def. *et s. l. scr.*
m2 frons et ut ita dicam ingenuitas necessaria est. aliud difinire *A*
 frons ex fons *K* fronte *Aa.c.m2D* 18 est *om. D* difinire *Ap.c.m2II*
pr. alt.] add. quidem *ς* 19 dicendum *Aa.c.m2* tu me] tum *K, Pa.r.*
 tu *Pp.r.* 20 doces *Ap.c.* noli *s. l. m2 II* oblico *Pa.c.m2D*

putaris, uulnus inferre: directo percute gladio. turpe tibi est
 hostem dolis perire, non uiribus; quasi non et haec ars summa
 pugnantium sit, alibi minitari et alibi percutere. legite, obsecro ³
 uos, Demosthenen, legite Tullium; ac ne forsitan rhetores
⁵ uobis displiceant, quorum artis est uerisimilia magis quam
 uera dicere, legite Platonem, Theophrastum, Xenophonta, Ari-
 stotelen et reliquos, qui de Socratis fonte manantes diuisis
 cucurrere fluminibus: quid in illis apertum, quid simplex est?
 quae uerba non sensuum? qui sensus non uictoriae? Origenes, ⁴
¹⁰ Methodius, Eusebius, Apollinaris multis uersuum milibus scri-
 bunt aduersus Celsum et Porphyrium: considerate, quibus
 argumentis et quam lubricis problemata diaboli spiritu con-
 texta subuertant et, quia interdum coguntur loqui, non quod
 sentiunt, sed quod necesse est, dicantur esse gentiles. taceo
¹⁵ de Latinis scriptoribus, Tertulliano, Cypriano, Minucio, Victo-
 rino, Lactantio, Hilario, ne non tam me defendisse quam
 alios uidear accusare: Paulum apostolum proferam, quem

1 turpem *K* est tibi *B* 2 ferire *AD*, *sp.c.* perimere *B* et *om.* *D*
 3 minari *B* et *om.* *B* obsecro uos *s. l.* *II* 4 demonsthenem *IIa.c.*
 demost(h)enem *KAYB* demusthenem *D* ne] si *AD* uob. reth. *B*
 rhet. *K* reth. *cet.* 6 theopr. *KY, IIa.c.* theofr. *AIp.c., DB* theofrac-
 tum *Aa.c.* xenophonta(x *ex zB*) *II§Ba.c.m2* -fonta *E* -ponta *KY*
 -ph(f)ontem *AD, II§Bp.c.m2* aristotelem *AIa.c.m2§* aristotilem (a
in ras. m2 B) *AIp.c.m2DB* 7 manantes et *AD* manant et *sp.c.*
 diuisis *EKY, §a.c., II* (*s. l.* et diuersis) diuersis *cet.* 8 currere *KAD,*
Ya.c.m2, post ras. 3 litt. concurrere (*s. l.* currunt) § flum.] riulis §
 9 *pr.* non *s. l.* *II* origenis *Aa.c.m2DY* originis *K* 10 metodus *Ka.c.D*
 metodus *K, Y* (*ex mettotdus*) euseuius *E* apollinaris *KY* mil.]
 numeris *Y* numerus *K* 11 aduersum *K§Y* porfyr. *EA* porph(f)ir.
II§DB 12 problemate *Aa.c.* problematibus § diabolico *B* con-
 testa *D* 13 subuertunt *IIYa.c.* non quod] quod non *Yp.c.m2Ba.c.*
 quod *Ya.c.m2* 14 dicuntur esse *IIsp.c.* dicunt aduersus eos qui dicuntur
 esse *AD, § ex suppl. marg.* dicunt aduersus ea quae dicunt § 15 ter-
 tulliano *ED* cipriano *E, om. A* minutio *AIID* uicturino *K, Y*
 (*ex uicturio*) 16 Hilario, ne] hi(e)lariione ut *E§* hilarione (*s. l.* ne
m2) *Y* hylario *II* nec (*c eras.*) *B* me tam *K, §a.c.* quem *A*
 quae *D* 17 uideas *D* accusare *EB* -sasse *cet.* praeferam *A*

quotiescumque lego, uideor mihi non uerba audire, sed toni-
 5 trua. legite epistulas eius et maxime ad Romanos, ad Galatas,
 ad Ephesios, in quibus totus in certamine positus est, et
 uidebitis eum in testimoniis, quae sumit de ueteri testamento,
 quam artifex, quam prudens, quam dissimulator sit eius, quod 5
 agit. uidentur quidem uerba simplicia et quasi innocentis ho-
 minis ac rusticani et qui nec facere nec declinare norit insidias.
 sed, quocumque respexeris, fulmina sunt. haeret in causa,
 capit omne, quod tetigerit; tergum uertit, ut superet; fugam
 6 simulat, ut occidat. calumniemur ergo illum atque dicamus: 10
 testimonia, quibus contra Iudaeos uel ceteras hereses usus
 es, aliter in suis locis, aliter in tuis epistulis sonant. uidemus
 exempla captiua: seruiert tibi ad uictoriam, quae in suis
 uoluminibus non dimicant. nonne nobis loquitur cum saluatore:
 aliter foris, aliter domi loquimur? turba parabolae, discipuli 15
 audiunt ueritatem. pharisaeis proponit dominus quaestiones et
 non disserit. aliud est docere discipulum, aliud aduersarium
 uincere. mysterium, inquit, meum mihi, mysterium
 meum mihi et meis.

14. Indignamini mihi, quod Iouinianum non docuerim, sed 20
 uicerim. immo indignantur hi, qui illum anathematizatum

15 cf. Matth. 13, 10—16 etc. 18 *Esai. 24, 16

1 quotiescumque *II* *B* legero *II* non mihi *AD* 2 et *om.* *§*
 galathas *II* *B* 3 positus *s. l.* *m* 2 *B* 4 uidebis *A, II. a. c.* sumet
Aa. c. m 2 *D* sunt *§a. c.* de] e *Ka. c. m* 2 uetere *II. p. c. m* 2 5 fit *§*
 6 quidem *om.* *AD* simpl. uerba *II* 7 ac] hac *E* et *B* nouerit *§*
 poterit *Kp. c. m* 2 *Ψ* 8 quocumque *KΨ, Da. r.* respexerit *AD, §p. c.*
 flumina *D* influmina *Aa. c. m* 2 sunt] *s. l.* *add.* hic *§* haeret *Aa. c. m* 2
 erit *D* 9 carpit *B* 10 dic.] *add.* ei *AD, §s. l.* 11 caeteros *AD*
 12 es *Kp. r. DΨB* est *cet.* *pr.* aliter *bis K* 13 seruire *§* suis
 in *§* 14 non *om.* *B* 15 dom *Ka. c.* intro dum *Ψ* loquitur
ADB, II *§p. c.* turbae *IIΨ* turb *B* 16 prop. phar. *AD* farisaeis-
 que *Ψ* dominus *s. l.* *§* et *om.* *§B* 17 edisserit *§* dixerit *D*
 uinc. adu. *§* 18 *alt.* misterium meum mihi *del. m* 2 *B* 19 meum *s. l.* *II*
meis] in eis *§* 20 mihi *om.* *AD* iubin. *Ea. c. m* 2 iuuin. *Ep. c. m* 2 *§a. c.*
 docerim *K* 21 hii *EK* mihi *§* hi in *ras. m* 2 *B* qui in *ras. m* 2 *B,*
seq. ras. 2 litt. II anathematizatur *Aa. c. m* 2 *D*

dolent, et, cum laudent, quod sunt, accusant, quod esse se
 simulant. quasi uero rogandus fuerit, ut mihi cederet, et non
 inuitus ac repugnans in ueritatis uincla ducendus. et haec
 dicerem, si uincendi studio contra regulam scripturarum quip-
 5 piam locutus fuisset et, sicut uiri fortes in controuersiis solent
 facere, culpam praemio redimerem. nunc uero, cum interpres 2
 magis apostoli fuerim quam dogmatistes et commentatoris sim
 usus officio, quidquid durum uidetur, ei magis inputetur, quem
 exposuimus, quam nobis, qui exposuimus. nisi forte aliter ille
 10 dixit et nos simplicitatem uerborum eius maligna interpreta-
 tione detorsimus. qui hoc arguit, de ipsis scriptis probet. dixi-
 mus: si bonum est mulierem non tangere, malum
 est ergo tangere; nihil enim bono contrarium est
 nisi malum. si autem malum est et ignoscitur.
 15 ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat, et
 cetera usque ad propositionem alterius capituli. hoc ideo sub- 3
 icimus. quia apostolus dixerat: bonum est homini mulie-
 rem non tangere; propter fornicationem autem
 unusquisque uxorem suam habeat et unaquaeque
 20 uirum suum habeat. in quo differunt mea uerba a sensu
 apostoli? nisi forte in eo, quod ille pronuntiat, ego dubito;
 ille definit, ego sciscitor; ille aperte dicit: bonum est ho-
 mini mulierem non tangere, ego timide quaero, si bonum

12 adu. Iou. I 7 17 *I Cor. 7, 1—2 22 I Cor. 7, 1

1 laudant §, *Yp.c.m2* sint *AD* se *om. AD* 3 uer. *om. AD*
 uincla *B* 4 dicerem *in t., in mg. ut dicentē m2 B* dixerit (-ret *m2*) *A*
 dixerim § uicendi *Aa.c.m2D* 6 culpari *Aa.c.m2D* culpans *Ap.c.m2*
 redemerem *K, EY'a.c.m2* redimerim (redemerim *Am2*) *AD* 7 fueram *B*
 quam] et *E* dogmatis *KADY, §p.r.* et] sed *KY* sim usus]
 simus *Aa.c.m2Dp.r.* sumus *Dar.* semel *Ba.c.m2* 8 magis ei *B* 9 qui
s. l. K nisi forte *in ras. (fuit quam nobis) K* ille aliter *AD*
 11 arguet *KD, Aa.c.m2* scripturis *ADYB, Har.* 13 ergo est *g*
 enim] ergo *AD* 14 ni *g* *alt. malum s. l. m2 II* 15 malo] malum *B*
 fiat *s. l. m2 A* 16 positionem *Ea.c. §* 18 fornicationes *K (cf. p. 379, 17)*
 19 suam ux. *II* 20 suum uir. *B* habeat *om. B* nerba mea *B*
 a *om. AD* 21 pronunciet *B* dubitem *B* 22 diffinit *EII* 23 ego—
 372, 1 tang. *in mg. II*

4 est mulierem non tangere. 'si' dubitantis est, non confirmantis. ille dicit: bonum est non tangere, ego, quid bono contrarium esse possit, adiungo. statimque in consequentibus: animaduertenda apostoli prudentia. non dixit: 'bonum est uxorem non habere', sed 'bonum est mulierem non tangere', quasi et in tactu periculum sit, quasi, qui illam tetigerit, non euadat. uides igitur non de coniugibus nos exponere, sed de coitu simpliciter disputare, quod ad comparationem pudicitiae et uirginitatis et angelicae similitudinis bonum sit homini mulierem non tangere. uanitas uanitantium, omnia uanitas, dixit Ecclesiastes. si omnes creaturae bonae ut a bono creatore conditae, quomodo uniuersa uanitas? si terra uanitas, numquid et caeli et angeli et throni, dominationes, potestates ceteraeque uirtutes? sed quae per se bona sunt ut a bono creatore condita, ad comparationem maiorum uanitas appellantur. uerbi gratia: lucerna lampadis comparatione pro nihilo est; lampas stellae conlatione non lucet; stellam lunae confer, et caeca est; lunam soli iunge, non rutilat; solem Christo confer, et tenebrae sunt. ego sum, inquit, qui sum. omnem igitur creaturam si deo

2 I Cor. 7, 1 4 adu. Iou. I 7 5 I Cor. 7, 1 11 *Eccle. 1, 2
20 Ex. 3, 14

2 *alt.* bonum §*Ψ*a.c. contrario *Π*a.c. 3 posset *AD* 4 enim adu. *A* prud.] sententia *B* 5 *pr.* est] *add.* homini *KΨ*; *seq.* uacuum spatium *4¹/₄* linearum *E* uxor. *s. l.* *B* *alt.* est] *add.* inquit(d) *AD* 6 et] enim §a.c. tactum *Aa.c.*; *add.* eius *AD*, *s. l.* *Πm1Bm2* 7 sit] est *E, §a.c.* euadat (dat in *ras. m2*) *B* euadit *KΨ* uidetis *Πp.c.* 8 ig.] ergo *KΨ* 10 sit] est *ΨBa.c.m2* homini in *ras. m2 B* 11 uanitatam *KΠB*; *add.* et *B* omnia—*Eccles. om. A* omnia uan. *om. D* dicit *D* *Ecl.*] *add.* uanitas uanitantium *D* 12 creaturae—cond.] *praeter cre omnia in ras. m2 B* ut] et *Πp.c.D* 13 si terra uan. *om. E§, s. l. m2 B* numq. et] num et in *ras. m2 B* 14 *pr.* et *om. B* *alt.* et *E§, om. cet.* 15 ut] aut *Ψ* a *s. l. K* 16 meliorum *§* appellatur *K, §a.c.* uerbi gratia in *ras. m2 B* lucerna *s. l. m2 B* 17 nihil *KΨ* 18 conl.] comparatione *B* et *om. §* lun.—rut. in *mg. m2 B*

contuleris, non subsistit. ne tradas, inquit Hester, hereditatem tuam his, qui non sunt, uel idolis scilicet uel daemonibus. et certe erant idola et daemones, quibus ne traderentur, orabat. in Iob quoque legimus a Baldad dictum de
 5 inpio: auellatur de tabernaculo suo fiducia eius et calcet super eum quasi rex interitus. habitent in tabernaculo illius socii eius, qui non est, haud dubium quin diaboli, qui cum habeat socios, non autem haberet, nisi esset, tamen, quia deo periit, non esse dicitur. ergo 7
 10 secundum hunc comparationis sensum malum diximus mulierem tangere — licet uxoris nulla facta sit mentio —, quia bonum est non tangere. et subiecimus uirginitatem frumentum, nuptias hordeum, fornicationem stercus bubulum nuncupantes: utique et frumentum et hordeum creatura dei est. uerum
 15 in euangelio maior turba hordeaciis panibus, minor frumentaciis pascitur: 'homines', inquit, 'et iumenta saluos facies, domine'. aliis uerbis id ipsum locuti sumus, 8
 quando aurum uirginitatem, argentum nuptias diximus, et centum quadraginta quattuor milia uirginum signatorum, qui

1 *Esth. 14, 11 5 Hiob 18, 14—15 13 *adu. Iou. I 7 (*Hieronymus pristinam loci formam postea mutasse uidetur*) 15 cf. Ioh. 6, 8—13 16 *Ps. 35, 7 18 cf. adu. Iou. I 3 19 cf. adu. Iou. I 40 cf. Apoc. 14, 1—4

1 esther *g* her. tuam *in mg. B* 2 sunt] *add. dii AD pr. uel om. AHD alt. uel]* et *g* 3 *alt. et om. B* 4 baldath *KΠΥ baldaad A baldaat D baldach B* 5 euellatur *Πp.c.m2 auertatur (s. l. † auellatur) §* 6 calet *Ea.c. cadet (adet in ras. m2) B* 7 illius] eius *KΥ non est in ras. m2 B* est] sunt *in ras. m2 II* haut *EKD* aut *Aa.c.m2* 8 diabolus (*lus in ras. m2 B*) *KADΥB* qui *in ras. m2 B* habeant *Ba.c.m2* haberent *Ba.c.m2* habere *D* 9 esset *in ras. m2 B; add. et AD, s. l. m2 Π§B* tantum *Aa.c.m2D* quia] qui a § (per)iiit non esse dic. *in ras. m2 B* 10 sens. comp. *B* 11 sit facta § 12 non tang. et *in ras. m2 B* non *s. l. §* et *s. l. II* 14 *pr. et om. Υ* uerum *om. II* 15 hordiaciis *E (ii ex i), KΥ, II (-ceis) ordeaciis AD, B (-ceis) hordeaceis (s. l.) §* 16 frumentaceis *Π, §a c., B (ta in ras. m2 et ceis s. l. m2)* inquit *om. B* 17 facias *AD* 19 uirginum *exp. §*

cum mulieribus non sunt coinquinati; ex quo ostendi uolumus omnes, qui uirgines non permanserint, ad comparationem purissimae et angelicae castitatis et ipsius domini nostri Iesu Christi esse pollutos. quodsi cui asperum et reprehensione dignum uidetur tantam nos inter uirginitatem et nuptias fecisse distantiam, quanta inter frumentum et hordeum est, legat sancti Ambrosii de uiduis librum et inueniet illum inter cetera, quae de uirginitate et nuptiis disputauit, etiam ista dixisse: neque ita coniugium apostolus praetulit, ut studia integritatis extingueret, sed a continentiae persuasione incipiens ad incontinentiae remedia descendit et, cum brauium supernae uocationis fortibus demonstraſset, deficere tamen in uia neminem passus est ita plaudens prioribus, ut non despiceret et sequentes. didicerat enim et ipse, quia dominus Iesus aliis panem hordeacium, ne in uia deficerent, aliis corpus suum, ut ad regnum contenderent, demonstraui; et in consequentibus: non ergo copula nuptialis quasi culpa uitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda. lex enim adstrinxit uxorem, ut in laboribus et tristitia filios generet et conuersio eius ad uirum sit, quodei ipse dominetur.

8 Ambros. de uiduis c. 13, 79 15 cf. Ioh. 6, 8—13 17 cf. Matth. 26, 26 18 Ambros. de uiduis c. 13, 81 21 cf. Gen. 3, 16

1 ex] in *AD* 2 qui] quicumque § 4 cui] *add.* et *AD* 5 tantum *AD* dist. fec. *II* 6 quantā *Kp.c.m2* quantum *A* 7 ambrosi *K* de *om.* *D* 8 putauit (*corr.* desputauit) *E* disputabit *D* etiam in *ras. m2 B* ista] hoc *AD* sic in *ras. m2 B* 9 ap. coni. praet. *Pa.c.m2* coni. praet. ap. *B* integr.] uirginitatis § 10 perfectione *B* 11 continentiae *Ka.c.* 12 dem. in *ras. m2 B* 14 dispiceret *EY* 15 consequentes *D* did.—dom. in *ras. m2 B* et s. l. *Y* quia s. l. *B* 16 Iesus *om.* *Y* hordiacium *EKY, Pa.c.* ordeacium *Hp.c.D* ordiaciis *A* (h)ordeaceum § *B* deficeret *D* 17 regu.] *add.* suum *D* 18 montrauit *Ea.c.* demonstraui (uit in *ras. m2*) *B* ministrauit *Ambros. l. c.* 19 nuptiarum *B* 20 decl.] *add.* est *AD, § s. l.* adstringit *Ap.c.m2Y* a(s)stringit *II, §p.c.* adstringet *Aa.c.m2D* 21 g(e)neraret *B* et *Ep.c.m2, om. cet.* 22 eius *om.* § quod] ut *A s. l. Hp.c.D* ipsi *K*

ergo laboribus et doloribus in generatione filiorum 11
 addicitur nupta, non uidua, et dominatui uiri sola
 subditur copulata, non uirgo; et in alio loco: 'pretio',
 inquit, 'empti estis, nolite fieri serui hominum'.
 5 uidete, quam euidens sit coniugalis definitio ser-
 uitudinis; et post pauxillum: si igitur bonum coniugium
 seruitus, malum quid est, quando nequeunt se
 inuicem sanctificare, sed perdere? uniuersa, quae nos 12
 de uirginitate ac nuptiis lato sermone diffudimus, ille breui
 10 artauit compendio in paucis multa comprehendens. uirginitas
 ab eo persuasio continentiae, nuptiae remedia incontinentiae
 praedicantur. et significanter a maioribus ad minora descensus:
 uirginibus brauium supernae uocationis ostendit, nuptas, ne
 in uia deficiant, consolatur; alios laudat, alios non despicit;
 15 coniugia hordeo, uirginitatem Christi corpori comparat. et puto 13
 multo minorem distantiam inter frumentum esse et hordeum,
 quam inter hordeum et corpus Christi. deinde nuptias dicit
 et quasi necessitatis sarcinam declinandam et definitionem esse
 eidentissimae seruitutis et multa alia, quae in tribus libellis
 20 de uirginibus latissime prosecutus est.

15. Ex quibus uniuersis perspicuum est me nihil noui de
 uirginibus nuptisque dixisse, sed maiorum in omnibus secutum

3 Ambros. de uiduis c. 11, 69 et I Cor. 7, 23

6 Ambros. de

uiduis c. 11, 69

1 generationem *AD* 2 adducitur *Ea.c.m2sar.* uiduam ex uidam *K*
 dom. uiri *in ras. m2 B* dominationi \S sola *om. AD* 3 copula
ΠΨa.c.m2 nupta *in ras. m2 B* non uirgo et *in ras. m2 B* 5 ui-
 detis *AD.sp.c. et Ambros. l. c.* coni. sit *KADΨ* 6 pauxillum *E*
 pauxillum *B* pausillum *K* paululum \S pusillum *cet.* 7 seru.] *add.* est \S
cum Ambr. l. c. mala ex malus \S quid est quando *in ras. m2 B*
 nequeant *AD.sp.c.* 8 de uirg. nos \S 9 diffundimus *ΠΨB,sa.c.* 12 signifi-
 cantur *D* ad] a *K* discensus *EKDΨ, Aa.c.m2* decensus *B* descen-
 dens \S 13 nuptae *KΨ* nuptias *A* 14 dispicit *KΨ* 15 coniugium \S
 corp. xpi \S corpore *KΨ* 16 multo *s. l. m2 B* et (*h s. l.*) ordeum esse \S
 17 hord.] frumentum (*s. l. † ordeum m2*) *B* denique \S 18 et *eras. s.*
om. ADB declinandas \S definitione *K* dif(ff*D*)initionem *ED* 19 in
om. s 20 persecutus *K* 22 nuptisque *ED, Ψa.r.* secutus *Ψa.c.m2*

esse sententiam, tam huius uidelicet quam reliquorum, qui de ecclesiasticis dogmatibus disputarunt; quorum aemulari exopto negligentiam potius, quam aliorum obscuram diligentiam. tument contra me mariti, quare dixerim: oro te, quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus Christi accipere non permittit? quando inpleo mariti officium, non inpleo continentis. iubet idem apostolus in alio loco, ut semper oremus. si semper orandum est, numquam ergo coniugio seruiendum, quoniam, quotienscumque uxori debitum reddo, orare non possum. hoc quare dixerim, perspicuum est, quia interpretabar illud apostoli dictum: nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacatis orationi. Paulus apostolus dicit, quando coimus cum uxoribus, nos orare non posse; Petrus ad continentiam cohortatur, ne inpediantur orationes nostrae: quod hic, quaeso, peccatum meum est? quid commerui? quid deliqui? si turbidae et nebulosae aquae fluunt, non est aluei culpa, sed fontis. an ideo arguor, quod de meo sum ausus adicere: quale illud bonum est, quod corpus Christi accipere non permittit? ad hoc breuiter respondebo: quid est maius: orare an Christi corpus accipere? utique corpus Christi. si per coitum, quod minus est, inpeditur, multo magis, quod

2 cf. Terent. Andria 20 sq. 4 adu. Iou. I 7 7 cf. I Thess. 5, 17 12 I Cor. 7, 5 16 cf. I Petr. 3, 7

3 obscurum *D* -re § 4 tumeant *g* tamen §a.c. me s. l. § meriti §a.c. quale] quare § 7 item *Y* 9 seru. coni. *B* 10 quon.] quod *Y* 11 non poss. or. *B* hoc qua(re) in ras. m2 *B* 12 quoniam *d* interpretabar (ar in ras. m2) *B* interpretabam *d* 13 in inuicem ni *D* 14 Paulus om. *B* quando] quod dum §p.c.m2 15 posse] add. si per coitum, quod minus est (est om. II), inpeditur, id est orare, quanto plus, quod maius est, (add. id est *g*) corpus Christi prohibetur accipere II in mg. inf. m2, *Bg* hortatur *g* 16 uestrae *ADB* 17 est meum *B* si] qui si *A* 18 fluent *B* 19 arguor (or in ras. m2) *B* ausus sum *d* dicere *dYB* 22 orare (re in ras. m2) *B* an] hanc *D* corpus xpi *ADD* utique] accipere ut. *B* ut. accipere *g*

maius est. diximus in eodem uolumine panes propositionis ex 5
 lege non potuisse comedere Daudid et socios eius, nisi se
 triduo mundos a mulieribus respondissent, non utique a mere-
 tricibus, quod damnabatur in lege, sed ab uxoribus, quibus
 5 licito iungebantur. populum quoque, quando accepturus erat
 legem in monte Sina, tribus diebus iussum esse ab uxoribus
 abstineri. scio Romae hanc esse consuetudinem, ut fideles 6
 semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo nec
 probo — unusquisque enim in sensu suo abundat —, sed
 10 ipsorum conscientiam conuenio, qui eodem die post coitum
 communicant et iuxta Persium noctem flumine purgant, quare
 ad martyres ire non audeant, quare non ingrediantur ecclesias. an
 alius in publico, alius domi Christus est? quod in ecclesia non licet,
 nec domi licet. nihil deo clausum est et tenebrae quoque lucent
 15 apud eum. probet se unusquisque et sic ad Christi corpus accedat, 7
 non quo dilatae communionis unus dies aut biduum sanctiorem
 efficiat Christianum, ut, quod hodie non merui, cras uel perendie
 merear, sed quo, dum doleo non communicasse corpori Chri-
 sti, abstinence me paulisper ab uxoris amplexu, ut amori con-
 20 iugis amorem praeferam Christi. 'durum est, non ferendum;
 quis hoc saecularium sustinere potest?' qui potest sustinere,

1 in eodem uolumine] *locum frustra quaesiu* cf. I Reg. 21, 5
 5 cf. Ex. 19, 15 9 cf. Rom. 14, 5 11 cf. Persius II 16 15 cf. I
 Cor. 11, 28 21 cf. Matth. 19, 12

2 sotii *Ψa.c.* se] si *Dp.c.m2, om.* 3 tridu(o) *in ras. m2 B*
 mundus *K alt. a om. AD* 4 quod] quae *Ap.c.m2* damnabantur
Ap.c.m2 in] a *ς* 5 licite *ΨB* populos *Ka.c.* populus *AIIID*
 6 lege *D* montē *Ψ* sina *E* syna *cet.* iussum *Ψ* ab ux. *om. d*
 7 abstinere *ςD, Ψa.c.* 8 semper *om. d* corpus xpi *KADΨ* 9 sensu
 suo *EIIID* suo sensu *cet.* (h)abundet *Kp.c.m2Ψ* 10 die *in ras. m2 B*
 11 perseum *Ψ* noctem *om. d, in ras. m2 B* flumine *s. l. m2 B*
 purgant *in ras. m2 B* pugnant *Ka.c.* 12 audent *AςD* ingrediantur
A (in *s. l.*), *ς, d* (un *s. l.*), *DB* 13 domi] in domo *AD* e(ae)cclesias
A (as *in is m2*), *D* 15 eum] deum *ς* corp. xpi *ADΨB* 16 quod
Aa.c.m2ςdIDΨ biduo *ς* 17 ut] aut *B* perendiem *Ψ* 18 quod *dΨ*
 non comm. me *AD, Ip.c.* me non comm. *ς* 19 complexu *K* ut] et *d*
 20 xpi praef. *AD* non] et non *AdD, sp.c.* referendum *d;* *add.*
 est *ς* 21 sustinere *s. l. m2 II*

sustineat; qui non potest, ipse uiderit. nobis cura est non, quid unusquisque possit aut uelit, sed, quid scripturae praecipiant, dicere.

16. Illud quoque in commentariolis meis eiusdem apostoli carpitur, in quibus dixi: uerum ne quis putet ex eo, quod 5 sequitur: 'ut uacetis orationi et iterum ad id ipsum', apostolum hoc uelle et non propter maiorem ruinam concedere, statim infert: 'ne temptet uos satanas propter 2 incontinentiam uestram'. pulchra nimirum indulgentia: 'et iterum ad id ipsum'! quod erubescit suo 10 uocare nomine, quod temptationi praefert satanae, quod causam habet incontinentiam, laboramus quasi obscurum disserere, cum exposuerit se ipse, qui scripsit: 'hoc autem', inquit, 'dico iuxta indulgentiam, non iuxta imperium'? et mussitamus adhuc nuptias non 15 uocare indulgentiam, sed praeceptum, quasi non eodem modo et secunda et tertia matrimonia concedantur?, et reliqua. quid hic locutus sum, quod non apostolus dixerit? 3 nimirum illud: quod erubescit suo uocare nomine? ego arbitror, quando dicit 'ad id ipsum' et rem ipsam tacet, non 20 eum nominare palam coitum; sed uerecunde ostendere. an quia sequitur: quod temptationi praefert satanae, quod cau-

5 adu. Iou. I 8 6. 10. 20 *I Cor. 7, 5 8 I Cor. 7, 5 14 *I Cor. 7, 6

1 curae *KII, Ψp.c.m2* non] num *IIa.c.Ψ* quod *B* 2 aut] at *Ba.c.* 4 quoque] *add.* quod *d* 5 dixit *K.s.a.r.* 6 ut *om. B* uacetis (aceti *in ras. m2*) *B* addit ipsum *KΨ* ad ipsum *D* reuertimini in id ipsum *B* ad id ipsum reuertimini *ς* 7 uelle hoc *AD* 10 iterum] *add.* reuertimini *ς* 11 uocare *in ras. m2 B* uocari *Ψ* temptationem *Ψ* 12 hab. inc. *in ras. m2 B* incontinentiae *d* incontinenti *IIp.r.* 13 ipse se *ς* se] rem *B* scripsit] *s. l. add. †* scribit *ς* 14 autem *om. AD* dico inquit *ς* 15 iuxta] secundum *ς* muss. *EK, Ψa.r. mus. cet.* non uoc.] inuocare *D* non uocari *IIp.c.* 18 quid hoc *D* et quid hic *d* ap. non *A&DΨ* 19 quod illud *d* erubescat *Ψ* erubuit *B* uocari *Ψ* ego (e *in ras. m2*) *B* ergo *A* 20 ad *om. d* id *om. K&DΨ* tacet (ta *in ras. m2*) *B* 22 temptationem *AdD, &p.c.* praefert] *add. ferri (exp.) &* habet causam *AD* causam (sam *in ras. m2*) *B*

sam habet incontinentiam? nonne alio uerborum ordine id
 ipsum est: ne temptet uos satanas propter incontinentiam
 uestram? an quia dixi: et mussitamus adhuc nuptias non
 uocare indulgentiam, sed praeceptum? quod si durum
 5 est, inputetur apostolo, qui ait: hoc autem dico iuxta in-
 dulgentiam, non iuxta imperium, et non mihi, qui excepto
 praepostero ordine nec sensum nec uerba mutauit.

17. Transeamus ad reliqua — epistolari enim breuitate festinat
 oratio —: dico, inquit apostolus, innuptis et uiduis: bonum
 10 est eis, si sic permanserint ut ego. si autem non se
 continent, nubant: melius est enim nubere quam uri.
 quod capitulum nos sic interpretati sumus: postquam nuptis 2
 concesserat usum coniugii et ostenderat se, quid uel-
 let quidue concederet, transit ad innuptas et uiduas
 15 et sui proponit exemplum et felices uocat, 'si sic
 permanserint; si autem non se continent, nubant.'
 id ipsum, quod supra: 'propter fornicationes autem'
 et: 'ne temptet uos satanas propter incontinentiam
 uestram' reddit causam, cur dixerit: 'si non se con-
 20 tinent, nubant': 'melius est enim nubere quam uri.'
 ideo melius est nubere, quia peius est uri. tolle ardo- 3

2 I Cor. 7, 5 5 *I Cor. 7, 6 9. 15 *I Cor. 7, 8—9 12 adu.
 Iou. I 9 17 *I Cor. 7, 2 18 I Cor. 7, 5 19 I Cor. 7, 9

1 incontinentiae *d* id *s. l.* § 3 dixit *§a.r.* muss. *EKΨ* mus.
cet. 4 uocari *Hp.c.m2Ψ* 5 dico autem *AD* iuxta—iuxta] secun-
 dum—secundum *KADΨ, B in ras. m2* 6 et *om. G* mihi *in ras.*
m2 B 7 sensu *D* 8 epistolaris *§a.r. d* epistu(o)lae *KΨ* enim
om. K breuitatem *§a.r.* ad breuitatem *d* breuitati *Ap.c.m2* 10 est]
 esse *d* permanserit *D* ut] sicut et *B* se non *AD* 11 enim
om. DB 12 nup(b)tiis *EAD D* 13 consenserat *d* se] ipse *G*
 uellet *B in ras. m2* uelit *KIIΨ* 14 quidue] quid § innuptas
EB, Ha.r. nuptias *d* nuptas *cet.* 15 ex. prop. § 16 se non *AD*
 17 id ips.—20 nubant *B in mg.* id] ad *A* ipsum] *add.* dicens *Ψ*
 fornicationes *EK§Ψ* -nem *cet.* (*cf. p. 371, 18*) 19 redd. caus.] sed
 dicit quae causam reddidit quae causas *d* reddit *EII§B* redditque *cet.*
 se non § 20 enim *om. d* 21 ideo—uri] *om. d, in mg. D* *pr. est]*
es Ea.c., om. A

rem libidinis, et non dicit: 'melius est nubere'. 'melius' semper ad comparationem deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni, uelut si diceret: melius est enim unum oculum habere quam
 4 nullum. et post paululum, cum apostropham fecissem ad 5 apostolum, intuli: si per se nuptiae bonae sunt, noli eas incendio comparare, sed dic simpliciter: bonum est nubere. suspecta est mihi bonitas eius rei, quam magnitudo alterius mali malum esse cogit inferius. ego autem
 5 non leuius malum, sed simplex per se bonum uolo. uult 10 apostolus innuptas et uiduas absque coitu permanere et ad exemplum sui prouocat et felices uocat, si sic permanserint. si autem se continere non possunt et ardorem libidinis non tam continentia uolunt quam fornicatione restinguere. melius eis 'esse nubere quam uri. ad quod nos intulimus: ideo me- 15 lius est nubere, quia peius est uri, non nostram sententiam proferentes, sed interpretantes apostoli: melius est nubere quam uri, id est: melius est maritum ducere quam
 6 fornicari. si uri uel fornicari bonum esse docueris, tunc bono melius praeferetur; si autem uri malum est, quod malo prae- 20 fertur, non est germanae et purae integritatis nec eius beatitudinis, quae angelis comparatur. si dixerō: 'melius est uirginem

1 I Cor. 7, 9 6. 15 adu. Iou. I 9 17 I Cor. 7, 9 22 cf. Matth. 22, 30 etc.

1 dicit *EH* dicit *cet.*; *add.* quia *KΨ* est *om.* *AD* 2 semper] enim *d* 3 per se inc. *B* 4 enim *E*§, *om.* *cet.* 5 apostropham *Ea.c.m2A&B*; *add.* id est conuersionem *A* in *mg. m2* 6 hon. nupt. *ς* sunt *om.* *AD* 7 dic *B* s. l. *m2* 8 nubere] s. l. *add.* mulierem tangere (*eras.*) § mihi est *AD* 9 cogit esse § 10 bonum per se *II* uult] *add.* autem *B* 11 coitu] corruptione *AD, Hp.c.m2*, *add.* † corruptione s. l. § *alt.* et] *add.* ex (*eras.*) *AD* 12 feliciores *AD, Hp.c.m2* 14 continentiam *E, §a.c.* incontinentiam *AD* in continentiam §*p.c.* fornicationem § restringere §, *B* in *ras. m2* (*alt.* r *exp.*) 15 eis esse *E* eis esset *KΨ* est eis *II**B* esse posse *AD* esse § est *ς* et ideo *B* 16 *pr.* est *om.* § 17 illud ap. *ς* 18 *alt.* est *om.* *A* 19 *pr.* fornicare *A, §a.c. Hp.c.m2* *alt.* fornicare *Aa.c.m2Hp.c.m2* bono] bona *K, Ψa.c.m2* 20 uri malum] nubere melius *AD, § s. l.* *add.* (*eras.*) quod malo in *ras. m2* *B* 22 comparantur (*n exp.*) *Ψ* est *om.* *B*

esse quam nuptam', bono melius praetuli; si autem alterum gradum fecero: 'melius est nubere quam fornicari', ibi non bono melius, sed malo bonum praetuli, et multa diuersitas est inter id melius, quod nuptiis, et inter id, quod fornicationi
 5 anteponitur. obsecro te, quid in hac dissertatione peccaui? pro- 7
 positum mihi erat non ad meam uoluntatem scripturas trahere, sed id dicere, quod scripturas uelle intellegebam. commentatoris officium est non, quid ipse uelit, sed, quid sentiat ille, quem interpretatur, exponere; alioquin, si contraria dixerit, non
 10 tam interpret erit quam aduersarius eius, quem nititur explanare. certe, ubicumque scripturas non interpretor et libere de meo sensu loquor, arguat me quilibet durum quid dixisse contra nuptias. quod si non repperit, quidquid uel austerum uidetur esse uel durum, id non scriptoris auctoritati, sed interpretis
 15 officio deputet.

18. Illud uero ferre quis possit, quod in me reprehenditur, quare exponens capitulum apostoli, in quo de coniugibus scripsit: tribulationem carnis habebunt huiusmodi, dixerim: nos ignari rerum putabamus nuptias saltim
 20 carnis habere laetitiam. si autem nubentibus et in carne tribulatio est, in qua sola uidebantur habere delicias, quid erit reliquum, propter quod nubant, cum et in spiritu et in anima et in ipsa carne tribulatio sit? quae hic condemnatio matrimonii est, si infantum 2
 25 uagitus, filiorum mortes, uxoribus abortia, damna domus et

18 I Cor. 7, 28 19 adu. Iou. I 13

1 alterum] *seq. rasura 6 litt. II* 2 est s. l. m2 B, om. A 3 et om. AD 4 fornicatione K 6 scripturam utroque loco § 8 pr. quid] quod H&B, Da.c. 9 alioqui § non—erit om. E, s. l. § 12 arguet P me quil. me A quid] qui Aa.c. aliquid Pp.c. 13 repperit §, Ha.c. esse uid. AD 14 non om. § auctoritatis §a.r. P auctoritate AD, Ha.r. sed] non § 19 saltem §B 24 hic] haec § infantum B 25 auortia mortis (mortes Pp.c.m2) uxoribus diuortia (deuortia K s. l.) damna KP uxoribus om. § auortia E&B diuortia II diuortia abortia A diuortias (s eras.) abhostia D

cetera istius modi tribulationem diximus nuptiarum? dum ad-
 uueret sanctae memoriae Damasus, librum contra Heluidium
 de beatae Mariae uirginitate perpetua scripsimus, in quo
 necesse nobis fuit ad uirginitatis beatitudinem praedicandam
 multa de molestiis dicere nuptiarum. num uir egregius et 5
 eruditus in scripturis et uirgo ecclesiae uirginis doctor aliquid
 3 in illo sermone reprehendit? in libro quoque ad Eustochium
 multo duriora de nuptiis diximus et nemo super hac re laesus
 est; amator quippe castitatis praeconium pudicitiae intenta
 aure captabat. lege Tertullianum, lege Cyprianum, lege Ambro- 10
 sium, et cum illis me uel accusa uel libera. inuenti sunt
 Plautinae-familiae et scioli tantum ad detrahendum, qui in
 eo se doctos ostentare uelint, si omnium dicta lacerent et
 in una atque eadem causa et me et aduersarium, id est utrum-
 que, reprehendant, ut, cum e duobus alterum necesse sit uincere, 15
 4 ambos uictos esse contendant. porro, ubi de digamis et tri-
 gamis disserentes diximus: melius est, licet alterum et
 tertium, unum uirum nosse quam plurimos, id est:
 tolerabilius est uni homini prostitutam esse quam
 multis, nonne statim, cur hoc dixerim, subiecimus: siquidem 20
 et illa in euangelio Samaritana sextum maritum habere
 se dicens arguitur a domino, quod non sit uir eius? ego
 etiam nunc libera uoce proclamo non damnari in ecclesia digam-
 iam, immo nec trigamiam, et ita licere quinto et sexto et ultra,

17. 20 adu. Iou. I 14 21 cf. Ioh. 4, 17-18

1 huius *ADB* dixerimus *B* adhuc uiueret *Bp.c.* 4 fuit nobis *g*
 beatitudinis *D* 6 eruditissimus *sp.c.* 7 eustochium *SD* eustochium
EK 8 multa *D* de *in ras. m2 B* 9 amator—capt.] *transp.*
ante 7 in libro *m2 B* 10 tertulianum *AD* 11 inuenti *E8, Ka.c.*
 intentae *B* inuentae *cet.* sunt *s. l. B* 12 plautianae *sp.c.* fam.]
 fabulae *AD, IIsp.c.* sciolae *KP* 13 ostendere *B* lacerant *AD*
 14 atque eadem] eademque *s* utrumque id est et me et aduersarium *g*
 15 ut] et *g* e duobus] euidetibus *Aa.c.m2D* euidetius *II in ras.*
 sit] erit *s* 16 ubi *in mg. II* bigamis *B* 19 tollerabilius *AD*
 20 plurimis *AD* haec *AD* dixerimus *K8* 24 nec *om. B* licere
 et *A*

quomodo et secundo marito, nubere; sed quomodo non dam-
nantur hae nuptiae, ita nec praedicantur. solacio miseriae
sunt, non laudi continentiae. unde et in alio loco dixi: ubi 5
unus maritus exceditur, nihil refert, secundus an ter-
tius sit, quia desinit esse monogamus. 'omnia licent,
sed non omnia expediunt'. non damno digamos, immo
nec trigamos et, si dici potest, octogamos: habeat quae-
libet octauum maritum, et esse se uni deneget prostitutam.

19. Ueniam et ad illum locum, in quo arguor, quare dixerim
10 dumtaxat iuxta Hebraicam ueritatem in secundo die non addi
sicut in primo et tertio et reliquis: uidit deus, quia bonum
est, statimque subiecerim: nobis intellegentiam dereli-
quit non esse bonum duplicem numerum, qui ab
unione diuidat et praefigurat foedera nuptiarum. unde
15 et in arca Noe omnia animalia, quaecumque bina in-
grediuntur, immunda sunt; impar numerus est mundus.
in hoc nescio quid reprehendatur interim de secundo die: utrum, 2
quia scriptum est et scriptum non esse diximus? an, quia
etiam scriptum non est, aliter intelleximus, quam scripturae sim-
20 plicitas patitur? scriptum non esse in secundo die: 'uidit deus,
quia bonum est' non meum accipiant testimonium, sed cunc-
torum Hebraeorum et aliorum interpretum, Aquilae uidelicet

3 adu. Iou. I 15 5 *1 Cor. 6, 12. 10, 23 11. 20 *Gen. 1, 4.
10. 13. 18. 21. 25 12 adu. Iou. I 16 15 cf. Gen. 7, 2—3

2 hae *in ras.* II istae ζ solac(t)ia AD, ζ p.c. 3 laudis ζ a.c. lau-
des AD Ψ , II ζ p.c. 4 mar. un. II defert IIa.c.m2 differt IIp.c.m2
6 digamus ADA.c.m2 immo om. ζ 7 trigamus ADA.c.m2 octo-
gamus Aa.c.m2D cuilibet ζ 8 se uni deneget (desinat ζ p.c.) prosti-
tutam E ζ reum (ream Ψ p.c.m2) deneget prostitutam KY desinat uni
prostituta II desinat (*in ras. m2 B*) prostituta ADB 10 hebre(aeK)icam
Ea.c.K hebraicam secutus AD die sec. AD addi E ζ , IIBa.c.
addidi Bp.c. additum cet. 11 in tertio D Ψ et uidit B 12 esset B
subiecerim EK ζ derelinqui B (re *add. m2*) 14 unitate B 16 mun-
dis Ψ 17 reprehenditur ζ de s. l. ζ secunda AD die om. B
18 quia et AD non s. l. II, om. ζ 19 etiam] *add.* si AHD non
est] non K nos Ψ est nos ζ 21 accipientes ζ 22 uid. aq. ζ

3 et Symmachi et Theodotionis. si autem scriptum non est, cum
 in ceteris diebus scriptum sit, aut reddant aliam probabiliorem
 causam, quare non scriptum sit, aut, si non reppererint, ingra-
 tis suscipient, quod a nobis dictum est. porro, si in arca Noe
 omnia animalia, quae bina ingrediuntur, immunda sunt, impar 5
 numerus est mundus et hoc scriptum esse nemo dubitat,
 quare scriptum sit, edisserant. si autem non disserunt, quod a
 4 me expositum est, uelint nolint, suscipient. aut profer meliores
 epulas et me conuiuia utere, aut qualicumque nostra cenula
 contentus esto. scilicet nunc enumerandum mihi est, qui 10
 ecclesiasticorum de impari numero disputauerint: Clemens,
 Hippolytus, Origenes, Dionysius, Eusebius, Didymus, nostro-
 rum quoque Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius,
 Hilarius; quorum Cyprianus de septenario, id est impari,
 numero disserens quae et qualia dixerit ad Fortunatum, liber 15
 5 illius testimonio est. an forsitan Pythagoram et Archytan
 Tarentinum et Publium Scipionem in sexto τῆς πολιτείας de
 impari numero proferam disputantes? et si hos audire noluerint
 obtrectatores mei, grammaticorum scholas eis faciam concla-
 mare: numero deus inpare gaudet. 20

4 cf. Gen. 7, 2—3 17 cf. Cicero de rep. VI 17—19 20 Verg.
 Buc. VIII 75

1 *pr. et om. KHPB* 2 al. redd. § 3 *ingratis Ea.c.m2K,Ha.r.*
ingrati cet. 4 *suscipiant Ψ,Bp.c.m2* 5 *sunt] add. et σ* 6 *mundus*
est σ mundis Ψ et] et si B 7 *diss.] edisserunt Hp.c.Ψ edisserant*
Aa.c.m2D edisserent Ap.c.m2 dixerint § quod a me] quodammodo KY
 8 *suscipiant Aa.c.m2HD,Ψa.c.* profert *Kp.c.m2* 9 *cenule A* 10 *est*
mihi B qui] *quia Kp.c.m2* 11 *disputarent AD disputarint σ*
 12 *ypolitus ADB ypolitus H hypolitus § hypolitus EKΨ* *origenis*
K,Ap.c.m2HDΨ *dionysius HD dynosius A dionysius cet. praeter E*
 13 *quoque] que Ka.c.m2B* *tertulianus D* 14 *hylarius AHP* 15 *qualia]*
quanta AD,Hp.c. 16 *pythagoram H pitagoram ADB pythagoram cet.*
arcytan EK§,Ψa.c.m2 *arcytam H,Ψp.c.m2* *archytam A architam DB*
 17 *τῆς πολιτείας om. KY, uarie scriptum in cet., de republica σ* *de]*
die Ψ 18 *proferam om. AD* 19 *scholas E scholas cet.* 20 *in-*
pari HDΨB,Aa.c.m2

20. Grande piaculum, euersae sunt ecclesiae, orbis audire non potest, si mundio rem uirginitatem diximus esse quam nuptias, si parem numerum impari subiecimus et ueteris testamenti typos euangelicae ueritati profecisse monstraui-
 5 cetera, quae in libro nostro reprehensa sunt, uel leuiora puto uel ad eundem sensum pertinentia; unde ad ea respondere nolui, ne et libelli excedere magnitudinem et tuo uiderer ingenio diffidere, quem patronum causae meae ante habui, quam rogarem. igitur hoc extrema uoce protestor, me nec
 10 damnasse nuptias nec damnare; respondi aduersario, non meorum insidias formidasse. uirginitatem autem in caelum fero, non quia habeo, sed quia miror, quod non habeo. ingenua et uerecunda confessio est, quo ipse careas, id in aliis praedicare. numquid, quia graui corpore terrae haereo, auium non
 15 miror uolatus nec columbam praedico, quod radit iter liquidum celeris neque commouet alas? nullus se decipiat,
 20 nemo blando adulatore praecipitet. prima est uirginitas a natiuitate, secunda uirginitas a secunda natiuitate. non est meus sermo, antiqua sententia est: nemo potest duobus dominis seruire, carni et spiritui. caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem; haec inuicem sibi aduersantur, ut non, quae uolumus, illa faciamus. quando

15 Verg. Aen. V 217 19 Matth. 6, 24 20 cf. Gal. 5, 17

3 parem] imparem (im exp.) § inpare K 4 typus Ep.c.m2 5 puta AD 6 pr. ad om. D, s. l. m2A pestilentia D nol. resp. § 7 ne et libelli] nollu belli (b ex u) D pr. et om. A excidere K, Ep.a.c.m2 excederem AΠ§ 8 diffidere Ka.c.m2 deficere Ψ 9 rogare K, Ψa.c.m2 hac §p.c. 11 eorum Apr. autem s. l. § 12 pr. habeo] habeam § alt. quia] add. magis KADΨ, Π§p.c. mirer § 13 inuerecunda B quod KD, A§a.c. quid Ψa.c. cares §p.c. 14 haereo] hebreo Ψa.r. oneror §p.c. oneror (exp. A) hereo AD, Πp.c.m2 15 mirabor B radat §p.c. gradiatur AD graditur Πp.c.m2 16 celeris EK celeri §a.c. celer A celeres cet. 17 adulatori Ψ; add. se AD, Π§Bp.c.m2 praecipit et Ψ a nat.] a prima nat. §p.c. 18 sec. est uirg. B 19 non potestis B domini D 20 spiritu D 21 et spir.] spir. ΠB spir. autem AD sibi inu. § 22 quaecumque Ha.r.

aliquid tibi asperum uidetur in nostro opusculo, non ad mea uerba respicias, sed ad scripturam, unde mea tracta sunt uerba.

21. Christus uirgo, mater uirginis nostri uirgo perpetua, mater et uirgo. Iesus enim clausis ingressus est ostiis; in sepulchro eius, quod nouum et in petra durissima fuerat excisum, nec ante quis nec postea positus est; hortus conclusus, fons signatus, de quo fonte manat fluuius ille iuxta Amos, qui inrigat torrentem uel funium uel spinarum: funium peccatorum, quibus ante alligabamur; spinarum, quae suffocant sementem patris familiae. haec est porta orientalis in Hiezechiel, semper clausa et lucida et operiens in se uel ex se proferens sancta sanctorum, per quam sol iustitiae et pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur et egreditur. respondeant mihi, quomodo Iesus clausis ingressus est ostiis, cum palpandas manus et latus considerandum et ossa carnemque monstrauerit, ne ueritas corporis fantasma putaretur, et ego respondebo, quomodo sancta Maria sit et mater et uirgo: uirgo post partum, mater ante, quam nupta. igitur, ut dicere coeperamus, Christus uirgo, uirgo Maria utriusque sexui uirginitatis dedicauere principia; apostoli uel uirgines

4 cf. Ioh. 20, 26 5 cf. Matth. 27, 60. Luc. 23, 53 etc. 6 Can 4, 12 7 cf. Ioel 3, 18 9 cf. Matth. 13, 24—30 10 cf. Ezech. 44, 1—3 12 cf. Mal. 4, 2 13 cf. Ps. 109, 4. Hebr. 5, 6 et 10. 6, 20. 7, 11 et 17 14 cf. Ioh. 20, 26—27

1 tibi al. *SB* 2 respicies *A* scribitura *K* scripturas *Yp.c.m.2*
tractata *AD* sint *Ka.c.Y* 4 hostiis *A* ianuis *B*; *add.* et *AD*,
Esp.c.m.2 5 sepulchro *EDB* eius] enim *§* et] est *KY* 6 antea *§*
ortus *SB* 7 ille fl. man. *AD* fl. ille man. *Y* qui iuxta amos *B*
8 Amos] *add.* in *mg. m.2* al. iohel *II*, iohel *AD* pr. funium] fluuium
ADa.c.m.2 uel sp. fun. s. l. *K* pecc. fun. *Y* 9 ante alig. *EK, §a.c.*
antea lig. *IB* ante alligamur *A* ante alligabantur *§* suffocant *§*
10 familias *AD, §p.c.* familiam *§a.c.* in] ut ait *AD* 11 hiezechihel *D*
hiezechihel *E* iezechiel *B* ezechiel *KAY* alt. et om. *B* in se s. l. *E*
13 noster om. *D* 14 respondeat *Ep.c. §* respont *Ea.c.* ingr. est cl. *§*
clausus *K, Ya.c.* 15 hostiis *AD* 16 phantasma *§* 17 pr. et s. l. *m.2K*
alt. et om. *B* 18 pr. mater] *add.* eius *§* alt. uirgo om. *E*, s. l. *§*
19 uirgo semel *E, §a.c.* 20 sexus *Aa.c. §dD*

uel post nuptias continentibus; episcopi, presbyteri, diaconi aut uirgines eliguntur aut uidui aut certe post sacerdotium in aeternum pudici: quid nobis ipsis inludimus et irascimur, si subantibus semper ad coitum praemia pudicitiae denegentur? 5 uolumus oppipare comedere, uxoribus haerere complexibus et 4 in numero uirginum ac uiduarum regnare cum Christo: idem ergo praemium habebit fames et ingluuies, sordes et munditiae, saccus et sericum? Lazarus recepit mala sua in uita sua et diues ille purpuratus, crassus et nitidus, fruitus est bonis 10 carnis, dum adiuueret, sed diuersa post mortem tenent loca — miseriae deliciis et deliciae miseris commutantur —: in nostro arbitrio est uel Lazarum sequi uel diuitem.

6 cf. Apoc. 20, 4 8 cf. Luc. 16, 19—31

1 diacones *Kd* 2 eleguntur *KD, AΨa.c.* uiduae *Kp.c.m.28 alt.* aut] et *d* 3 quod *d* nobismet *ς* inl. *om. d* si sub. *in ras. m2 B* 4 substantibus *Πp.c.m.2D* subantibus substantibus (*exp.*) *A* cubantibus *Kp.c.m.2Ψ*; *add.* nobis *ς* 5 oppipare *ς* opipare sopire *d* obsiare (*s. l. uł oppipare m2*) *B* adhaerere *AD, Πp.c.m.2* inhaerere *d* 6 ac] et *ς* 7 hab. fam. pr. *AD* famis *KΨ* inluuies *Aa.c.m.2D* immundit(c*A*)ies *AD* 8 syricum *KAY* sericus *d* recipit *Aa.c.m.2ΠΨ* pr. sua *del. m1 K, om. d* 9 purp.] *add.* et *ς* carn. bon. *AD* 11 miseriae] *add.* ac *ς* in nostro *in ras. m2 B* 12 est arb. *ς* diuit.] *add.* explicit in domino apologeticum *E* explicit apol(l)ogeticus ad pammachium (*add.* cursim contulimus bethlem *K, add.* emendauit in bethlehem *II*) *KΠΨ*

L.

AD DOMNIONEM.

1. Litterae tuae et amorem sonant pariter et querellam: amorem tuum, quo sedulo monens etiam, quae tuta in nobis sunt, pertimescis; querellam eorum, qui non amant et quae-
 2 et contra filium matris suae ponunt scandalum. scribis eos, immo nescio quem de triuio, de competis, de plateis circumforanum monachum rumigerulum, rabulam, uaftrum tantum ad detrahendum, qui per trabem oculi sui festucam
 10 alterius nititur eruere, contionari aduersum me et libros, quos contra Iouinianum scripsi, canino dente rodere, lacerare, conuellere; hunc, dialecticum urbis uestrae et Plautinae familiae columen, non legisse quidem κατηγορίας Aristotelis, non περι
 15 ἐρμηνείας, non ἀναλυτικά, non saltem Ciceronis τόπους, sed per inperitorum circulos muliercularumque συμπόσια syllogismos

4 cf. Verg. Aen. IV 298 6 cf. Ps. 49, 20 10 cf. Matth. 7, 3—5 etc.

h = Vindobonensis lat. 16 s. VIII—IX (continet initium epistulae usque ad p. 389, 17 hoc est).

J = Vindobonensis lat. 934 s. IX.

Σ = Turicensis Augiensis 41 s. IX.

D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.

B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

2 ad domnionem *hJD* ad domionem (*corr.*) *Σ* ad domnianum *B*; Hieronymi nomen exhibent tituli in *hDB* 3 par. son. *ς* que(ac)*J*relam *JΣpr.B* utroque loco 4 qui sedulae *J* mones *J,Σa.c.* sunt in nob. *ς* 6 aduersum *hB* suum *om.* *Σ* 7 ponentes *h* scribes *Σa.c.*; *add.* enim *ς* 8 nescio immo *Σ* *alt.* de s. l. *Σ* competis *Σ* contemptis *D* compitis *ς* circumforaneum *ς* 10 fistucam *h,JΣa.c.* 11 nitatur *DB* 12 iuuinianum *h* 13 nostrae *B* paulatinae *J* 14 uolumen (*in mg. m2* at columen) *Σ* KATIFOPIAC *J* KATIAOPIAC *Σ* KATNTOPIAC *D* cathogorias *B* 15 EPMHNIAC *hD*, ceteri uariant hic et infra in uocabulis Graecis adferendis saltem *B* topica in *ras. m2 B* 16 conuiuia CYMHOCIA *h* cumiua CYMHOCIA *D* conuiuia *B* syllogissimos *J* (*ss ex s*) sillogismos *cet.*

ἀπολλογίστους texere et quasi σοφίσματα nostra callida argumen-
tatione dissoluere. stultus ego, qui me putauerim haec absque 3
philosophis scire non posse; qui meliorem stili partem eam
legerim, quae deleret, quam quae scriberet. frustra ergo Ale-
xandri uerti commentarios; nequiquam me doctus magister per
εἰσαγωγὴν Porphyrii introduxit ad logicam; et, ut humana
contemnam, sine causa Gregorium Nazanzenum et Didymum
in scripturis sanctis καθηγητάς habui; nihil mihi Hebraeorum
proluit eruditio et ab adulescentia usque ad hanc aetatem
10 cotidiana in lege, prophetis, euangeliiis apostolisque meditatio.

2. Inuentus est homo absque praeceptore perfectus, πνευμα-
τοφόρος καὶ θεοδιδάκτος, qui eloquentia Tullium, argumentis
Aristotelen, prudentia Platonem, eruditione Aristarchum,
multitudine librorum χαλκέντερον Didymum, scientia scriptu-
rarum omnes sui temporis uincat tractatores. denique dicitur
15 materiam poscere et Carneadeum aliquid referens in
utramque partem, hoc est et pro iustitia et contra iustitiam,
disputare. liberatus est mundus de periculo et hereditariae 2
uel centumuirales causae de barathro erutae, quod hic forum.

16 cf. Quintil. i. o. XII 1, 35

1 ἀπολλογίστους] *spatium uacuum in B* COΦΙΣΜΑΤΑ *J* sofismata *h*
soph. *cet.* nostra *s. l. B* calida *D* 3 qui in (*s. l. m2*) meliore *Σ*
meam *D* 4 legerem *JΣ* legere *D* *alt.* quae *s. l. m2Σ* ego *ΣB*
5 uerti] uestri *D* nequiequam *JD, Σa.r.B* (*ex* necq.) nequidquam *Σ*
PER *D*, *om. B* 6 porphirii *JΣB*, *om. D* loicam *Ja.c.m2Σ* locam *D*
7 na-za(*ns.l.*)z. *Σ* nanzoz. *J* nanzianz. *D* nazianz. *Σ* didimum *ΣB* dy-
didimum *D* 8 sanctis *s. l. m2 Σ* ΚΑΘΗΓΗΤΑΣ *J* ΚΛΕΝΖΥΤΑΣ *Σ*
cathecistas *hD* cathezistas *B* catechistas *Σ* prof. hebr. *Σ* 9 usque *in*
mg. m2Σ 10 cot. *s. l. B* apostolicisque *h* 11 πν. καὶ θεοδ. *om. B*
12 αὐτοδιδάκτος *Σ* eloquentiae *JΣ* 13 aristotilen *Σ* aristote(i)lem *hB*
plautonem *D* aristharcum *J* aristarcum *ΣDB* 14 multitudinem *D*
calc(h)enterum *hDB* didimum *ΣB* dydidimum *D* 15 omnesque *Σ*
uincat *h* uincere *D* uinceret *cet.* 16 materiem *h* ut (*s. l.*) ca(r *s.l.*)-
neum (*in mg. m2* † et carneadeum) *B* carne ad eum *D* carneadum
Σp.r. carneadis *Σ* ferens *Σa.c.m2* 17 utraque *D* hoc est] *hinc*
deficit h *pr.* et *in mg. Σ* 18 de] a *Σ* 19 baratro *ΣB* uaratro *D*

neglegens se ad ecclesiam transtulit. quis hoc nolente fuisset
 innocuus? quem criminis non huius seruasset oratio, cum
 coepisset in digitos partiri causam et syllogismorum suorum
 retia tendere? nam si adplodisset pedem, intendisset oculos,
 rugasset frontem, iactasset manum, uerba tornasset, tenebras
 3 ilico ante oculos iudicibus offudisset. nec mirum, si me et
 absentem et iam diu absque usu Latinae linguae semibarbarumque homo Latinissimus et facundissimus superet, cum
 praesentem Iouinianum — Iesu bone, qualem et quantum
 uirum, cuius nemo scripta intellexeret, qui sibi tantum caneret 10
 et Musis! — eloquentiae suae mole oppresserit.

3. Quaeso igitur te, pater carissime, ut moneas eum, ne
 loquatur contra propositum suum, ne castitatem habitu pollicens
 uerbis destruat, ne uirgo uel continens — ipse enim
 uiderit, quid esse se iactet — maritos uirginibus comparet et 15
 frustra aduersus hominem disertissimum tanto tempore digladiatus sit. audio praeterea eum libenter uirginum et uiduarum
 2 cellulas circumire et adducto supercilio de sacris inter eas
 litteris philosophari. quid in secreto, quid in cubiculo mulierculas docet? ut hoc sciant esse uirgines, quod maritas, ut 20
 florem aetatis non neglegant, ut comedant et bibant, ut balneas
 adeant, munditias adpetant, unguenta non spernant? an magis
 pudicitiam et ieiunia et inluuiem corporis? utique illa prae-

6 cf. Cicero ap. Quintil. i. o. II 17, 21

1 ecclesia trastulit *D* uolente ζ 3 digitis ζ partire ΣD
 syllogissim. *Jar.* sillogism. *B* silogism. $\Sigma a.c.m2D$ 4 si *s. l. \Sigma* ad-
 plodisset *J* aplausisset *B* 5 rugasse *D* frontem] faciem *B* uerba]
 barbam ζ tornasset] uel (*del.*) tor (*del.*) tonasset *B* 6 ante] ob ζ
 effud. iud. *DB* et *s. l. \Sigma*, *om. J* 7 iam diu et ζ semigrae(e)cum
 barbarumque $\Sigma p.c.DB$ 8 facundis(i *ex u m2J*)simus (*s. l. m2 \Sigma*)
J\S 9 praesente iouiniano *B* hiesu *D* 11 musas *B* eloquentia *D*
 opprimeret (imeret *in ras. m2*) *B* 12 te *om. B* 13 praepositum *J*
 castitate *JD* 15 iactet et *J* maritas *J* maritatos $\Sigma p.c.$ 16 disser-
 tissimum *J\S D, Bar.* 18 circuire *B* 19 phil.] disputare *J* 20 sciunt *D*
 maritatas *J\S DB p.c.m2* maritate *Ba.c.m2* maritae ζ 21 *alt.* ut] et ζ
 22 unguenta $\Sigma a.c.D$ magis] *add.* ad *J\S* 23 inluuiam *D* ingluuiem *J*
 si utique *B*

cipit, quae plena uirtutis sunt: fateatur ergo publice, quod
 domi loquitur, aut, si et domi eadem docet, quae publice, a
 puellarum consortio separandus est. non erubescere iuuenem ³
 et monachum et, ut sibi uideatur, disertum, cuius de ore Ueneres
⁵ fluunt, qui tantae in sermocinando elegantiae est, ut comico
 sale ac lepore conspersus sit, lustrare nobilium domos, haerere
 salutationibus matronarum, religionem nostram pugnam facere
 et fidem Christi contentione torquere uerborum atque inter
 haec fratri suo detrahere! utique, si errare me arbitratus est ⁴
¹⁰ — in multis enim offendimus omnes et, si quis in
 uerbo non peccat, hic perfectus est uir —, debuit uel
 arguere uel interrogare per litteras, quod uir eruditus et nobilis
 fecit Pammachius, cui ego ἀπελογησάμην, ut potui, et epistula
 longiore disserui, quo unumquidque sensu dixerim. imitatus ⁵
¹⁵ saltim tuam fuisset uerecundiam, qui ea loca, quae scandalum
 quibusdam facere uidebantur, excerpta de uolumine per ordinem
 digessisti poscens, ut uel emendarem uel exponerem, et non
 tantae me putasset dementiae, ut in uno atque eodem libro
 et pro nuptiis et contra nuptias scriberem!
²⁰ 4. Parcat sibi, parcat mihi, parcat nomini Christiano; mona-
 chum se esse non loquendo et discursando, sed tacendo et
 sedendo nouerit; legat Hieremiam dicentem: bonum est uiro,

10 *Iac. 3, 2 22 *Thren. 3, 27—28

1 sint *B* quid *J* 2 loq.—sep.] loqui parandus *D* et publice *ς*
 a *s. l. m2B* 3 non] miror autem non *ς* erubescit iuuenis *Bp.c.m2*
 iuuenum *J* 4 *pr.* et *eras. B* monachus *Bp.c.m2* et (*s. l. m2*)
 ut *B* ut et *JΣ* ut *D* dissertum *D, Ba.c.m2* disertus *Bp.c.m2* de
 ore] decore *D, Σp.c.* Ueneres] uentres *J, Σm.2 in mg.* 5 ele(i)gantia
JD esse *D* 6 domus *J, Σa.c.* 7 nostra *D* 8 contentionem *D*
 9 errasse *JΣ* errarem *B* me] et *D* ut *B* 11 peccet *Σ* peccasset *J*
 hic] ic *s. l. m2B* 13 ΑΠΛΟΓΙΚΑΜΙΝ *J* ΑΝΙΛΟΓΙΚΑΜΙΝ *Σ* apolo-
 getice *B* ἀπελογησάμην *ς* 14 diss. long. *ς* unumquodque *Σp.c.DB*
 sensum *D* 15 saltem *JD* fuisset tuam *ς* tua—uerecundia *Σp.c.*
 16 excerpta *Ba.c.m2* excerta *D* 17 et] ut *JΣ* 18 me putasset *ς* me
 putasse *Σp.c.DB* putasse me *J* putassem *Σa.c.* 19 scribere *D* 21 esse
s. l. Σ non loq. esse *J* et disc. *om. J* disc. *s. l. Σ* sed. et tac. *B*
 22 iheremiam *B* ieremiam *ς* docentem *DB* homini *B*

cum portauerit iugum ab adolescentia sua. sedebit solus et tacebit, quia tulit super se iugum. aut si certe in omnes scriptores censoriam accepit uirgulam et idcirco se eruditum putat, quia Iouinianum solus intellegit — est quippe prouerbiū balbum melius balbi uerba cognoscere —, 5
 2 πάντες οἱ συγγραφῆς appellamus a tali iudice. ipse quoque Iouinianus, συγγραφῆς ἀγράμματος, iustissime proclamabit: quod me damnent episcopi, non est ratio, sed conspiratio. nolo mihi ille uel ille respondeat, quorum me auctoritas opprimere potest. docere non potest. scribat contra me uir, cuius et ego lin- 10
 guam intellego; quem cum uicero, omnes homines simul uicerim. ego eum bene noui — experto credite, quantus in clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam —: fortis est et in disputando nodosus et tenax et qui obliquo
 3 et acuminato pugnet capite. saepe de nocte usque ad uesperam 15
 contra nos in plateis clamauimus; habet latera et athletarum robur et belle corpulentus est. uidetur mihi occulte mei dogmatis esse sectator. praeterea numquam erubescit nec considerat, quid, sed, quantum dicat; et in tantam opinionem uenit eloquentiae, ut soleant dicta eius cirratorum esse dictata. 20
 quotiens me iste in circulis stomachari fecit et adduxit ad
 4 coleram, quotiens conspuat et consputus abscessit! sed haec uulgaria sunt et a quolibet de sectatoribus meis possunt fieri:

12 Verg. Aen. XI 283 sq. 20 cf. Persius l 29

3 accipit B 6 πάντες] ΗΩΝΘΩC B ΟΙ Σ Ο Γ J Ο T D ΩΥ B ΟΥ C
 CΥΝΓΡΑΦΕΙ D CΙΝΓΡΑΦΕΥC J CΙΝΑΡΑΦΕΥC Σ CΥΓΡΑΦΗΥC B
 Ωρ. pellamus B Ωpellamus D appellamus C a talii D attilio C
 7 iust.] id ei iust. C proclamauit DB 8 dam(pB)nant DB 10 scribit D
 11 quemcumque D homines om. B 12 uicerem JΣ uicerimus D eum] enim C
 13 clypeum JΣ hast. torq. JΣ astam DB
 14 et qui] qui et B 15 arcuato C cap. pugn. B uesperum Σ
 16 clamauit C atletarum B ad letarum Σa.c.m2D ad lazarum Σp.c.m2
 17 robor Σ uelle Σp.c.DB ualde Σ in mg. m2 occultae J, Da.c.m2
 occultus Dp.c.m2 18 sectatur D erubescet D 19 tantam] tantum
 Ja c. uen. op. C 20 scirratorum B 22 choleram C 23 et s. l. Σ
 de s. l. Σ

ad libros prouoco, ad memoriam in posteros transmittendam. loquamur scriptis, ut de nobis tacitus lector iudicet, ut, quomodo ego discipulorum gregem ducto, sic et ex huius nomine Gnathonici uel Formionici uocentur'.

5 5. Non est grande, mi Domnion, garrere per angulos et medicorum tabernas ac de mundo ferre sententias: 'hic bene dixit, ille male; iste scripturas nouit, ille delirat; iste loquax, ille infantissimus est'. ut de omnibus iudicet, cuius hoc iudicio meruit? contra quemlibet passim in triuiis strepere et
10 congerere maledicta, non crimina, scurrarum est et paratorum semper ad lites. moueat manum, figat stilum, commoueat se 2 et, quidquid potest, scriptis ostendat. det nobis occasionem respondendi disertitudini suae. possum remordere, si uelim, possum genuinum laesus infigere; et nos didicimus litterulas,
15 et nos saepe manum ferulae subtraximus, de nobis quoque dici potest: faenum habet in cornu, longe fuge. sed magis uolumus esse discipuli eius, qui ait: dorsum meum posui ad flagella et faciem meam non auerti a confusione sputorum, qui, cum malediceretur, non remaledixit et post alapas, crucem, flagella, blasphemias nouissime
20 pro crucifigentibus deprecatus est dicens: pater, ignosce eis; quid enim faciunt. nesciunt. et ego ignosco errori fratris; 3 intellego. quia diaboli arte deceptus sit. inter mulierculas

4 cf. Terent. Eun. 264 14 cf. Persius I 115 15 Iuuenalis I 15
16 Horat. sat. I 4, 34 17 *Esai. 50, 6 19 *I Petr. 2, 23 21 *Luc. 23, 34

1 uoco *D* transmittendum *Σp.c.* 3 ego s. l. *Σ* duco *Bp.r.*
ductito *ς* et om. *DB* 4 gnatonici *B* gnat(hs.l.)o tinici *J* ginatho-
nici(-ce*Σ*)*ΣD* Phorm. *ς* 6 ac] hac *JD* sententiam *DB* 7 pr. iste
s. l. *m2Σ* deleret *D* 8 ut] sic et *Bp.c.m2* 10 scurrarunt *D*
est] add. hoc s. l. *m2B* paraborum *J* pararum *Σa.c.* parasitarum
(-orum *ς*) *Σp.c.ς* a] barbarorum in *mg. m2Σ* 11 figat] fatigat *D*
12 scriptura *J,Σa.c.* 13 dis(ss*D*)ertitudinis *ΣD* rem.] respondere *DB*
a] respondere s. l. *m2Σ* uellim *Σa.r.* uel *D* 14 praepossum *D* lit-
teras *ς* 17 uol. mag. *Σ* 19 maledixit *JΣ* 20 post s. l. *Σ* 22 quod *JΣ*
23 qua *J* est *Σ*

sciolus sibi et eloquens uidebatur; postquam Roman mea
opuscula peruenerunt, quasi aemulum exhorruit et de me quo-
que captauit gloriam. ut nullus esset in terris, qui non eius
eloquentiae displiceret, exceptis his, quorum potentiae non
parcit, sed cedit, immo, quos non honorat, sed metuit. uoluit 5
scilicet homo peritissimus ut ueteranus miles uno rotatu gladii
utrumque percutere et ostendere populis, quod, quidquid ipse
4 uellet, hoc scriptura sentiret. dignetur igitur nobis sermonem
suum mittere et non reprehendendo, sed docendo garrulitatem
nostram corrigere. tunc intellet aliam uim fori esse, aliam 10
triclinii; non aequae inter fusa et calathos puellarum et inter eru-
ditos uiros de diuinae legis dogmatibus disputari. nunc libere
et impudenter iactat in uulgus et perstrepat: 'damnauit nuptias'
et inter uteros tumentes, infantum uagitus et lectulos maritorum,
quid apostolus dixerit, tacet, ut me solum in inuidiam uocet; cum 15
autem ad libros uenerit et pedem pedi contulerit et uel propo-
suerit aliquid de scripturis uel audierit proponentem, tunc
5 sudabit, tunc haerebit. procul Epicurus, longe Aristippus,
subulci non aderunt, feta scrofa non grunnet.

et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra 20
spargimus, et nostro sequitur de uulnere sanguis.
porro, si non uult scribere et tantum maledictis agendum
putat, audiat tot interiacentibus terris, fluctibus, populis saltem
echo clamoris mei: 'non damno nuptias, non damno coniugium'.

20 Verg. Aen. XII 50 sq.

1 scitulus *J* 3 in t. esset *JΣ* 5 pascit *Σp.c.m2* credit (at̄ cedit
in *mg.* *Σ*) *JΣ* 6 ut] et *J,Σa.c.* ueranus *J* 7 perc. utr. *ς* et]
ut *D* quidq.] quid *JΣ* 9 repre(ae)hendo *J,Σa.c.* garr. sed doc.
Ba.c.m2 10 intellegit *Σ* 11 fusam *D* fusos *ς* calatos *JB,Σa.c.m2*
12 legis] legibus *J* disputare *JΣ* 13 damnat *ς* 14 infantum *ς*
16 proposuerat *D* 18 sudauit *D* 19 feta *om.* *ς* scropha *DB*
scrofa *Σa.c.* grunnet *Σa.c.* 20 pater] pariter *Σp.c.m2B* haut
D,Σp.c.m2 aut *B,Σa.c.m2* debili dextera *Σ* 21 seq. nostro *B*
nostros *D* 23 interi. in *mg.* add. *B* interiacentia *J* saltem *J*
24 echo *ς* et hoc *codd.* laboris *J* non d. nupt. s. l. *B*

et ut certius sententiam meam teneat, uolo omnes, qui propter nocturnos forsitan metus soli cubitare non possunt, uxores ducere.

LI.

5 EPISTULA EPIPHANII CYPRII MISSA AD IOHANNEM EPISCOPUM A SANCTO HIERONYMO TRANSLATA.

Domino dilectissimo fratri Iohanni episcopo Epiphanius.

1 Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti
in superbiam, sed custodia mandatorum dei et obseruatione
10 diligentissima hoc esse, quod dicimur. si enim sancta scriptura
loquitur: cleri eorum non proderunt eis, quae adrogantia
clericatus conducere nobis poterit, qui non solum cogitatione
et sensu, uerum et sermone peccamus — audiui quippe, quod
15 tumeas contra nos et irascaris et miniteris scribere in extre-
mos fines terrae, ut loca prouinciasque non nominem —, et ubi
est dei timor, qui nos debet illo tremore concutere, qui dictus
a domino est: si quis irascitur fratri suo sine causa,
reus erit iudicio? non quo magnopere curem, si scribas, 2

11 *Hier. 12, 13 17 *Matth. 5, 22

2 forsitan s. i m2Σ 3 duc.] add. explicit ad domnionem D

A = Berolinensis lat. 17 s. IX.

D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.

B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

S = Vindobonensis lat. 746 s. XIII.

5 epistola (ep̄la D) epiphani (ni D) cyprii (cypri A) missa ad iohannem
a sancto hieronimo translata (-tam D) AD ep̄la ieronimi (del.) epyphanii
cip̄l missa ad iohannem episcopum et a sancto ieronimo translata B epi-
phanii cypri ep̄la missa ad iohannem episcopum a sancto ieronimo trans-
lata S 7 epyph. D ephif. A 8 honorem Aa.c.m2D 9 superbia
AS, Ba.c.m2 10 hoc esse in ras. m2B dicimus Ba.c.m2 11 clerici
DB, Sp.c.m2 quae] quam B in ras. m2S arrogantiam Bp.c.m2S
12 potuit S 13 alt. et] etiam S 17 est a dom. S suo om. B
18 quo] quod S

quod tibi placuerit — scribebantur enim et epistolae biblinae iuxta Esaiam et mittebantur super aquas, quae cito cum saeculo transeunt —: nihil tibi nocuimus, nihil iniuriae fecimus nec
 3 quicquam uiolenter extorsimus. in monasterio fratrum — et fratrum peregrinorum, qui prouinciae tuae nihil debuere et propter
 5 nostram paruitatem et litteras, quas ad eos crebro direximus, communionis quoque tuae coeperunt habere discordiam —, ne uiderentur quadam durtia et conscientia antiquae fidei ab ecclesia separari, ordinauimus diaconum et, postquam ministravit, rursus presbyterum, super quo debueras gratulari
 10 intellegens, quod ob dei timorem hoc sumus facere compulsi, maxime, cum nulla sit diuersitas in sacerdotio dei et ubi
 4 utilitati ecclesiae prouidetur. nam, etsi singuli ecclesiae episcoporum habent sub se ecclesias, quibus curam uidentur
 15 impendere et nemo super alienam mensuram extenditur, tamen praeponeretur omnibus caritas Christi, in qua nulla simulatio est; nec considerandum, quid factum sit, sed quo tempore et
 5 quo modo et in quibus et quare factum sit. cum enim uidissem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret et sancti presbyteri Hieronymus et Uincentius propter
 20 uerecundiam et humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia et laborare in hac parte monasterium, quae Christianorum praecipua salus est, inuenire autem et comprehendere seruum dei non posses, qui te et, quod graue onus sacerdotii

1 cf. Esai. 18, 2 16 cf. Rom. 12, 9

1 tibi *om.* ζ 2 *esay.* *B ysai.* *S isai.* ζ 3 *ne S* 4 *alt.* fratrum *s. l. m2B* 5 tuae a nih. *AD* nih. tuae ζ debuere *Ba.c.m2S* debere *Aa.c.m2* deberi *D* deberent *ABp.c.m2* 7 comunionis *BS* concordiam *S* 8 consc. nostra ζ fidei] *add.* nostrae quam simul habuimus *B* 10 rursus *BS* 12 et *om.* *B* 13 eccl. ut. *B* et *s. l. m2A* si *s. l. m2B* singulae *Ba.c.m2S* ecclesiae *del. m2B* ecclesiarum episcopi ζ (*sed* singuli ecclesiae episcoporum = εἰς ἕκαστος τῶν τῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπων) 16 praeponitur *BS* praeponderetur *Engelbrecht*; *num* praepon<i> m>eretur? 18 in *om.* *B* 20 hieronim. *AD* iheronim. *B* ieronim. *S* 21 nollet *Aa.c.m2* 22 labore *D* monasterium *B* monasterii (-ri *D*) *cet.* ministerii ζ 24 possis *AD* et] eo *BS* honus *DB*

nollet suscipere, saepe fugiebat, sed nec alius quis episcoporum facile eum repperiret — unde et satis miratus sum, quomodo dispensatione dei ad nos uenerit cum diaconibus monasterii et ceteris fratribus, ut mihi satisfaceret, quia nescio quid
 5 aduersum eos habebam tristitiae —, cum igitur celebraretur collecta in ecclesia uillae, quae est iuxta monasterium nostrum, ignorantem eum et nullam penitus habentem suspicionem per multos diaconos adprehendi iussimus et teneri os eius, ne forte liberare se cupiens adiuraret nos per nomen Christi, et
 10 primum diaconum ordinauimus proponentes ei timorem dei et compellentes, ut ministraret; ualdeque obnitebatur indignum esse se contestans. uix ergo conpulimus eum et suadere potuimus testimoniis scripturarum et propositione mandatorum dei. et cum ministrasset in sanctis sacrificiis, rursus cum ingenti
 15 difficultate tento ore eius ordinauimus presbyterum et isdem uerbis, quibus antea suaseramus, inpulimus, ut sederet in ordine presbyterii. post haec scripsimus ad sanctos presbyteros monasterii et ceteris fratribus et increpuimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum queri
 20 audissem, cur non haberent, qui sibi domini sacramenta conficerent, et illum omnes suo poscerent testimonio et grandem utilitatem in commune monasterii testarentur, quare tunc reperta oportunitate non scripsissent nobis neque super ordinatione eius aliquid poposcissent.

25 .2. Haec ita acta sunt, ut locutus sum, in caritate Christi, quam te erga paruitatem nostram habere credebam, quamquam

1 nolle *D* fug.] confugeret *B* consugeret *S* 3 dispositione *BS*
 diaconis *g* 4 ut] quod *D* 5 aduersus *B* aduersa *Da.c.* 8 diacones *S*
 hos *Aa.c.DB* 9 forte] forte se (*exp.*) *A* liberari *g* 11 ualde
 quippe *g* obtineb. *D* obteneb. *Aa.c.m.2* 12 se esse *B* se esse clamitans
 et graue onus ultra uires suas esse *g* persuadere *g* 13 praepositione *S*
 14 ministraret *g* 15 presbyterum *in ras, m.2B* hisdem *ADS* iisdem *g*
 16 ante *S* sedet *B* 18 ceteros fratres *g* increpauimus *Bp.c.m.2*
 non scr.] conscr. *A* 20 coficeret *B* 22 comune *BS* 25 acta]
 gesta *BS* ut] uel *A* uelut *Bar.S* 26 nostra *Aa.c.m.2D*

in monasterio ordinauerim et non in paroecia, quae tibi subiecta sit. o uere benedicta episcoporum Cypri mansuetudo et bonitas et nostra rusticitas sensu tuo et arbitrato digna misericordia dei! nam multi episcopi communionis nostrae et presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nos comprehendere non potueramus, et miserunt ad nos et diaconos et hypodiaconos, quos suscepimus cum gratia. et ipse cohortatus sum beatae memoriae Philonem episcopum et sanctum Theopropum, ut ecclesiis Cypri, quae iuxta se erant, ad meae autem paroeciae uidebantur ecclesiam pertinere, eo quod grandis esset et late patens prouincia, ordinarent presbyteros et Christi ecclesiae prouiderent. numquam autem ego ordinaui diaconissas et ad alienas misi prouincias neque feci quidquam, ut ecclesiam scinderem. quid ergo tibi uisum est sic grauiter intumescere et iactari contra nos pro opere dei, quod in aedificationem et non in destructionem fratrum factum est? sed et illud uehementer admiratus sum, quod meis locutus es clericis adserens te per sanctum presbyterum et abbatem monachorum Gregorium mandasse mihi, ne quemquam ordinarem, et ego hoc pollicitus sim dicens: 'numquid iuuenis sum aut canones ignoro?' audi igitur ueritatem in sermone dei, me hoc nec audisse nec nosse nec istius sermonis penitus recordari. suspicatus autem sum, ne forsitan inter multa quasi homo oblitus essem, et ob

15 cf. II Cor. 10, 8. 13, 10 21 cf. Ioh. 17, 17

1 ordinaueram *S* paroeciam (*m exp.*) *A* parroecia (*e eras.*) *B*
 parroecia *S* 2 sit] sunt *A* cypri *ABS* 4 comunionis *BS*
 5 conpr. *om.* *S* 6 poteramus *S* *alt.* et *om.* *S* ypod. *S* ypod. *AD*
 ipododiachonos (*do exp.*) *B* 7 coort. *Ba.c.* cohort. *A* coart. *D* 8 phylonem *S* teopropum *A* theoprobum *B* 9 in eccl. *S* cypri *ABS*
 parroecie *B* parroeciae *S* 10 esse *AD* 11 prouincie *D* 14 scinderem (*scin in ras. m2*) *B* uis. e. sic gr.] tam gr. uis. e. sic *B*
 uis. est] uidetur *S* 16 destructione *AD* 17 ammiratus *BS* 18 abbam *AD* 19 ne quemq.] nequa. *S* ut nequa. *Ba.c.m2* ut ne quemq. *Bp.c.m2* 20 sim] sum *BS* sum] sumus *Aa.c.D* canonis *Aa.c.m2D*
 22 suspicatur *Aa.c.m2* sum autem *S* sum *B* 23 ob hac *A* hanc ob *B*

hanc causam sanctum Gregorium sciscitatus et Zenonem pres-
 byterum, qui cum eo est. e quibus abbas Gregorius respondit
 se hoc penitus ignorare. Zeno autem dixit, quia, cum ei pres-
 byter Rufinus nescio qua alia transitorie loqueretur, etiam
 5 hoc dixerit: 'putasne aliquos ordinaturus est sanctus episcopus?'
 et hucusque stetisse sermonem. ego autem Epiphanius nec 5
 audiui quicquam nec respondi. unde, dilectissime, non te
 praeueniat furor nec occupet indignatio nec frustra mouearis
 et aliud dolens te uertas ad alia et peccando occasionem inue-
 10 nisse uidearis. quod propheta deuitans dominum precatur
 dicens: ne declines cor meum in uerba malitiae ad
 excusandas excusationes in peccatis.

3. Illud quoque audiens admiratus sum, quod quidam, qui
 solent ultro citroque portare rumusculos et his, quae audierunt,
 15 semper addere, ut tristitias, ut rixas inter fratres concitent,
 te quoque turbauerunt et dixerunt tibi, quod in oratione, quando
 offerimus sacrificia deo, soleamus pro te dicere: 'domine, praesta
 Iohanni, ut recte credat'. noli nos in tantum putare rusticos, ut 2
 haec tam aperte dicere potuerimus. quamquam enim hoc in corde
 20 meo semper orem, tamen, ut simpliciter fatear, numquam in
 alienas aures protuli, ne te uiderer parui pendere, dilectissime.
 quando autem complemus orationem secundum ritum mysteri-
 orum, et pro omnibus et pro te quoque dicimus: 'custodi

9 cf. Rom. 7, 8 11 *Ps. 140, 4

1 sciscitatis *Aa.c.m2D*; *add.* sum *ς* 2 eo *om.* *D* abb *A* abba *D*
 resp.] ex *B* 3 zenon *B* 4 ruffinus *ς* quae *BS* 5 ordinaturos *D*
 episc.] epiphanius *ς* 6 epyph. *DS* 7 dil.] ihl me *Aa.c.m2* te
om. *S* 8 praeueniet *AD* *alt.* nec] ne *Engelbrecht* 9 ad alia (*ex*
 aliud) te uertas *S* *alt.* et] ut *ς* peccandi *B* 10 deu. pr. *BS*
 11 non *ς* declines *D* 13 amm(m*S*)iratus *BS* qui *om.* *S* 14 ultra
 citraque *Bp.c.m2* ultro utroque *Aa.c.m2* rumosc. *Aa.c.m2D* audi-
 erint *B* 15 semp.] *add.* aliquid *ς* *alt.* ut] et *BS* concitent *Sp.c.*
 concertent *cet.* 16 turbauerint *BS* dixerint *BS* tibi *om.* *ς*
 17 solianus *Aa.c.m2D* dicere pro te *S* 19 haec] hoc *ς* hoc *om.* *B*
 20 meo] meo ob *B* 22 compleamus (*a exp.*) *B* ritum] usum *B*
 mist. *AB*

illum, qui praedicat ueritatem' uel certe ita: 'tu praesta, domine, et custodi, ut ille uerbum praedicet ueritatis', sicut occasio sermonis se tulerit et habuerit oratio consequentiam. 3
 quapropter obsecro te, dilectissime, et aduolutus pedibus tuis precor: praesta mihi et tibi, ut salueris, sicuti scriptum est, a 5
 generatione peruersa; et recede ab heresi Origenis et a cunctis heresibus, dilectissime. uideo enim, quod propter hanc causam omnis uestra indignatio concitata sit, quod dixerim uobis: 'Arrii patrem et aliarum hereseon radicem et parentem laudare non debetis'. et cum uos rogarem, ne ita erraretis, et monerem, 10
 contradixistis et ad tristitiam atque lacrimas adduxistis, non solum autem me, sed et alios plurimos catholicos, qui inter- 4
 erant. et, ut intellego, haec est omnis indignatio et iste furor et idcirco comminamini, quod mittetis aduersum me epistulas et huc illucque sermo uester discurrat, et propter defensionem 15
 hereseos aduersum me odia suscitantes rumpitis caritatem, quam in uos habuimus, in tantum, ut feceritis nos etiam paenitentiam agere, quare uobis communicauerimus, ita Origenis errores et dogmata defendentes.

4. Simpliciter loquar: nos, secundum quod scriptum est, 20
 nec oculo nostro parcimus, ut non effodiamus eum, si nos scandalizauerit, nec manui nec pedi, si nobis scandalum fecerint. et uos ergo, siue oculi nostri siue manus siue pes fueritis, similia sustinebitis. quis enim catholicorum possit aequo animo sustinere et eorum, qui fidem suam bonis ope- 25

6 cf. Matth. 17, 17 etc. 21 cf. Matth. 5, 29—30 etc.

1 praesta michi *S* 3 occansio (u *exp.*) *A* se tul.] retull(*lD*)erit *Aa.c.m2D* 5 praesta] da *S* sicut *B* 6 ab] ad *B* heresim *Aa.c.D*
 7 eresibus *Aa.c.m2D* 8 omnes *ADa.c.* nostra *g* dixerit *Aa.c.m2*
 9 heresum *B* radicem *om. S* 11 ad *BS, om. AD* me ad *g*
 lacrimam *S* 12 autem *del. m2B* 13 *pr. et]* *om. D*, inde *g* 14 mit-
 titis *AD* mittatis *Bp.c.m2* 15 *pr. et]* ut *g* 16 hereos *Ba.c.m2* heseos *D*
 adiuersum *A* suscitantis *Aa.c.m2D* 19 erroris *Aa.c.m2* defen-
 dentis *Aa.c.m2D* 20 loquor *g* 21 fodiamus *D* 22 manu *AD*
alt. neque AD scand. nobis *B* 23 fecerit *AD* pedis *A* (pedes *m2*) *D*

ribus exornant, ut audiant Origenis doctrinam atque consilium et credant praeclarae illius praedicationi: 'non potest filius uidere patrem neque spiritus sanctus uidere filium'? haec in 2 libris *περὶ ἀρχῶν* scribuntur, his uerbis legimus et ita locutus 5 est Origenes: sicut enim incongruum est dicere, quod possit filius uidere patrem, sic inconsequens est opinari, quod spiritus sanctus possit uidere filium. illud 3 quoque quis Origene dicente patiat, quod animae angeli fuerint in caelis et, postquam peccauerint in supernis, deiectas 10 esse in istum mundum et quasi in tumulos et sepulchra sic in corpora ista relegatas poenas antiquorum luere peccatorum et corpora credentium non templa Christi esse, sed carceres damnatorum? exin ueritatem historiae allegoriae deprauans 4 mendacio infinita uerba multiplicat et simplices quosque uaria 15 persuasione subplantans nunc adserit animas iuxta Graecam *ἐτυμολογίαν* idcirco uocatas, quia de caelestibus ad inferiora uenientes calorem pristinum amiserint, nunc corpus hoc ob id iuxta Graecos *δέμας*, id est 'uinculum', siue iuxta aliam proprietatem 'cadauer' dici, quia animae de caelo ruerint; a ple- 20 risque autem secundum uariam Graeci sermonis supellectilem corpus *σῆμα*, hoc est 'memoriam' interpretari, eo quod ita ani-

5 Origenes *περὶ ἀρχῶν* I fragm. (non exstat in Rufini translatione. 8. 15. 20 cf. *ibid.* 12 cf. I Cor. 3, 16 etc. 16 cf. Orig. *περὶ ἀρχῶν*) (Rufinus) II 8, 3 21 cf. Plato Gorg. 493 A. Crat. 400 B

2 et om. *ς* praeclara et praedicationis AD 3 hoc AD 4 libris] *add.* qui s. l. m2A APXON *codd.* 5 origenis Aa.c.m2DS 6 non possit Bp.c.m2 7 possit sp. s. B 8 origenem dicentem *ς* 10 sepulchra DB 11 religatas BS penas *codd.* 12 templa xpi non S 13 exinde *ς* 14 mendacia D mandatio (mendatio m2) A simplicis Aa.c.m2D quoque S 15 asser (i s. l. m2) B Graecam] *add.* quod corpora carceres dicat A (*del.*) D 16 *ἐτυμ.* (*scil. uoce φωνή a uerbo φύχσθαι deriuata*) *ἐτυμ.* A (*ἐτυμ. m2*) D ETIMOΛΟΓΙΑΝ (etimologiam B) quod corpora carceres dicantur (*add.* ETIMOΛΟΓΙΑΝ B) BS etimologiam *φύχας ἀπὸ τοῦ φύχσθαι* *ς* uocitatas D quia] qui D 17 amiserit D hoc om. B 19 cadauer] *significatur scil. πτώμα a πίπτειν deriuatum* 20 uarias D supell. A suppell. *cet.*; *add.* σώμα id est *ς* 21 *σῆμα*] CNMW Aa.c.m2D CWMA Ap.c.m2 CEMO BS hoc] id *ς* mem.] monumentum *ς* an. ita B

mam in se clausam habeat, quomodo sepulchra et tumuli
 5 cadauera mortuorum. et, si hoc uerum est, ubi est fides nostra?
 ubi praeconium resurrectionis? ubi apostolica doctrina, quae
 in ecclesiis Christi hucusque perdurat? ubi illa benedictio ad
 Adam et ad semen eius et ad Noë et ad filios eius: crescite
 et multiplicamini et replete terram? iam enim non erit
 benedictio, sed maledictio iuxta Origenem, qui angelos uertit
 in animas et de sublimi fastigio dignitatis facit ad inferiora
 descendere, quasi deus generi humano non possit animas per
 nedictionem dare, nisi angeli peccauerint, et tot in caelis ruinae
 6 sint, quot in terra natiuitates. dimittenda nobis est doctrina
 apostolorum et prophetarum et legis et ipsius domini salua-
 toris in euangelio pertonantis: e contrario Origenes praecipit
 et legem dat — ut non dicam: constringit discipulos suos —, ne
 quis oret in caelum ascendere, ne peius iterum peccans, quam
 7 in terris ante peccauerat, praecipitetur in mundum. quamquam
 istius modi nugas et deliramenta soleat ille scripturarum inter-
 pretatione peruersa et aliud significante, quam uerum est,
 adfirmare dicens: priusquam a malitia humiliarer, ego
 deliqui et illud: reuertere, anima mea, in requiem tuam
 nec non et illud: educ de carcere animam meam et in alio
 loco: confitebor domino in regione uiuorum, cum alius
 procul dubio sensus sit scripturae diuinae, quam ille in here-
 sim suam maligna interpretatione detorquet; quod faciunt et
 Manichei et Gnostici et Hebionitae et Marcionis sectatores et
 aliae hereses numero LXXX, qui de purissimo scripturarum

5 Gen. 1, 28. 9, 1 19 *Ps. 118, 67 20 *Ps. 114, 7 21 *Ps.
 141, 8 22 *Ps. 114, 9

1 habeant *AD, Bp.c.m2* sepulchra *B* 5 eius *om. A* 8 sublinis
A.a.r. fastidio *Aa.c.m2D* fecit *S* inferna *S* 10 caelo sint *r. S*
 11 quod *AD* demitt. *Aa.c.m2*; *add.* ergo *S* 13 origenis *Aa.c.m2D*
 praecipit et *Aa.c.m2D* praecipitat *Sp.c.* 18 quam quod *S* 20 animam
 mea *A* animam meam *S* 21 illud] aliud *AD* 22 domine *Da.c.*
 23 scr. diu. sit *S* heresin *S* 24 detorquit *Aa.c.m2* detorquid *D*
 quid *B* et *om. BS* 25 martionis *AB* sectatoris *Aa.c.m2D*
 26 heresis *AD* LXXX *codd.* triginta uel quadraginta *S* qui] quae *B*

fonte adsumentes testimonia non ita interpretantur, ut scripta sunt, sed simplicitatem sermonis ecclesiastici id uolunt significare, quod ipsi sentiunt.

5 Illud quoque, quod adserere nititur, doleamne an rideam, nescio. doctor egregius audet docere diabolum id rursum futurum esse, quod fuerit, et ad eandem rediturum dignitatem et conscensurum regna caelorum. pro nefas! quis tam necors et stolidus hoc recipiat, ut sanctus Iohannes baptista et Petrus et Iohannes apostolus et euangelista. Esaias quoque et Hieremias
10 et reliqui prophetae coheredes fiant diaboli in regno caelorum? praetereo friuolam eius expositionem super tunicis pelliciiis, 2 quanto conatu quantisque egerit argumentis, ut tunicas pellicias humana esse corpora crederemus. qui inter multa ait: numquid coriarius aut scortarius erat deus, ut
15 conficeret pelles animalium et consueret ex eis tunicas pellicias Adam et Euae? manifestum est ergo, inquit, quod de corporibus nostris loquatur. et, si hoc ita est, quomodo legimus ante pellicias tunicas et 3 ante inoboedientiam et de paradiso ruinam Adam loquentem non secundum allegoriam, sed uere: hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea? aut unde adsumptum est illud, quod diuinus sermo testatur: et iniecit deus soporem super Adam, et dormiuit; et sumpsit unam de costis eius et adinpleuit pro ea carnem et aedificauit costam, quam tulerat ex eo, illi in uxorem?
25

5 cf. Orig. περὶ ἀρχῶν I fragm. 10 cf. Rom. 8, 17 11 cf. Gen. 3, 21
14 Orig. περὶ ἀρχῶν I fragm. 20 Gen. 2, 23 22 *Gen. 2, 21—22

1 interpretentur AD 2 simplicitate Sp.r. 3 ipse (= ipsae) B
6 essed D fuerat B redituram Aa.c.m2D 7 concessurum Aa.c.m2D
8 hoc] ut hoc 5 ut] quod 5 9 ysaias BS isaias 5 ieremias B
10 coeredes D regna AD 11 pelliceis et pelliceas Bp.c.m2 13 hum.—
16 pellic. B in mg. m25, om. cet. 14 coriar. 5 scoriar. Bm2 scortiar.
scripsi scorticar. Bm2 sordiscar. uel stortisar. 5 16 adam eras. B et
euae (eue B) corpora intelligantur B (del. m2) S 17 ergo] igitur S
19 inobed. DBS de om. A paradi(y D)si AD 21 unde] ne AD
23 super] in D 25 tullerat A

aut quae corpora contegebat Adam et Eua foliis ficus, post-
 4 quam comederunt de arbore uetata? quis autem patienter ferat
 Origenem lubricis argumentationibus resurrectionem carnis
 huius negantem, sicut declarat manifestissime in uolumine
 Explanationum primi psalmi et in aliis multis locis? aut quis 5
 audiat in tertio caelo donantem nobis Origenem paradysum et
 illum, quem scriptura commemorat, de terra ad caelestia
 transferentem et omnes arbores, quae scribuntur in Genesi,
 allegorice intelligentem, scilicet quod arbores angelicae forti-
 5 tudines sint, cum hoc ueritas non recipiat? neque enim dixit 10
 scripturam diuina: 'deposuit Adam et Euam in terram', sed:
 eiecit eos de paradiso; et: habitare fecit contra para-
 disum, et non 'abiecit eos sub paradiso'; et: posuit rum-
 pheam flammeam et cherubin custodire introitum
 ligni uitae, et non 'ascensum'; et: fluuius egreditur ex 15
 Eden, non dixit 'descendit ex Eden'. iste diuiditur in
 quattuor principia: nomen uni Phison et nomen
 6 secundi Geon. ego, ego uidi aquas Geon, aquas, quas his
 oculis carnis aspicerem. iste est Geon, quem Hieremias demonstrat
 dicens: quid uobis et uiae Aegypti, ut bibatis aquam 20
 Geon turbidam? bibi et de magno flumine Euftrate aquas
 simpliciter, quas manu tangerem et ore sorbirem, non aquas

1 cf. Gen. 3, 7 12. 13 *Gen. 3, 24 15 *Gen. 2, 10—11. 13
 20 *Hier. 2, 18

1 aut] ut AD quae] quid A (ex qui m2) contegebant Ap.c.m2
 2 commed. AS uetata Aa.c.m2D uetita cet. 5 pr. ps. expositionum S
 6 audeat AD donante D 8 transferente D et B in mg. m2
 arboris Aa.c.m2D genesi si AD genesi sic s 9 intellegentes AD
 quod scilicet s arboris Aa.c.m2D fortitudinis AD 10 recipiet AD
 11 dep.] add. deus s 12 fecit] add. eos s 13 pr. et om. s et non
 in ras. m2B abiecit in ras. m2B adiecit AD eiecit S ait s eos om. s
 rompheam Ap.c.m2BS 14 flameam B cherubim s 15 et non] non
 dixit s egrediebatur s 16 pr. et alt. edem AS 17 physon S fison A
 18 secundo Ba.c.m2 secum i Da.c. pr. ego—Geon om. S ecce ego B ego s
 quas in mg. B 19 carnis oc. s aspicerem D aspexi s iherem. S ierem. B
 20 uiuatis D 21 uiui D eufraten ADB euffraten S 22 manu] add.
 potes s tangere Ds et om. s sorbire D sorberem ABp.c.m2S sorbere s

spiritales. ubi autem flumina sunt et aquae, quae uidentur et
 bibuntur, ibi consequens est. quod et ficus et alia ligna, de
 quibus dicit deus: ex omni ligno, quod est in paradiso,
 comedes, similia sunt fluminibus et aquis. si autem aqua,
 5 quae cernitur, uere aqua est, necesse est, ut et ficus uera sit
 et alia ligna et Adam uerus statim a principio plasmatus in
 corpore sicut Eua et non in phantasmate et post ruinam, ut
 uult Origenes, propter peccatum postea corpus acceperit. sed 7
 dicis: 'legimus, quod sanctus Paulus raptus sit usque ad tertium
 10 caelum et usque in paradisum'. bene dicis: quando ponit 'tertium
 caelum' et postea addidit 'et in paradisum', ostendit alibi esse
 caelum et alibi paradisum. illas uero praestigias quis non sta-
 tim abiciat atque contemnat dicente Origene de aquis, quae
 super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines
 15 quasdam angelicae potestatis, et rursum aquas, quae super
 terram sunt, hoc est sub firmamento, esse uirtutes contrarias,
 id est daemones? et quomodo legimus in diluuiio apertas cata-
 ractas caeli et aquas inundasse diluuii, unde aperti sunt
 fontes abyssi et totus mundus opertus est aquis?
 20 6. Heu furor hominum iunctus stultitiae, qui reliquerunt
 illud, quod in Pronerbiis dicitur: audi, fili, sermonem
 patris tui et ne abicias legem matris tuae, et con-

3 *Gen. 2, 16 9 cf. II Cor. 12, 2—4 13 cf. Gen. 1, 7 17 cf.
 Gen. 7, 17—24 21 *Prou. 6, 20

1 spiritalis *Aa.c.m2D* spirituales *B* et aquae, quae *scripsi* et aquae
S et quae *A* quae et *D, B* in *ras. m2* 2 uiuuntur *D* ligna] *add.*
 sint *ς* 3 par. dei *S* 4 comedes *S* comedis *AD* sunt] *add.*
 lignis aliis et arboribus, sicut flumina similia sunt *ς* 5 et *om. S* 6 *alt.*
 et in *ras. m2 B* uero *A* plasmatis *Ba.c.m2* 7 sicut] *add.* et *ς*
 non in *in ras. m2 B* *nrm AD* non istum *S* phantasmate (*smate in ras.*
m2 B phantasmata (*alt. ta exp.*) *A* phantasmaticum *S* 8 origenis *Aa.c.m2D*
 accepit *ADB* 10 terc. cael. ponitur (pon. s. l. *m2 B* 11 addit *ς alt.*
 et *om. BS* in *om. B* 13 contemnat *BS* 14 fortitudinis *Aa.c.m2D*
 16 terras *Ba.c.m2* uirtutis *Aa.c.m2D* 17 cater. *Aa.c.m2* cathar. *BS*
 18 inundare *A* aperte *D* 19 abissi *A* (*ss ex s m2 BS* operatus
Aa.r. apertus *B* 20 heu] et *AD* o *ς* iunctus *A* (*n exp.*), *Ba.c.m2*
 22 abic.] dimittas *S*

uersi sunt ad errorem et dicunt stulto, ut princeps sui sit, nec contemnunt res fatuas, quae dicuntur a fatuo, sicut scriptura testatur: fatuus autem fatua loquitur, et cor
 2 eius uana intellegit! unde obsecro te, dilectissime, et quasi meis membris parcens propter caritatem, quam in te
 habeo, precor scribens et orans, ut impleas illud, quod dicitur: nonne odientes te, domine, odiui et super inimicos
 tuos tabescebam? inimica et digna odio Origenis uerba
 sunt et deo repugnantia et sanctis eius, et non ista sola, quae
 dixi, sed et alia innumerabilia; neque enim nunc mihi propo-
 3 situm est aduersum omnia Origenis dogmata disputare. nihil
 mihi subripuit Origenes nec in mea generatione fuit nec propter
 aliquas res mundi et hereditatem odium aduersum illum
 pugnasque suscepi, sed — ut simpliciter fatear — doleo et
 ualde doleo uidens plurimos fratrum et eorum praecipue, qui
 4 professionem habent non minimam et in gradum quoque
 sacerdotii maximum peruenerunt, eius persuasione deceptos
 et peruersissima doctrina cibos factos esse diaboli; in quibus
 completum est illud, quod dicitur: super omnem munitio-
 nem ludet et escae eius electae et congregabit sicut
 5 harenam captiuitatem. te autem, frater, liberet deus et
 sanctum populum Christi, qui tibi creditus est, et omnes fratres,
 qui tecum sunt, et maxime Rufinum presbyterum ab heresi Ori-
 genis et aliis heresibus et perditione earum. si enim propter unum
 uerbum aut duo, quae contraria fidei sunt, multae hereses
 6 abiectae sunt ab ecclesia, quanto magis hic inter hereticos
 habebitur, qui tantas peruersitates et tam mala dogmata contra

1 cf. Esai. 32, 5 3 *Esai. 32, 6 7 *Ps. 138, 21 19 *Hab. 1, 10. 16. 9

1 et om. D suus Ba.c.m2 2 contempnunt *codd.* res] res si D
 fatuatas ζ 3 testantur (n *eras.*) A et cor] iecor D 4 uana in
 ras. m2 B 5 membris meis B 7 domine] & S 8 indigna D
 9 sancti D 11 aduersus B 12 origenis Aa.c.m2D 13 odia (*ex*
odiui m2) A aduersus BS 17 persuasionibus ζ deceptus D
 18 cibus factus D 20 ludet et congregabit *scripsi* ludit et congregauit
codd. 21 arenam A aream B area S 23 ruffinum ζ ab bis A here-
 sim Aa.c.D 24 ab aliis B 27 habebatur Aa.c.m2D tam] tanta Ba.c.

fidem adinuenit, dei et ecclesiae hostis extitit! inter multa 5
 enim mala etiam illud ausus est dicere, perdidisse imaginem
 dei Adam, cum hoc in nullo penitus loco scriptura significet.
 si enim ita esset, numquam omnia, quae in mundo sunt, ser-
 uirent semini Adam, id est uniuerso generi hominum, sicut et
 5 Iacobus apostolus loquitur: omnia domantur et subiecta
 sunt naturae humanae. numquam enim uniuersa subiecta
 essent hominibus, si non haberent homines iuxta id, quod
 uniuersis imperent, imaginem dei. coniungens autem atque 6
 10 consocians scriptura diuina gratiam benedictionis, quam Adam
 donauerat, et generationibus, quae ex eo erant, ne qui forsitan
 maligna interpretatione auderent dicere uni datam gratiam dei
 et illum solum factum esse ad imaginem dei, qui plasmatus
 esset ex humo, et uxorem eius, eos uero, qui conciperentur
 15 in utero et non ita nascerentur ut Adam, dei non habere ima-
 ginem, statim per ordinem iungit et dicit: et uixit Adam
 annos CCXXX et cognouit Euam, uxorem suam, et
 peperit ei filium iuxta speciem et iuxta imaginem
 eius et uocauit nomen eius Seth. rursumque in decima 7
 20 generatione post annos HCCLXII uindicans deus imaginem suam
 et ostendens, quod gratia, quam dedisset hominibus, perseue-
 raret in eis, ait: ne comederitis carnem in sanguine:
 ego enim ulciscar sanguinem uestrum de manu

4 cf. Gen. 1, 28 6 *Iac. 3, 7 13 cf. Gen. 1, 27. 2, 7. 21—22
 16 *Gen. 5, 3. *4. 1 22 *Gen. 9, 4—6

1 dei] denique ζ existit B 5 et *om.* S 7 hum. nat. ζ 8 ho-
 mines] hominis D 9 imperarent ζ 10 conso.ans (ci s. l. $m2$) B 11 do-
 nauerit AD 12 grat.—humo] *partim in rasura partim in margine*
 $m2$ B 13 et—dei *om.* S (*procul dubio etiam $Bm1$*) esse *om.* B
 qui] quia AD 14 esse AD ex *om.* S uxori *Ba.c.m2S* eius]
add. quam creasset de costa uiri ζ 15 non s. l. $m2$ B haberet S
 16 dicit] dixit S 17 ducentos triginta annos ζ annis A 19 sedh A
 20 HCCLXII AS duo milia CCLXII D, B (duo mil. *add. $m2$*) bis mille
 ducentos quadraginta duos ζ 21 gratiam AD perseueret B 22 nec A
 comederitis A (ri *ex re $m2$*) D com(m m) S edetis BS cum sanguine
 D in sanguinem ζ

omnis hominis effundentis illum, quia ad ima-
 8 ginem dei feci hominem. nec non post alteras decem
 generationes usque ad Abraham et ab Abraham usque ad
 Daudid alias generationes XIII, quae XXIII generationes
 simul faciunt annos IICXVII, spiritus sanctus in tricesimo 5
 octauo psalmo, cum quereretur de omnibus hominibus, quod
 in uanitate ambularent et peccatis essent obnoxii, loquitur:
 uerumtamen in imagine perambulat omnis homo.
 9 nec non post Daudid etiam sub Salomone, filio eius, legimus
 tale quiddam super dei imagine nominatum. dicit enim 10
 in Sapientia, quae titulo eius scribitur: creauit incor-
 ruptum hominem et imaginem suae proprietatis
 dedit ei. et rursum post annos mille CXI plus minus in
 nouo legimus testamento, quod non perdiderint homines ima-
 10 ginem dei. Iacobus enim, apostolus et frater domini, cuius 15
 et supra meminimus, instruit nos, ne Origenis laqueis capiamur,
 habere hominem imaginem et similitudinem dei. nam
 cum de lingua hominum latius disputasset, adiecit: instabile
 malum: in ipsa benedicimus deum et patrem et in
 ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem 20
 11 dei conditi sunt. Paulus quoque, uas electionis et qui
 doctrinam euangelicam sua praedicatione conpleuit, docet nos,
 quod homo ad imaginem et similitudinem dei conditus sit,

8 *Ps. 38, 7 11 *Sap. 2, 23 18 *Iac. 3, 8—9 21 cf. Act. 9, 15

1 illud AD 3 et] usque (eras.) et (corr. ex a) S et ab Abr. in mg.
 m2 B 4 daut S gnationes S XIII S XXIII] quattuor S
 5 annis Aa.c.m2 anni D, om. S IICXVII B IICX et VII S II (duo
 milia D bis mille S) centum decem et septem AD S trice(n A) simo
 octauo AD XXXVIII BS 6 de in ras. m2 B cum S 8 imaginem D
 imagine dei BS perambulant A 9 sub s. l. m2 B 10 imaginem
 AD ymagine B 11 quae] qua et D iuscribitur Bp.c.m2 creauit]
 add. deus S hom. inc. D 12 et im. in mg.m2 B 13 anni D
 mille om. AD CCCXI uel millenos centenos undenos S 14 perdiderunt
 BS homines om. S 15 dei s. l. B 16 instruet Aa.c.m2D instruat
 Bar. ne (s. l.) in S 18 hominis S altius B 19 ipsa quippe S
 pr. et om. S 22 doct. et eu. B 23 sim. et im. S et corr. ex di D

dicens: uir non debet nutrire comam, cum gloria et imago dei sit, imaginem simpliciter suo appellans nomine, similitudinem autem gloriae appellatione significans.

7. Pro tribus igitur testimoniis, quae tibi, de scriptura
 5 sancta si repperirem, dicebas posse sufficere, ecce septem
 testimonia dedimus. quis ergo sustinebit Origenis ineptias?
 ut non grauius aliquid loquar et similis efficiar uel ipsi uel
 discipulis eius, qui audent in periculo animae suae adserere,
 quodcumque eis in buccam uenerit, et magis iubere deo
 10 et non ab eo uel orare uel discere ueritatem. quidam enim 2
 eorum dicunt, quod imago, quam prius accepit Adam, illo pec-
 cante perierit; alii suspicantur, quod filius dei corpus habiturus
 esset ex Maria, ipsam esse imaginem, alii sensum, alii uirtu-
 tem, isti baptisma, hi, quod homo ad imaginem dei dominetur
 15 omnibus, ebriorum more haec uel illa ructantes, quos oportebat
 tantum effugere discrimen nec negare, quae loquitur deus,
 et credentes simpliciter saluos fieri deoque concedere donati-
 onis suae certam et ueram scientiam, in qua potissimum parte
 homines condiderit ad imaginem et similitudinem suam; qui
 20 haec relinquentes multis se quaestionibus implicarunt et per
 has in caenum demersi sunt peccatorum. nos autem, dilectis- 3
 sime, credimus his, quae locutus est dominus, et scimus, quod
 in cunctis hominibus imago dei permaneat, ipsique concedimus

1 *I Cor. 11, 7

1 *dicens in mg. m2 B* dei sit et imago *S* 2 app. suo *g* 3 gloriae] gloriaene *D* gloriae sua (ex suae) *A* 4 si de scr. s. *g* 5 rep. *BS* superficere *D* 7 gratius *AD* 8 discipuli *Aa.c.* in] cum *Engelbrecht* 9 quod cum *A* (cum *del. m2*) et] et non *BS* 10 ab eo] habeo (*h exp. A*) *AD* orare (*o in ras. 2 litt. m2*) *B* errare *cet.* enim *om. BS* 11 imago dei *g* quem *AD* 12 corpus, quod fil. dei *g* hab.] quod (*s. l. m2*) hab. *A* 13 ipsum *g* (*sed* quod—corpus *attractione dictum est pro* corpus, quod) *imag.] add. conditoris, nonnulli animam esse ima-* ginem *g* 14 hi] illi *BS* dei] *add. conditus in mg. m2 B* 15 hebre- orum *D* hebriorum *A* (*i ex e m2*) *B* 16 quae] quod *BS* 17 deoque *Bp.c.m2* ideoque *cet.* dampnationis *S* 18 certam *Bp.r.* certamen *cet.* 19 hominis *Aa.c.m2D* 21 cenum *DBS* peccatore *Ba.c.* uos *Aa.c.m2*

nosse, in qua parte homo ad imaginem dei conditus sit. sed neque illud, quod quidam in epistula Iohannis legentes non intellegunt, quemquam decipiat, ubi loquitur: nunc filii dei sumus et nescimus, quales futuri sumus. nouimus autem, quia, cum ille reuelatus fuerit, similes ei
 4 erimus. uidebimus enim eum, sicuti est. hoc enim propter gloriam, quae ibi reuelanda est sanctis eius, dictum est, sicut et in alio loco legimus: a gloria in gloriam; cuius gloriae iam in isto saeculo sancti arrabonem et portunculam susceperunt: primus Moyses, cuius fulsit facies ualde
 5 batur. hoc autem, quod in paucis diximus, de omnibus intellegendum, ut inpleatur illud, quod scriptum est: omnis, qui
 15 sanctificat semetipsum, inter beatos numerabitur. beati enim mundo corde, quia ipsi deum uidebunt.

8. Cum haec ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam et desine circa nos murmurare; dicit enim scriptura diuina: nolite murmurare ad inuicem, sicut quidam
 20 murmurauerunt et a serpentibus perierunt. magis adquiesce ueritati et dilige diligentes te et ueritatem. deus autem pacis praestet nobis iuxta suam clementiam, ut conteratur satanas sub pedibus Christianorum et abiciatur omnis

3 *I Ioh. 3, 2 8 *II Cor. 3, 18 10 cf. Ex. 34, 29—35 11 cf. IV Reg. 2, 11 12 cf. Act. 6, 15 15 ? 17 *Matth. 5, 8 20 *I Cor. 10, 9—10 23 cf. Rom. 16, 20

2 non int. om. S 6 enim eum om. D 7 propter D 8 gloria] gloriam D 9 arab. Aa.c.m2D arab. B 10 primus eorum S moises S 11 fulgur Ap.c.m2DB aut] et S sec.] sed B elias A 13 lapidatur AD omnibus B omnibus Aa.c.m2 hominibus cet. 14 est int. B int. est S 16 se ipsum S 17 quoniam BS 18 habent Aa.c.m2 custodi—22 dil. te et in mg. m2 B 19 circa] contra S murmu(oA) rari Aa.c.m2D 20 quidem Aa.c.m2D 22 dilige] diligens AD dilige nos S alt. et] ut Da.c. 24 sathanas ABS

ocasio peruersa, ne scindatur in nobis uinculum caritatis et pacis et rectae fidei praedicatio.

9. Praeterea — quia audiui quosdam murmurare contra me — quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui uocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, et uenissem ad uillam, quae dicitur Anablata, uidissemque ibi praeteriens lucernam ardentem et interrogassem, qui locus esset, didicissemque esse ecclesiam et intrassem, ut orarem, inueni ibi uelum pendens in foribus eiusdem ecclesiae tinctum atque depictum et habens imaginem quasi Christi uel sancti cuiusdam; non enim satis memini, cuius imago fuerit. cum ergo hoc uidissem, in ecclesia Christi contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud et magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, ut pauperem mortuum eo obuoluerent et efferrent. illique contra murmurantes dicere: 'si scindere uoluerat, iustum erat, ut aliud daret uelum atque mutaret.' quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum et ilico esse missurum. paululum autem morarum fuit in medio, dum quaero optimum uelum pro eo mittere; arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. nunc autem misi, quod potui repperire, et precor, ut iubeas presbytero ipsius loci suscipere uelum a lectore, quod a nobis missum est, et deinceps praecipere in ecclesia Christi istius modi uela, quae contra religionem nostram ueniunt, non adpendi. decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem et uti scrupulositate, quae

3 quia *eras. B, om. S* murmu(oAm)l)rari *Aa.c.m2D* 4 quia
 quando *S* simul *s. l. D* 5 ubi *ASa.r.* 6 anablatha *S* 7 quis *B*
 quid *D* locutus *Aa.c.m2D* 8 essem *Da.c.* esset ecclesia *D*
 9 ei. in for. *B* 10 depinctum *Aa.c.D* xpiani *Bp.c.m2* 12 uid.]
add. et detestatus essem *S* 13 scindi *Ba.c.* 14 cons(scS)ilium dedi
BS 15 eum *Aa.c.m2D* offerrent *Ba.c.m2* illicque *B* dicere
scripsi dicerent *codd.* dixerunt *S* 16 darem *S* uelum *om. B* 18 esse
s. l. m2 B comissurum *B* 19 obtimum *AB* mittere pro eo *S*
 eo] eum *Aa.c.m2* 20 cipro *BS* 21 repperire *DBS* et nunc precor *B*
 p[ro]bros *S* ipsius] eiusdem *S* 22 latore *S* (fortasse recte) qui—missus
Ba.c.m2 23 legionem *Aa.c.m2* 25 et uti *scripsi* et *B* (ut *m2*) ut *ADS*
 scrupulositatem tollat *BS*

digna est ecclesiae Christi et populis, qui tibi crediti sunt. Palladium nero Galatam, qui quondam carus nobis fuit et nunc misericordia dei indiget, caue, quia Origenis heresem praedicat et docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad peruersitatem sui inducat erroris.

5

1 indigna *BS* ecclesia *g* populi *S* tibi *om. D* 2 paladium *S* uere *g* galatham (-an *S*) *BS* nob. car. *S* 3 dei mis. *BS* indigit *AD* heresim orig. *S* heresim *Ap.c.m2D* (*ex herem m2*) *S* 5 err.] *add. opto, ut ualeatis in domino g explicit ad iohannem D <*

LII.

AD NEPOTIANUM PRESBYTERUM.

1. Petis, Nepotiane carissime, litteris transmarinis et crebro
 petis, ut tibi breui uolumine digeram praecepta uiuendi et,
 5 qua ratione is, qui saeculi militia derelicta uel monachus
 coeperit esse uel clericus, rectum Christi tramitem teneat, ne

ε = *Parisinus nou. acq. lat. 446 s. VI (continet p. 417, 5
 adulescentia—12 metit; 422, 11 mensulam—15 pessimae;
 430, 9 uestes—14 gloriari; 431, 9 nec rusticus—13 pecca-
 tricem; 434, 2 numquam uinum—4 propinare; 434, 10
 quidquid—436, 12 per noctem).*

G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII (a p. 426, 13 doceas
 usque ad finem; exciderunt p. 432, 1—riola—437, 9 pr.
 aut).*

K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*

H = *Monacensis lat. 6299 s. VIII—IX.*

P = *Cenomanensis 126 s. IX.*

Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*

D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*

N = *Casinensis 295 s. X.*

k = *Vaticanus lat. 650 s. X.*

Υ = *Augustodunensis 17 A s. X (usque ad p. 422, 5 sus-
 tentor).*

B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

2 ad nepotianum *ε* ad nepotianum quomodo (comodo *K*) in clericatū
 (-to *Υ*) uiuere debeat *KΥ* incipit eius ad quendam. incipit ep̄ hiero-
 nimi ad nepotianum *H* eiusdem ad nepoc(t s. l.)ianum presbi(y s. l.)te-
 rum *P* ep̄la ad nepotianum p̄br de institutione clericatus *Σ* epistola
 (om. *k*) sancti hieronimi presbyteri (om. *k*) ad nepotianum p̄brum de uita
 clericorum et monachorum (add. liber praeceptorum *k*) *Dk* ep̄la hier̄ p̄bri
 ad nepotianum de uita uel habitu clericorum *N* iheronimi ad nepotianum
 de institutione (sic) clericorum *B*; titulus cum initio epistulae periit in *G*;
Hieronimi nomen exhibent tituli in HDNkB 3 ante Petis praemit-
 tunt hieronimus nepotiano suo salutem *Σ* hieronimus fratri nepociano
 p̄bro *B* petis a me *HΣDNkB* car.] add. et (eras.) *K* et s. l.
m2K 4 breuē *H* 5 his *HN* uel mon. om. *N* 6 ceperit *Σa.c.NB*
 uel om. *N* nec *HDk, ΣBa.r.*

ad diuersa uitiorum diuerticula rapiatur. dum essem adulescens,
 immo paene puer, et primos impetus lasciuientis aetatis heremi
 duritia refrenarem, scripsi ad auunculum tuum, sanctum Helio-
 dorum, exhortatoriam epistulam plenam lacrimis querimoniisque
 2 et quae deserti sodalis monstraret affectum. sed in illo opere 5
 pro aetate tunc lusimus et calentibus adhuc rhetorum studiis
 atque doctrinis quaedam scolastico flore depinximus. nunc iam
 cano capite et arata fronte, ad instar boum pendentibus a mento
 pallearibus

frigidus obsistit circum praecordia sanguis. 10
 unde et in alio loco idem poeta canit:

omnia fert aetas, animum quoque

et post modicum:

nunc oblita mihi tot carmina, uox quoque Moerim
 iam fugit. 15

2. Quod ne de gentili tantum litteratura proferre nideamur,
 diuinorum uoluminum sacramenta cognosce. David annos natus
 septuaginta, bellicosus quondam uir, senectute frigente non

8 cf. Verg. Aen. VII 417 cf. Verg. Georg. III 53 10 Verg.
 Georg. II 484 12 Verg. Buc. IX 51 14 Verg. Buc. IX 53—54
 17 cf. III Reg. 1, 1—4

1 deuert. *N* dum—*p.* 421, 4 erudiat *om.* *N* dum] cum *H* 2 ymmo
Σ et (*s. l. m2 K*) *KΨ* aetate *Pa.c.* herimi *K* hermi *H* 3 duri-
 tiam *K,ka.r.* refrenarem (*ex* *effr.*) *m2 H* refrenaram *ex* refrenatione
m2 D hiliodorum (*io ex i*) *K* helidorum *H* eliodorum *P* (*i ex e*)
ΣkB 4 exortatoriam *P* (*ex -iun*) *ΣB* exhortariam *Hka.c.* 5 de+++serti
P diserti *K* adfectum *H* 6 tunc lus.] conclusimus *D* lusi+mus *K*
 calenti *D* reth. *HΣDk* ret. *Pa.c.B* 7 adque *KH.Σa.c.* scol.
codd. schol. Σ depinximus *ΣDa.c.m2* iam] autem *in ras. m2 k*
 8 cano *s. l. Σ* cano *Pa.c.* cano iam *kp.c.m2* arata] *add.* rugis *ΣDkB*
 ad *om. H* et *P* et ad *ΣDk* bouum *Σ* pudent. *P* pudent. *H* 9 pal-
 learibus *H,Pa.c.* 10 obstitit *K* 12 fert *ex* ferit *m2K* aetas *s. l. Σ*
 14 carm.] *add.* musae *Σ* (*s. l., del.*) *k* quoque] que *K* Moer. iam]
 moemiam *D* miriam *Ψ* memoria *H* moerim *Σ* moeri *P* merim *kB*
 myrim *K* moerin *Σ* 15 iam *s. l. B* fugit] *add.* ipsa *ΣDkB* 16 de
om. KHkΨ gentile *K* 17 per diu. *B* uol. *om. P* dauit *P*
 annus *H* annorum *B* sept. nat. *B* 18 uir bell. *q. B* frigente
HB,P in *mg.* frigescente *ΣDk* frigida *KΨ*

poterat calefieri. quaeritur itaque puella de uniuersis finibus
 Israhel Abisag Somanitis, quae cum rege dormiret et senile
 corpus calefaceret. nonne tibi uidetur, si occidentem sequaris
 litteram, uel figmentum esse de mimo uel Atellanarum ludicra?
 5 frigidus senex obuoluitur uestimentis et nisi complexu adule-
 scentulae non tepescit. uiuebat adhuc Bersabee, supererat Abigea 2
 et reliquae uxores eius et concubinae, quas scriptura comme-
 morat: omnes quasi frigidae repudiantur, in unius tantum
 grandaeuus calescit amplexibus. Abraham multo Dauid senior
 10 fuit et tamen uiuente Sarra aliam non quaesiuit uxorem; Isaac
 duplices Dauid annos habuit et cum Rebecca iam uetula
 numquam refrixit; taceo de prioribus ante diluuium uiris, qui
 post annos nongentos non dico senilibus, sed paene iam cari-
 osis artubus nequaquam puellares quaesiere complexus; certe
 15 Moyses, dux Israhelitici populi, centum uiginti annos habebat
 et Sephoram non mutauit.

3 cf. II Cor. 3, 6 15 cf. Deut. 34, 7

1 calefiere (ie *ex* i) *K* caleferi *ka.c.* itaque *om.* *P* filiis *ΣDk*
 2 *ysr* *B* israhel (t *eras.*) *K* abisac *KΣkΨ* abysac *B* abisai *D* so-
 manitis *H* sumanites *K* sunamites *Ψ* sunamitis *P* (*ex* sanamitis) *ΣDk*
 sunamitis nomine *B* qui *H* 3 non *Ka.c.H* 4 atillan. *KΨ* athellin.
H catilin. *k* attellariorum *in ras.* *m2B* ludrica *Pa.c.ΣD* lidigra *H*
 5 frigidus *H* senes *Ka.c.m2DB* senis *HΣ* sene *Ψ* amplexu *Σ*
 adulisc. *KHPΨ* adolesc. *B* 6 bersabee *K* bersabaeae *DkΨ* bersabae
H,Σ (*corr.* bethsabae *m2*) bersabe (r *ex* t) *B* bhetsabe et *P* bethsabae *ς*
 abigea *Ka.c.m2* abigal *Kp.c.m2H* abigail *cet.* 7 eius *s. l.* *m2B* qui (*exp.*)
P, om. *ΣDk* 8 et in *PΣDkB* tant.] adolescentule tant. *Bp.c.m2*
 tant. adolescentulae *ς* 9 grandebus *D, om.* *H* caliscit *H* am-
 plexus *P* anpleximus *H* 10 tamen *ex* tum *Σ* uidente *Pa.c.* sara *P*
 isac *K,Ψp.r.* isahac (h *exp.*) *P* ysahac *B* 11 annus (*ex* ann *m2*) *H*
 et cum *s. l.* *P* cum *s. l.* *m2B* 12 refrixerit *P* refriguit *B* friguit *ς*
 13 senibus *H* sed] *add.* ne (*del.*) *k* iam pene *H* iam *om.* *P*
 carios. (*ar in ras.* *m2*) *B* curios. *Σ* curuos. *D* coros. *k* 14 artibus
H,Σa.c. quaesiuere *ΣDk* complexos *H* amplexus *B* 15 israheli-
 tici *K* CXX *HΣDk* cent. et uig. *ς* annus *H* hebebat *Ka.c.m2*
 16 sepphor. (*ex* seppor.) *P* seffor. *KΨ* sefor. *B* mutabit *Σa.c.*; *add.*
 uxorem *s. l.* *m2B*

3. Quae est igitur ista Somanitis uxor et uirgo tam feruens, ut frigidum calefaceret, tam sancta, ut calentem ad libidinem non prouocaret? exponat sapientissimus Salomon patris sui delicias et pacificus bellatoris uiri narret amplexus: posside sapientiam, posside intellegentiam. ne obliuiscaris et ne declinaueris a uerbis oris mei et ne dereliqueris eam et adprehendet te; ama illam et ser-uabit te. principium sapientiae: posside sapientiam et in omni possessione tua posside intellegentiam; circumda illam et exaltabit te; honora illam et amplexabitur te, ut det capiti tuo coronam gratiarum, corona quoque deliciarum protegat te. omnes paene uirtutes corporis mutantur in senibus et increscente sola sapientia decrescunt ceterae: ieiunia, chameuniae, huc illucque discursus, peregrinorum susceptio, defensio pauperum, standi in oratione perseuerantia, uisitatio languentium, labor manuum, unde praebentur elemosynae, et, ne sermonem longius traham, cuncta, quae per corpus exercentur, fracto corpore minora fiunt. nec hoc dico,

4 *Prou. 4, 5—9

1 ista ig. *HD* soman. *H* suman. *K* sonam. *Σa.c.* sunamites *P* sunam. *cet.* 2 et tam *B* 3 salamon *HΣ* solomon *K* 4 dilic. *K,Σ* (delit. *m2*) dilit. *HY* diuit. *D* 5 intell.] *add.* et *s. l. m2B* 6 *pr.* et ne] neque *k* declines *kB* *alt.* et ne *KY* ne *cet.* neque *ς* derelinqueris *H,ΣΨa.r.* derelinquas *kB* 7 eam] illam *ς* adpraeendet (*ex -dat*) *P* adpraehendit *K* seruauit *H* exaltabit *k* exaltauit *D* 8 sapientiam] sapientia *H* 9 et *om.* *H* intell. *Σ* *in mg.* (sapientiam *in t.*) 11 eam *H* 12 gratiam *H* dilic. *Σa.c.m2* delit. *ka.r.B* dilit. *H* protegat (*a in ras. m2*) *B* proteget *ΣDk* 13 omnes] quoniam *D* mutatur *H* 14 sensibus *Σ,Ba.c.* *incresc.* *KY* *cresc. cet.* *cet.*] *add.* uires *s. l. m2B* cetera *ΣDk* 15 ieiuniae *K,Ψa.c.m2* crebra ieiunia *k* ieiunia uigilia *H* ieiunia uigiliae et eleemosynae *ς* chamaeun. *P* cameun. *K,Ψ* (cameon. *m2*) cameniae (-ie) *Σ* (*i eras.*) *DB, om.* *H* decursus *D* 16 defensi *H* standi *in or.*] instantia orationum et (*et om. ς*) *ΣDkBς* orationem *KY* 17 manum *H* ele(y*H*)mosinae *H,Σa.c.kY* elymosynae *Pa.c.* helemosy(i*B*)ne *DB* eleemosynae *ς* 18 sermone *Σk* longis *Ka.c.m2* protraham *Σp.c.m2* 19 fiant *k*; *add.* necesse est *Km2kY* hec *B*

quod in iuuenibus et adhuc solidioris aetatis, his dumtaxat, qui labore et ardentissimo studio, uitae quoque sanctimonia et orationis ad deum frequentia scientiam consecuti sunt, frigeat sapientia, quae in plerisque senibus aetate marcescit. 5 sed quod adulescentia multa corporis bella sustineat et inter incentiua uitiorum et carnis titillationes quasi ignis in lignis uiridioribus suffocetur et suum non possit explicare fulgorem. senectus uero — rursus admoneo — eorum, qui adulescentiam 4 suam honestis artibus instruxerunt et in lege domini meditantur sunt die ac nocte, aetate fit doctior, usu tritior, processu temporis sapientior et ueterum studiorum dulcissimos fructus metit. unde et sapiens ille Graeciae, cum expletis centum et septem 5 annis se mori cerneret, dixisse fertur dolere, quod tunc egrederetur e uita, quando sapere coepisset; Plato octogesimo et

9 cf. Ps. 1, 2 12 cf. Cicero Tusc. disp. III 69 14 cf. Cicero Cato maior 13

2 laborem *Ka.c.Ψ* ardentissimum studium *KΨ* sanctimonia *K*
 3 orationes *KΨ* dominum *D* dominum ihm *k* frequentiam *KΨ*
 non frigeat *k* uegeat *H* 4 pler.] quibusdam *KΨ* sensibus *af*
in mg. Σ cum aetate *Pp.c.* marcescit *KΣa.c.* marescit *II*
 5 adul.—et] multa corporis bella sustenit (-tinet *m2*) adule(*ex i m2*)-
 scentia et ita incipientia iobenibus *ε* adulisc. *ea.c.m2KHP,Ψa.c.m2*
 adolesc. *DkB,Ψp.c.m2* sustinet bella *ΣDkB* sustenit *ε* (-tinet
m2) sustinuit *Pa.c.* interter *P, om. k* 6 incentiuas *H* et *om. H*
 titillationis *ε* 7 uiridioribus *K* (*ex uiridibus ori m2*) *Ψ* uiridibus
cet. suffocatur *ε* et] ut *ΣDB* potest *ε* explere *ΣB*
 seruare *εP* fulgurem *ε* feruorem *II* 8 uero *om. Ψ* rurs. adm.
om. εΣB qui] si tamen *ε* adulisc. *εKHP,Ψ* (*ex adolesc. m2*)
 adolesc. *kB* 9 artibus *KΨ* actibus *ΣDkB* intrux. *ea.c.P* et—
 nocte *om. ε* 10 fit] sit *P* usu—11 sap. *om. H* tritior]
 instructor et *B* 11 et *om. ε* dulcissimum *ε* 12 metet *H,Σp.c.*
 reddit *ε* *pr. et om. k* ille] ille uir *ΣDΨ* uir ille *B* graetiae *K*
 gratiae *H*; *add.* themistocles *k* themostecles *s. l. m2B* themostenes (*n*
ex d) *Σ* themosten *D*; *Hier. nomine non posito de Theophrasto loqui*
conicias coll. Cic. Tusc. disp. III 69 cum] clericum *D* CVII *Hk*
 centum septem *PΣD* centum decem *B* 13 doleret *K* ex dolore *Σ*
 et dolere *D* se dolere *kB* 14 e] a *Σ* LXXXI *D* octogens. *K*
 octuages. *HB* octoginta *Σ* (*ex octuag.*) et uno] primo *k*

uno anno scribens est mortuus; Isocrates nonaginta et nouem annos in docendi scribendique labore conpleuit; taceo ceteros philosophos, Pythagoram, Democritum, Xenocratem, Zenonem, Cleanthem, qui iam aetate longaeua in sapientiae studiis flourerunt: ad poetas uenio, Homerum, Hesiodum, Simonidem, 5 Stesichorum, qui grandes natu cygneum nescio quid et solito 6 dulcius uicina morte cecinerunt. Sophocles, cum propter nimiam senectutem et rei familiaris neglegentiam a filiis accusaretur amentiae, Oedipi fabulam, quam nuper scripserat, recitauit iudicibus: et tantum sapientiae in aetate iam fracta specimen 10 dedit, ut seueritatem tribunalium in theatri fauorem uerteret. nec mirum, cum etiam Cato, Romani generis disertissimus, censorius iam et senex, Graecas litteras nec erubuerit nec desperauerit discere. certe Homerus refert, quod de lingua Nestoris iam 7 uetuli et paene decrepiti dulcius melle oratio fluxerit. sed et 15

1 cf. Cicero Cato maior 13 7 cf. Cicero Cato maior 22 12 cf. Cicero Cato maior 26 14 cf. Hom. II. I 249

1 mort. est HDkΨ,Σ in mg. (om. in t.) socr. Pp.r. et socr. ΣDkB et isocr. Σ 2 labore] dolore laboreque ΣDk sudore laborē B tac. cet. phil.] cet. phil. (add. in mg. praeterco) P 3 pythagoram H pitagoram kB phitagoram KPΣDΨ democretum Σa.c.D xenocraten ΨB xenocraten (ex sen.) Σ senocratem D senocraten P zeno H zenonem et ΣDkB 4 cleantem PkB eleantem ΣD cleaten H cly(iΨ)antem KY 5 omerum ΣB; add. et Σ e(s.l.Σ)siod. ΣDk aesiod. B hysiod. K hisiod. Ψa.c. symonidem K simodem k 6 stesicor. Pp.c.ΣDk stesioer. B stisicor. KY,Pa.c. sterior. H grandis KHY natus KY natu qui Σk cygneum H cyng(cP)neum KP cungneum Ψa.c. cigneum kB solito (alt. o in ras. m2) B solido H,Ψa.r. 7 dulcis Ba.c.m2 uicina iam H sopocles KY soffocles H 8 acus. KH 9 ae(cH)hoeBhePhyKhiΨ)dippi KHPΣDkBΨB 10 tantae Hk iam om. k 11 fau. th. ΣDkB fauore KH conuerteret ΣDkB 12 Cato] add. censorius et (et om. Σ) ΣDkBΣ diss. HDkΨ,B (pr. s exp.) censorius H censorinus KY censor (in mg. m2) B, om.ΣDk 13 et s. l. m2B, om. k senis ex senes Σ gr. litt. om. H pr. nec] non KHY erubuit kB erubuerat greacas litteras H alt. nec] non H desperauerit KY de(iH)sperauit HkB 14 discere post litteras tr. ΣDkB certe (= saltem) cum discere iungendum censet Engelbrecht 15 melli H et s. l. m2B, om. Σk

ipsius 'Abisag' nominis sacramentum sapientiam senum indicat
 ampliorem. interpretatur enim 'pater meus superfluum' uel
 'patris mei rugitus.' uerbum 'superfluum' ambiguum est et in
 praesenti loco uirtutem sonat, quod amplior sit in senibus et
 5 redundans ac larga sapientia, in alio autem loco 'superfluum'
 quasi 'non necessarius' ponitur. 'sag' autem, id est 'rugitus',
 proprie nuncupatur, cum maris fluctus resonant et, ut ita dicam,
 de pelago ueniens fremitus auditur. ex quo ostenditur abun-
 8 dantissimum et ultra humanam uocem diuini sermonis in seni-
 10 bus tonitruum commorari. porro 'Somanitis' in lingua nostra
 'coccinea' dicitur, ut significet calere sapientiam et diuina lec-
 tione feruere; quod, licet dominici sanguinis indicet sacramen-
 tum, tamen et feruorem ostendit sapientiae. unde et obstetrix
 illa in Genesi coccinum ligat in manu Phares, qui ab eo, quod
 15 parietem diuiserat duos ante populos separantem, 'diuisoris,'
 id est 'Phares', sortitus est nomen. et Raab meretrix in typo
 ecclesiae resticulam mysteria sanguinis continentem, ut Hiericho
 pereunte saluaretur, adpendit. et in alio loco de uiris sanctis 9

13 cf. Gen. 38, 27—29 16 cf. Ios. 2, 18. 21

1 abisac *KΣkΨ* abysach *B* nom. ab. *ΣDkB* iudicat *D* 3 super-
 flui *PDkB* est s. l. *m2B* et] sed *ΣDkB* 4 uirtute conat *K*
 5 ac larga s. l. *Σ* 6 nec (*spat. 9—10 litt.*) cessarius *K* cessarius *H*
 sag *P* saga *KΨ* abisag *HD* abisac *k* abisaac (*pr. a exp.*) *Σ* abysach *B*
 7 nunc(c *eras., seq. spct. 4—5 litt.*) cupatur *K* cum] quod *ΣDB*
 quod ut *k* sonant *P* resonat *ΣDkB* et ut *om. H* 9 humanum
 (um *ex i*) *Σ* in sen. d. serm. *ΣDkB* 10 thonitr. *KΣΨ* tonithr. *H*
 commemorari *H* somanitis *H* sumanites *K* sonamitis *Σa.c.* sunamites
P, Σp c., Ψ sunamitis *DkB* 11 coccina *Pa.c.* coccinia (ia *ex a*) *H* di-
 cetur *K. Ψa.c.* sapientia cal. *k* et] et in *H* 12 liceat *H* 13 tamen
ex tum *Σ* obsetrix *KH, ΣΨa.c.* 14 coc(*seq. spat. 22—23 litt.*) cinum *K*
 coccum *H* ligauit *H* fares *KDΨ* fris fares *H* qui] quia *K*
 15 pop. ante *ΣDkB* 16 *pr.* est s. l. *Σ* fares *KHΣDΨ* rahab *B*
 metrix *K* 17 mysterium (mi- *B*) *ΣDkB* hierico *K, Pa.c.* hericho *Σa.c.*
 iherico *B* 18 per.] *add.* domus eius *ΣDB* eius domus *k* app. *ΣDB*;
add. in fenestra *D* in fenestra domus suae in *mg. m2B* et] unde
 etiam *ΣDkB* (*in mg. m2*) unde et *Σ* alio] *add.* etiam (*eras.*) *B*

scriptura commemorat: hi sunt Cinaei, qui uenerunt de Calore domus Rechab. et dominus noster in euangelio: ignem, inquit, ueni mittere in terram et quam uolo, ut ardeat! qui in discipulorum corde succensus cogebat eos dicere: nonne cor nostrum erat ardens in nobis, dum loqueretur in uia et aperiret nobis scripturas? 5

4. Quorsum haec tam longo repetita principio? ne a me quaeras pueriles declamationes, sententiarum flosculos, uerborum lenocinia et per fines capitum singulorum acuta quaedam breuiterque conclusa, quae plausus et clamores excitent audientum. amplectetur me modo sapientia et Abisag nostra, quae numquam senescit, in meo requiescat sinu. inpolluta est uirginitatisque perpetuae et in similitudinem Mariae, cum cotidie generet semperque parturiant, incorrupta est. hinc reor dixisse et apostolum spiritu feruentes et in euangelio dominum praedicasse, quod in fine mundi, quando iuxta prophetam Zachariam stultus pastor esse coeperit, sapientia decrescente refrigerescet caritas multorum. audi igitur, ut beatus Cyprianus 3

1 *I Par. 2, 55 3 *Luc. 12, 49 5 *Luc. 24, 32 7 cf. Cicero de or. III 91 11 cf. Prou. 4, 8 12 cf. III Reg. 1, 2 15 Rom. 12, 11 17 cf. Zach. 11, 15 Matth. 24, 12

1 hii *KHD, Sa.r.* cenei *Ψ* chenei *s. l. m2K, om. cet.* 2 colore *kp.c.* domus *om. k;* *add.* patris *ς* raab *KkΨ* rahab *H* rachab *B* 3 in] super *PΣDkB* et] sed et *KΨ* quam] quem *ΣΨ* quid *kp.c.m2* uolo] *add.* nisi *s. l. m2 kB* 4 corda *H* cordibus *Dk* 5 ard. er. *Σ* 6 in uia—nobis *om. H* 7 quors. haec *in ras. m2B* quor sum *D* quor sunt *Σ* cursum *H* longe *D, Ba.c.m2* repetitam (*m exp.*) *K* repetii *a H* 8 queris *D* puer. *om. P* floscula *KΨ* 9 linoc. *KH, Ψa.c.m2* per *s. l. Σ, om. HB* capitulorum *ΣDB* 10 plausos *KHΨ* excitant et cl. *B* excitant *ΣB* excedent *Ψ* audientum *KPΨ* -tium *cet.* 11 amplectatur *ΣDkB* abisac *KΣDkΨ* abissag *Pa.r.* abysag *H* abysach *B* quae *s. l. Σ* 12 requiescit *H* inpulluta *Ka.c.H* est *s. l. Σ* enim est *ς* uirginitatisquae *Ka.c.* uirginitas quae *Kp.c.Ψ* uirginitasque *Σ* 13 perpetua *K (ex pertua m2) Ψ* et] et quae *ΣDkB* similitudine *ΣkB* cottidie *Σ* 15 *pr. et om. KkΨB* deum *H* 16 finem *PD* zaccariam *K* 17 refrigerescit *H* refrigerescat *ΣDkΨB* refrigerescat (*at ex as*) *K* 18 cipr. *kB*

ait, non diserta, sed fortia. audi fratrem collegio, patrem senio, qui te ab incunabulis fidei usque ad perfectam ducat aetatem et per singulos gradus uiuendi praecepta constituens in te ceteros erudiat. scio quidem ab auunculo tuo, beato
 5 Heliodoro, qui nunc pontifex Christi est, te et didicisse, quae sancta sunt, et cotidie discere normamque uitae eius exemplum habere uirtutum; sed et nostra, qualiacumque sunt, suscipe et libellum hunc libello illius copulato, ut, cum ille te monachum erudierit, hic clericum doceat esse perfectum.
 10 5. Igitur clericus, qui Christi seruit ecclesiae, interpretetur primum uocabulum suum et nominis definitione praelata nitatur esse, quod dicitur. si enim κληρος Graece 'sors' Latine appellatur, propterea uocantur clerici, uel quia de sorte sunt domini uel quia dominus ipse sors, id est pars, clericorum
 15 est. qui autem uel ipse pars domini est uel dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut et possideat dominum et ipse possideatur a domino. qui dominum possidet et cum propheta dicit: pars mea dominus, nihil extra dominum habere potest, quod, si quippiam aliud habuerit praeter dominum,
 20 pars eius non erit dominus. uerbi gratia, si aurum, si argen-

1 Cypr. ad Donatum c. 2 (p. 4, 13 H.) 18 *Ps. 72, 26

1 disserta *Σk, Ba.c.* deserta *H* 2 prouectam *KPΨ* 3 gradus] trados *H* uiu. *om. P* 4 in te *PD* inter *cet.* ab *om. H* beato *om. HB* 5 eliod. *Pa.c.B* hiliod. *K* et *om. KP* 6 sancta *om. H* cott. *HΣΨ* equot. (*c exp.*) *B* uita *Ka.c.m2* te *ΣNkD* eius et *k* exemplo *N* 7 uirt. *ex* uirtutem et *s. l.* doceat *m2Σ* qualia cuncta *H* sunt *om. K* susc. et] suscipiet *K* 8 cum] tum *Σ, om. k* te *s. l. B* 10 interpretatur *HΨ, Σa.c.* 11 primo *HDNkB* dif. *H, B* (*ex deff.*) dif. *ΣD* prolata *k* nitatur] imitetur *P* 12 esse *om. P* si] sic *Bp.c.m2* grece clerus *H* ΚΛΗΡΟΣ *P* cleros *DNkB* clerus *HΣ* clericus *KPΨ* <clerus> κληρος *dubitanter Engelbrecht* grece *om. P* grece et *k* lat. sors *ΣDNkB* 13 uel—domini *om. H* uel *s. l. m2B, om. ΣDNk* 14 ipse dom. *N* id est *om. H* 15 *pr.* est *om. H* qui autem] et quia *ΣDNk, B* (*a eras.*) *pr.* uel] uelud *D* dominum] cum domino *KΨ* 16 *pr.* et] ipse *ΣDNB* et ipse *k* poss.—ipse *in mg. P* 17 ipse *om. Σ* possed. *H* posid. *Σ* possidet (possedit *Σa.c.*) dom. *ΣDNB* et *s. l. m2Ψ, om. K* 18 dicat *D* 20 dom. non er. *KΨ* *alt.* si *in mg. m2B*

tum, si possessiones, si uariam supellectilem, cum his partibus dominus pars eius fieri non dignatur. si autem ego pars domini sum et funiculus hereditatis eius nec accipio partem inter ceteras tribus, sed quasi leuita et sacerdos uiuo de decimis et altari seruiens altaris oblatione sustentor, habens 5 uictum et uestitum his contentus ero et nudam crucem nudus 3 sequar. obsecro itaque te, et repetens iterum iterumque monebo, ne officium clericatus genus antiquae militiae putes, id est, ne lucra saeculi in Christi quaeras militia, ne plus habeas, quam quando clericus esse coepisti, et dicatur tibi: 10 cleri eorum non proderunt eis. mensulam tuam pauperes et peregrini et cum illis Christus conuiuia nouerit; negotiatorem clericum et ex inope diuitem et ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge. corrumpunt mores bonos 4 confabulationes pessimae. tu aurum contemnis, alius 15 diligit; tu calcas opes, ille sectatur; tibi cordi est silentium,

2 cf. Deut. 32, 9 3 cf. Deut. 18, 1-2 5 cf. I Cor. 9, 13 cf. I Tim. 6, 8 7 Verg. Aen. III 436 11 *Hier. 12, 13 14 *I Cor. 15, 33

1 supell. *Pk* suppel. *Σ* subel. *H* suppell. *cet.* his] istis *ΣDk* histis *N* 2 dignabitur *Σ* 3 funiculum *H* accepero (*pr.* e *ex* i) *Σ* partem] hereditatem *Σ* partes *Hk* 5 seruiens et *Σ* obl. sust. *add. m2 reliqua epistulae parte amissa Ψ* 6 uictus *k* uestitum *KN* continentus *H* 7 sequor *Pa.c.D* te s. l. *Σ* reppetens *HB* 8 nec *H* 9 militiam *D* nec *ΣB* 11 cleri eorum] clericorum *Kp.r.ka.c.m2* clerici eorum *HΣDN,B* (*ci eras.*), *kp.c.m2* (*orum eras.*) eis] *in mg. add. m2:* nonnulli enim sunt diciores monachi, quam fuerunt sc̄lares, et clerici, qui possident opes sub x̄po paupere, quas sub locuplete et fallace diabolo non habuerant, ut susciperet eos ec̄c̄la diuites, quos tenuit mundus ante mendicos *B* (*cf. ep. LX, 11*) mensulam *in mg. m2B* tuam] *in ras. m2B* relogiosi *ε* pauperis *ε* 12 x̄ps (*s in ras. m2*) *B* x̄pm *DN* conuiuiam *DN* nouerint *Kp.c.m2* noueris *DN* esse noscator *ε* negotiatorem *H* quisque perfectam uult agere uitam negotiatorem *ε* 13 uitem *H* *alt.* et *om. PDB* ignobile *εΣ* ignouili *D* ignobili *N* 14 pest. quand. *H* quasdam pestes *k* pestem s. l. *Σ* fuge] fugiat uoluptatum *ε* *conr. K* *corr. enim εN* bonus *εK* 15 auarum *Σ* (*corr. autem aurum*) 16 opes *om. P* sectatur] *add.* tu calcas ille sectatur *Pa.c.* tibi] tui (*ui in ras.*) *Σ* cordis *Ha.r.ΣDN* est *om. H* mans. sil. secr. *ΣDNB* sil. secr. mans. *k*

mansuetudo, secretum, illi uerbositas, adtrita frons, fora placent
 et plateae ac medicorum tabernae: in tanta morum discordia
 quae potest esse concordia? hospitium tuum aut raro aut
 numquam mulierum pedes terant. omnes puellas et uirgines
 5 Christi aut aequaliter ignora aut aequaliter dilige. ne sub
 eodem tecto manseris; ne in praeterita castitate confidas. nec
 David sanctior nec Salomone potes esse sapientior; memento
 semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier
 eiecerit. aegrotanti tibi sanctus quilibet frater adsistat et ger- 5
 10 mana uel mater aut probatae quaelibet apud omnes fidei. quod-
 si huiusce modi non fuerint consanguinitatis castimoniaeque
 personae. multas anus nutrit ecclesia, quae et officium prae-
 beant et beneficium accipiant ministrando, ut infirmitas quoque
 tua fructum habeat elemosynae. scio quosdam conualuisse cor-
 15 pore et animo aegrotare coepisse. periculose tibi ministrat,
 cuius uultum frequenter attendis. si propter officium clericatus 6
 aut uidua tibi uisitatur aut uirgo, numquam domum solus
 introeas talesque habeto socios, quorum contubernio non in-

8 cf. Gen. c. 3

1 illias (*sic*) *H* loquacitas *DNk* uero loquacitas *SB* attritae
 fronti *Bp.c.m.2* fori *ex* forae Σ foras *N* foro *k* 2 platea *N*
 ac] et *DNk* tauerne *D* tantum *H* horum *Ka.c.m.2* 3 ospit-
 (c)iolum ΣB hostiolum *P* *pr.* aud $\Sigma a.c.$ au *Ha.c.* 4 et] aut *KD*
 5 *pr.* aut—dil.] non discrete sed equaliter dilige aut equaliter ignora *B*
pr. aut aeq.] ante qualiter *H* ign. aut aeq. *in mg.* *P* ignora] hon-
 nora *Ka.c.m.2* ne] nec *H, Bp.c.m.2* uide ne *P* 6 mansites *P*
 ue] nec $\Sigma, Bp.c.m.2$ praet. te *K* 7 daut *P* solom. *KP*
 salam. *HS* potest *k* 8 paradysi *HPSDN* mulier (u *in ras.* 3
litt.) *K* 9 eiecerat Σ erotanti *Ka.c.m.2* frat. q. sanct. *H* q.
 sanct. frat. § et] uel *B* mat. uel germ. *B* 10 uel] aut *H*
 mat.] *add.* uel soror *K* probatae *HP* probata *cet.* omnem *k*
 fidem *k* fide $\Sigma p.r.$ 11 huiusmodi *H* 12 et *om.* *N* 13 ministrandi *K*
 14 aele(elyHelik)mosinae *HENk* helemosynae (-sine *B*) *DB* coaluisse
Ba.c.m.2 17 tibi] te *H* a te *B, om.* ΣDNk domum] *om.* *P* in do-
 mum eius (eius *in ras. m.2*) *B* solus *in mg. m.2B* 18 tales qui *H*
 tales *K* ne *k*

fameris. si lector, si acolythus, si psaltes te sequitur, non orrentur uestibus, sed moribus, nec calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur. solus cum sola secreto et absque arbitre non sedeas. si familiarius est aliquid loquendum, habet nutricem, maiorem domus uirginem, uiduam, maritatum; non est tam inhumana, ut nullum praeter te habeat. cui se audeat credere. caueto omnes suspiciones et, quidquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuita. crebra munuscula et orariola et fasciolas et uestes ori adplicatas et degustatos cibos blandasque et dulces litterulas sanctus amor non habet. 'mel meum, lumen meum meumque desiderium' et ceteras ineptias amatorum, omnes delicias et lepores et risu dignas urbanitates in comoediis erubescimus, in saeculi hominibus detestamur: quanto magis in clericis et in clericis monachis, quorum et sacerdotium proposito et propositum ornatur sacerdotio! nec hoc dico, quod aut in te aut in sanctis uiris ista formidem, sed quod in omni proposito, in omni gradu et

1 acholyt. *H* accolit. *B* acolit. *cet.* acolyt. *S* psalmista *KH*
 sequ(uuk)ntur *Kk* seqr *S* 2 ornetur *P, Na.c. Bp.c.* ueste *SDNB, k*
 (*alt. e ex i m2*) ne *k* comae *K* 3 pudit(c *p.c.*)itia *H*
 secreta *K, om. P* 4 arbitre *SDNk, B* (arbitro *m2*) arbitris *KP* arbi-
 triis *H*; *add.* uel (*ex ut m2B*) teste *SDNkB* - al. est *K* est *H* 5 uid.
 uirg. *B* uid. *om. H* maritam *k, Ba c.* maritum *Sa.c.* uel maritam *S*
 6 inhumanum *H* nullam *K* 7 cui *om. H* debeat *SDNB* suspi-
 cationes *H* quidq.] *add.* non *s. l. S* 8 fingi pot. prob. *N*
 fingantur *Nka.c.* ante] prius *K* 9 orariola *Kk* sudariola (*in mg.*
m2S) *cet.* *alt.* et *om. PΣ* fasc. *om. P* ori—et *s. l. S, om.*
B ore *H* applicitas *PΣDk* 10 deg.] oblatas (-tos *k* ablutas
Sa.c.) ac (*et SB*) deg. *SDNkB* blandosque *S* blandas *K* litte-
 ru(*oH*)las *HIP* fabulas *S* litteras *cet.* 11 mel—am. *om. P* lum. *et*
 meumque *om. S* des.] *add.* xps est *D s. l. m2, B in mg. m1, N in t.*
m1 12 et *cet.*—*p. 425, 15* diuitiis *om. N* et *cet.* inept. am. *post*
urb. tr. SDkB omnes—urb. *om. H* lepore *P* risus *K* 13 dignas
in mg. P *pr. in]* quas in *H* com(*mmB*)ediis *HΣkB* comedis *P*
comydiis (*ii ex i*) *K* *alt. in]* et in *Bp.c.m2* 14 cler. et in cler.
mon. P cler. et in mon. *K* cler. et mon. *H* mon. et in cler. *SDkB*
 16 *pr. aut om. SDkB*

sexu et boni et mali repperiantur malorumque condemnatio
laus bonorum sit.

6. Pudet dicere: sacerdotes idolorum, mimi et aurigae et
scorta hereditates capiunt; solis clericis et monachis hoc lege
5 prohibetur et prohibetur non a persecutoribus, sed a princi-
pibus Christianis. nec de lege conqueror, sed doleo, cur me-
ruerimus hanc legem. cauterium bonum est, sed quo mihi
uulnus, ut indigeam cauterio? prouida seueraque legis cautio,
et tamen nec sic refrenatur auaritia. per fideicommissa legibus 2
10 inludimus et, quasi maiora sint imperatorum scita quam Christi,
leges timemus, euangelia contemnimus. sit heres, sed mater
filiorum, id est gregis sui, ecclesia, quae illos genuit, nutriuit
et paut. quid nos inserimus inter matrem et liberos? gloria
episcopi est pauperum opibus prouidere, ignominia omnium
15 sacerdotum est propriis studere diuitiis. natus in paupere domo 3
et in tugurio rusticano, qui uix milio et cibario pane rugien-
tem saturare uentrem poteram, nunc simulam et mella fastidio,
noui et genera et nomina piscium, in quo litore conca lecta
sit, calleo, saporibus auium discerno prouincias et ciborum

1 reperiantur *P,k* (a ex u), *B* 2 sit] est *B* 3 mimi et] et mimi *H*
mimi *ΣDk* aurihe *B* (h ex i) 4 schorta *KHP* scort(a)e *ΣD* 5 *pr.*
prob.] prohibitum *K* et prob.] *om.* *H* et prohibeatur *D* sed a *pr.*
om. *P* 6 conquaerimur *K* meruimus *k* meruerim *P* 7 bonorum *K*
quod *kB* mihi *om.* *P* 8 indigeat *P* cauterium *Ka.c.* prouida
del., *in mg.* prouidendum est *m.2Σ* seueraque] seuera est *ΣD* ac (et *k*)
seuera est *kB* 9 et] sed *H* tamen *in mg.* *k* tum *Σa.c.* perfidiae
commissa *H* per fidem commissam *B* 10 illudimur *B* inludibus *H*
maiorum *K* sunt *Ka.r.* 11 legem *k* lege *H* timemus et *K*
sed] et *ΣD*, *om.* *P* 12 gregi *Ba.c.m.2* qua *H* 13 matres *k*
liberos] filios *K* 14 upe opebus *Ka.c.* inopiae *ς* praeuidere *ΣDk*
omnium *om.* *ΣDkB* 15 sacerdotis *ΣDkB* est *om.* *HP* nat.
sum *H* pauperi *K,Ba.c.* 16 qui—cib.] qui uix milio et cib. rusti-
cano (*haec omnia exp.*) qui uix milio et cib. *P* qui] nutritus *K*
17 sat(cΣ)iare uentr. *ΣDN* uentr. saciare *B* poterat *k* simila *KH*
similia *D* melle *H, Da.c.* 18 in *om.* *K* littore *B* conca(-cha*H*) lecta
HPDB, kp.c. conco (*alt. co eras.*) lectae *N* collecta *KΣ, ka.c.* 19 sint
KDNk, Σp.c.m.2 calleis ex caleis *K* sapore *H* cyb. pretiosorum *H*

4 me raritas ac nouissime damna ipsa delectant. audio praeterea
 in senes et anus absque liberis quorundam turpe seruitium.
 ipsi apponunt mattulam, obsident lectum et purulentias stomachi
 et phlegmata pulmonis manu propria suscipiunt. pauent ad
 introitum medici trementibusque labiis, an commodius habeant, 5
 seiscitantur et, si paululum senex uegetior fuerit, periclitantur
 5 ac simulata laetitia mens intrinsecus auara torquetur. timent
 enim, ne perdant ministerium, et uiuacem senem Mathusalae
 annis comparant. o quanta apud dominum merces, si in prae-
 senti pretium non speraret! quantis sudoribus hereditas cassa 10
 expetitur! minori labore margaritum Christi emi poterat.

7. Diuinas scripturas saepius lege, immo numquam de manibus
 tuis sacra lectio deponatur. disce, quod doceas; obtine eum, qui
 secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut possis exhortari
 in doctrina sana et contradicentes reuincere; permane in his, 15
 quae didicisti et credita sunt tibi, sciens, a quo didi-
 ceris, paratus semper ad satisfactionem omni poscenti te ratio-
 2 nem de ea, quae in te est, spe. non confundant opera sermonem

1 cf. Petron. 119 u. 36 8 cf. Gen. 5, 27 14 cf. Tit. 1, 9
 15 *II Tim. 3, 14 17 cf. I Petr. 3, 15

1 me rarita *N* mormitas *H* delectent *Ka.c.m2* delectat *H* au-
 dio—11 poterat] tu quidem *N* 3 ipse *K* matt. *K* (tt ex nt) *HPk*
 mapp. *SD* mat. (*del.*) map. *B* mat. *g* obsidet *H* et obsident *k* lec-
 tulum *K* et *KEDkB*, *om. cet.* purulentia *Dk* purum lentia *H* purulen-
 tiam *g* 4 flegmata *SD, kp.c.* flegma *ka.c.* fleumata *B* secenta *P* sege-
 mentia (i *eras.*) *K* segemences egestionces *H* a pulmones *H* pro-
 prias *K* 5 introitu *H* labis *H* 6 senes *B* senis *H* pereclit.
H, PΣa.c. 7 hac simulata *Dk* simulataque *P* timet *SDk* 8 perdat
SDk min.] officium ministerii *H* uiuaces senes *SDkB* matu-
 salae(-le) *HPΣ, k* (sa *add. m2*) mattusalae *K* (tt ex t *m2*) matussale *B*
 9 deum *HΣDB* mercis *H* si *s. l. B, om. SD* 10 pretium] prae-
 sentia *SD, om. k* sperarent *B* sperare *SD* casta *P* promissa *B*
 11 minore *KP, Σp.c.m2*; *add.* promisso *Σ s. l. m2* (*alt. o ex a*), -ssa *D*
 margarita *D* poterant *B* 12 diuinam scripturam *P* de m. tuis
 numq. *N* sacra *l. de tuis m. K* 13 disce quod doc. *om. k* doceas]
hic incipit G optine *GKNk* 14 doctrina *H* possit *K* 15 ex-
 ortari *Gu.c.m2B* exortare *HΣ* exorari *Ka.c.* sancta *Σ* 17 te *om. P*
 18 spes *G* spe et fide *g* confundat *H* op. tua *g*

taum, ne, cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat:
 'cur ergo haec ipse non facis?' delicatus magister est, qui pleno
 ventre de ieiuniis disputat; accusare auaritiam et latro potest;
 sacerdotis Christi mens osque concordent. esto subiectus
 5 pontifici tuo et quasi animae parentem suspice; amare filiorum.
 timere seruorum est: et si pater sum, inquit, ubi est
 honor meus? et si dominus ego sum, ubi est timor
 meus? plura tibi in eodem uiro obseruanda sunt nomina: 3
 monachus, pontifex, auunculus. sed et episcopi sacerdotes se
 10 sciant esse, non dominos: honorent clericos quasi clericos, ut
 et ipsis a clericis quasi episcopis deferatur. scitum illud est
 oratoris Domitii: ego te, inquit, habeam ut principem,
 cum tu me non habeas ut senatorem? quod Aaron et
 filios eius, hoc episcopum et presbyteros nouerimus: unus
 15 dominus, unum templum, unum sit etiam ministerium. recor- 4
 demur semper, quid apostolus Petrus praecipiat sacerdotibus:

6 *Mal. 1, 6 12 cf. Cicero de orat. III 4. Quintil. i. o. VIII 3
 89 et XI 1, 37. Val. Max. VI 2, 2

1 quil.] quis KH 2 quur ex quur G ergo om. KHN haec]
 add. quae dicis ΣDNkB uentre pleno k pleno om. D 3 ieiunio
 ΣB 4 sacerdotes Pa.c.KH mens osque GK,H (-ae) os cum mente
 ΣDNkB mens opus sensusque P os meus manusque Σ concordes
 Ka.c.m2 concordet ΣNkB concordat D 5 animae s. l. K suspice P
 suscipe cet. fil.] s. l. add. est K 6 et GP, om. cet. inquit
 sum H 7 et om. ΣDNkB 8 plura—p. 431, 4 praef. om. N plu-
 rima B seruanda H nomina] immo omnia H 9 sed et] sed Σ
 qui (tuus qui Σ) te (iam add. Σ) in omnibus, quae sancta sunt, docuit.
 illud etiam dico in (om. Σ) quo (in ras. B quod Σ) B in mg. (praeter
 ult. uocabulum) m2 Σ episcopi qui Σ 10 esse sciant H esse noue-
 rint Σ sciunt Σp.c.m2 alt. clericus D 11 ipsi GΣD; add. honor
 m2k a] ex H quasi—oratoris in mg. P def. (ex diff. m2)
 quasi ep. k episcopi D, Ba.c.m2 episcopo Σ diff. D, ka.c.m2 honor
 def. B scitum] sciendum H secundum P est om. P 12 oratoris
 s. l. Σ oratores H Domitii] s. l. add. filippi m2 k ego] cur ego
 k (g ex rg m2) B cur ergo D, Σ (rg ex g) habeam inquit G 13 aron K
 14 hoc] om. K hoc esse ΣDkB presb.] sacerdotes k nouerim H
 16 quod K per quod H

pascite eum, qui in uobis est, gregem domini praeuidentibus non coacto, sed spontaneae secundum deum, neque turpilucris gratia, sed uoluntarie, neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregi et ex animo, ut, cum apparuerit princeps pastorum, percipiatis inmarcescibilem gloriae coronam. pessimae consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbyteros et praesentibus episcopis non loqui, quasi aut inuideant aut non dignentur audire. et si alii, inquit Paulus apostolus, fuerit reuelatum sedenti, prior taceat. potestis enim per singulos prophetare, ut omnes discant et omnes consolentur. et spiritus prophetarum prophetis subiectus est; non enim est dissensionis deus, sed pacis. gloria patris est filius sapiens: gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes.

8. Dicente te in ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur; lacrimae auditorum laudes tuae sint; sermo presbyteri scripturarum lectione conditus sit. nolo te declamatorem esse et rabulam garrulumque, sed mysterii peritum et sacramentorum dei tui eruditissimum. uerba uoluerunt et celeritate

1 *I Petr. 5, 2—4 9 *I Cor. 14, 30—33 14 cf. Prou. 10, 1, 15, 20

1 eum *om.* *H* dei *ΣB* praeuidentes *k* 2 coactos *HΣD* coacte *Σ* spontaneae *GKHB, Pa.c.* spontaneo *k* 3 turpilucris *G* turpi lucris *H* turpis lucris *cet.* 4 cleris *GH* clericis *KP* clero *Σ* clerum *D, kB* (um *ex o m2*) forme *H* facti] sacri *D* estote *K* gregis *B* et *om.* *HΣk* 5 percipietis *Σ* 6 in(m)marcess. *kB* immarcess. *Σa.c.* inmercesc. *H* 7 est *om.* *H* presbyteris *D* 8 quasi—aud. *om.* *P* 9 dignantur *Σ* aud.] *add.* sicut scribitum est *K* Paul. ap.] apost. paul. *Σ* paulus *k, om.* *K* reu. fuerit (*ex ferit*) *K* 10 prius *H* 11 ut] et *H* 12 consulentur *H, Σa.c.* ex(h)ortentur *KB* 13 est diss. *GK* diss. *HP* diss. est *cet.* 15 in iudicio *H* xpi *K* xps *ΣD* 16 dicente *GK* docente *cet.* te *s. l.* *PΣ* 17 excitetur *B* audientium *k* sint tuae *k* sunt *B* 18 clamatorem *Ga.c.* 19 et rabulum *Dk* errabulum *ΣB* trabulum *H* garr.] *add.* sine ratione *in mg. m2B* mysterio *K* my(mi-B)steriorum *ΣDkB* *alt.* et—*p.* 429, 1 *inp. om.* *H* 20 tui *om.* *ΣDkB* et *om.* *K* caelebritatem *Σ*

dicendi apud inperitum uulgus admirationem sui facere in-
 doctorum hominum est. adtrita frons interpretatur saepe, quod
 nescit, et, cum aliis suaserit, sibi quoque usurpat scientiam.
 praeceptor quondam meus Gregorius Nazanzenus rogatus a me, 2
 5 ut exponeret, quid sibi uellet in Luca sabbatum δευτερόπρωτον,
 id est 'secundoprimum', eleganter lusit: 'docebo te' inquires
 'super hac re in ecclesia, in qua omni mihi populo adclamante
 cogeris inuitus scire, quod nescis, aut certe, si solus tacueris,
 solus ab omnibus stultitiae condemnaberis.' nihil tam facile,
 10 quam uilem plebiculam et indoctam contionem linguae uolu-
 bilitate decipere, quae, quidquid non intellegit, plus miratur.
 Marcus Tullius, ad quem pulcherrimum illud elogium est: 3
 'Demosthenes tibi praeripuit, ne esses primus orator, tu illi,
 ne solus', in oratione pro Quinto Gallio quid de fauore uulgi
 15 et de inperitis contionatoribus loquatur, adtende: his autem
 ludis — loquor enim, quae sum ipse nuper exper-
 tus — unus quidam poeta dominatur, homo per-

5 cf. Luc. 6, 1 15 Cicero pro Q. Gallio fragm., cf. Wiener Stu-
 dien XXVII (1905), 93 sqq.

1 aput *G* sui *s. l.* *Σ* suam *K* facere] *add.* indictorum dei tui
 eruditissimum uerba uoluere et celeritate dicendi aput imperitum uulgus
 admirationem sui facere *H* 3 persuaserit *ς* 4 nazaz. *K* nazienz. *D*
 nazianz. *ς* 5 uelit *K* uideretur *ΣDkB* lucam *KH, Σa.c.* luce *D*
 sabbato *K, ka.c.m.2* sabbatum esse *P* ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΟΝ *P* deuteron
 proton *G* deuteroproton *Bp.c.* deuteroproton *cet.* 6 secundum pri-
 mum *k* inquires *K* 7 omnis mihi *kp.c.m.2* mihi omni *KP* omni *H*
 populus *kp.c.m.2* acclamant *k* adclamanti *D, Σp.c. Bp.c.m.2* clamante
Σa.c. 8 inuitum *D* nescit *H* 9 condemnaueris *HD* faci-
 lem *H* 10 plebiculam *k* plebeculam *ς* contione *G, Σ (s. l. add. et)*
 uolubilitatem *D* 12 tullus *G* tollius *H* ad] apud *ΣDkB* in *ς*
 est el. *Σa.c.kB* est eol. *Σp.c.D* 13 demostenes *GkB* demonstene(*iH*)s
HD demostenis *KPΣ* tu illi *PB, Σa.r.* o tulli *k* tulli *cet.* 14 gallo
ΣD, Ba.c. 15 his autem ludis *GKP* his autem laud-*s* *II* ne his frau-
 dibus lu(u ex a1Σ, au *k*)des *ΣDk* ne his fraudibus (*s. l. add. illusus m.2*)
 laudes *B* ne his fraudibus ludaris *ς* 16 quae sum] quaecumque *K*
 17 quidem *KHΣDk* dominator *KH* nominatur *ΣDB* nominatus *k*
 homo *om. GP* per litteras *K*

litteratus, cuius sunt illa conuiuia poetarum ac philosophorum, cum facit Euripiden et Menandrum inter se et alio loco Socraten atque Epicurum disserentes, quorum aetates non annis, sed saeculis scimus fuisse disiunctas. atque his quantos 5 plausus et clamores mouet! multos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul litteras non didicerunt.

9. Vestes pullas aequae uita ut candidas; ornatus et sordes pari modo fugiendae, quia alterum delicias, alterum gloriam 10 redolet. non absque amictu lineo incedere, sed pretium uestium linearum non habere laudabile est; alioquin ridiculum et plenum dedecoris referto marsupio, quod sudarium orariumque 2 non habeas, gloriari. sunt, qui pauperibus parum tribuunt, ut amplius accipiant, et sub praetextu elemosinae quaerunt diuitias: 15 quae magis uenatio appellanda est quam elemosina. sic

1 conuiuia *G* colloquia ζ 2 euripiden *P* (en ex on) euripidem *K* uripidem *H* euripidem *cet.* maenandr. *G* menendr. *D* memandr. *HP* medr. *Sa.c.* 3 in alio *B* socratem *GHD* epichurum *Gp.c.m2* epi(yH)corum *KH* epycurum Σ (yca ex ico *m2*) 4 disserens *H* aetatem *H* 5 esse *Gk* atque his *om.* ζ quanto ΣDB tantos *K* quantos is ζ 6 plausos *K* plansos *H* plausu ΣDB et] ac Σ clamore ΣDB mouit *P* mouebat *B* mouebant ΣD enim *om.* ΣDB discipulos $\Sigma Dk B$ 7 habentes *D* habens *B* (s ex tes) abeuntes Σ teatro *Pa.c.B* theatrum *ka.c.* non *om.* *k* 8 didicerant $\Sigma Dk B$ 9 pullas ex pollutas *m2e* aequa *K* aequae similiter *k* uitemus (s supra *ras. m2*) e deuita $\Sigma p.c.m2$, *om.* *k* et] ut *Dk, Sp.c.m2 Ba.c.m2* enim et e sordis e 10 fugiende e (e ex i *m2*) refugienda *KH* contempnenda *k*; *add.* sunt ζ gloriare dolet *K* 11 amictio *Ga.c.m2 HZ* linio *K* uestium *om.* e 12 alioqui ζ 13 ded.] *add.* est e *G* marsupio *Sa.c.m2 kB* orariumue *Ka.c.m2* 14 gloriari] ad gloriam in *mg. m2* gloriaris *KH* patrum *H* paulum ζ 15 et s. l. ΣB ele(ely *Pa.c. aeli H* ele *kB*)mosinae *GH, Pa.c., ZkB* helemosyne *D* quaer.—elem. in *mg. inf.* *K, om.* *H* quaerant *Dk* querunt (unt in *ras. m2*) *B, om.* *P* 16 est appellanda *D* est] s. l. *add.* magis *m2K* (h)elemosyna *PD* (h)elemosina ΣkB elemosynae *G* elimosinae *K* elemosynae genus ζ

bestiae, sic aues, sic capiuntur et pisces: modica in hamo esca
 ponitur, ut matronarum in eo sacculi protrahantur. scit epi-
 scopus, cui commissa est ecclesia, quem dispensationi pauperum
 curaeque praeficiat. melius est non habere, quod tribnam, quam
 5 inprudenter petere. sed et genus adrogantiae est clementiorem 3
 te uideri uelle, quam pontifex Christi est. non omnia pos-
 sumus omnes. alius in ecclesia oculus est, alius lingua,
 alius manus, alius pes, alius auris, uenter et cetera. lege Pauli
 ad Corinthios: diuersa membra unum corpus efficiunt. nec
 10 rusticus et tantum simplex frater ideo se sanctum putet, si
 nihil nouerit, nec peritus et eloquens in lingua aestimet sancti-
 tatem. multoque melius est e duobus imperfectis rusticitatem
 sanctam habere quam eloquentiam peccatricem.

10. Multi aedificant parietes et columnas ecclesiae subtra-
 15 hunt: marmora nitent, auro splendent lacunaria, gemmis altare
 distinguitur et ministrorum Christi nulla electio est. neque
 nero mihi aliquis opponat diues in Iudaea templum, mensam,

6 Verg. Buc. VIII 63 9 cf. I Cor. 12, 12—27 17 cf. III Reg.
 c. 6—7

1 aestuabat *KΨ* ut] et *K* iuuenales *DΨ* iuuenalis *KΦ* plenae
add. et *D* 2 marsupio *ΦB* marsuppiū ε deponetur ε 3 male-
dica lingua *Φ* indicto *Ψ* in dictu *Φ* silentio *Ψ* deponitur
cultus *Φ* 4 corporum *Φ* uestium *om.* *Φ* un. hor. sp. *om.* ε
ore spacium *Φ* 5 quo *Φa.c.* a *KΨ*, *om. cet.* 6 obicitur *D*
abicitur *εa.c.m2* ob] ad *B* procreationem *εD* 7 egraea *K*
redundet *D* legem *GΦ* 8 erumpe se ε ergo *exp.* ε igitur *ς*
uirtus *εa.c.m2GB* 9 quo *D* nata *DΨ, Bp.c.m2* sit *εa.c.m2*
carnem *Ka.c.* 10 cotidie pugnare *B* cotidie *KD, Ψa.c.B* quotidie
ep.c.m2 11 arce *ex* arci *m2ε* agi *G* argui *D* arguere *Φ* ut] et *Φ*
obsequare *Φ* haec *Φ* 12 quod] et *Φ* aliis uerbis *D* loquitur
Ka.c.m2Ψ omni *K* quodcumque *B* 15 corporum *in mg. m2 B*
corpore *D* 16 gallenus *Ψ* galienus *Kp.c.m2Dp.c.B* gaielenus *Φ* est
om. ς HEPI *KΨ*, spat. uac. in *Φ* ΥΠΙΕΝΟΝ *D* ΥΣΙΕΙΝΩΝ *G*
ΥΠΙΕΙΝΑΝ *KΨ*, spat. uac. in *Φ* 17 et] ac *B* ac] a *D* pro-
uocete *D* mulierum quae *Kp.c.m2* 18 noxios] noxillus *Φ* cibus
K, om. Φ 19 concedere *D* esum *G*

et potu sumere, sicut e contrario senibus, qui pituita laborent
 5 et frigore, calidos cibos et uetera uina prode esse. unde et
 saluator: adtendite, inquit, uobis, ne forte adgrauentur
 corda uestra in crapula et ebrietate et curis huius
 uitae. et apostolus: uino, in quo est luxuria. nec
 mirum hoc figulum sensisse de uasculo, quod ipse fabricatus
 est, cum etiam comicus, cuius finis est humanos mores
 nosse atque describere, dixerit: sine Cerere et Libero
 friget Uenus.

10. Primum igitur, si tamen stomachi firmitas patitur,
 donec puellares annos transeas, aquam in potum sume, quae
 natura frigidissima est, aut, si hoc inbecillitas prohibet, audi
 cum Timotheo: uino modico utere propter stomachum
 2 et frequentes tuas infirmitates. deinde in ipsis cibis
 calida quaeque deuita; non solum de carnibus loquor, super
 quibus uas electionis profert sententiam: bonum est uinum
 non bibere et carnem non manducare, sed etiam in
 15 ipsis leguminibus infantia quaeque et grauia declinanda sunt —
 nihilque ita scias conducere Christianis adolescentibus ut esum
 holerum, unde et in alio loco: qui infirmus est, ait,
 20

3 *Luc. 21, 34 5 Eph. 5, 18 8 Terent. Eun. 732 13 *I
 Tim. 5, 23 16 cf. Act. 9, 15 *Rom. 14, 21 20 *Rom. 14, 2

1 et in potu sumere *G* et sumere et potum Φ e] et Φ pituita
praeter pi s. l. *K* laborent *GK* laborem Φ laborant *cet.* 2 calli-
 dos Φ cibis *K* uina uetera *D* ueterana *B* prode esse *GK*
 prodesset *cet.* *tert.* et *om.* *B* 3 saluator e (e *eras.*) *G* uobis *ex*
uos *K* grauentur *DB* 4 corda] corpora *D* ebr.] in ebr. *D* *alt.* et—
 uitae *om.* *D* 5 uita est Φ uino *GD* uinum *cet.* nolite inebriari uino ζ
 7 comicos *K* hoc comicus *D* humanus *K* 8 describere *K\Phi\Psi* 9 fri-
 gere *D* 10 primum] librum primum Φ tamen *om.* *D* infirmitas *B*
 11 potu *D* putum *K* 12 naturae *G\Phi* frigidissimae *G* 13 prop *K*
 stomachum *G* sthomaicum *K* stomachom *D\Phi a. c.* 15 callida Φ 16 et
 bonum Φ non mand. carn. et non bib. uin. *D* 18 leg.] uolumini-
 bus Ψ 19 scias ita *B* condecere *D* adulisc. *D\Psi* aduliscentulus
 (*sic*) Φ adolesc. ζ ut] et Φ 20 olerum *Da. c. \Psi* in s. l. *G*
 ait qui inf. est *D*

holera manducet — ardorque corporum frigidioribus epulis
 temperandus est. si autem tres pueri et Daniel leguminibus 3
 uescebantur, pueri erant necdum ad sartagine[m] uenerant, in
 qua rex Babylonius senes iudices frixit. nobis non corporum
 5 cultus, qui in illis — excepto priuilegio gratiae dei — ex huiusce
 modi cibis enituerat, sed animae uigor quaeritur, quae carnis
 infirmitate fit fortior. inde est, quod nonnulli uitam pudicam 4
 adpetentium in medio itinere corruunt, dum solam abstinentiam
 carni[m] putant et leguminibus onerant stomachum, quae
 10 moderate parceque sumpta innoxia sunt. et ut, quod sentio,
 loquar, nihil sic inflammat corpora et titillat membra genitalia
 nisi indigestus cibus ructusque conuulsus. malo apud te, filia, 5
 uerecundia parumper quam causa periclitari. quidquid semi-
 narium uoluptatum est, uenenum puta. parcus cibus et semp[er]
 15 uenter esuriens triduanis ieiuniis praefertur et multo melius
 est cottidie parum quam raro satis sumere. pluuia illa optima
 est, quae sensim descendit in terras; subitus et nimius imber
 praeceps arua subuertit.

2 cf. Dan. 1, 12. 16 4 cf. Hier. 36 (29), 22 5 cf. Dan. 1, 15

1 olera *DΨ* manducant *Φ* frigidioris *Φ* 2 si] sic *ς* daniel
DΦΨ 3 sarthagine[m] *G* 4 babil. *ΦB* babill. *Ψ* babylonis *G*
 senex *Φ* senix *KΨ* nobis—6 enit.] in seruo dei non corporis cultus *ε*
 corporis *εB* 5 gratia *Φ* 6 enituerit *Φ* penituerat *Dp.c.m2* animi *Ψ*
 qui *Ψ* ob (*ex o m2*) quae *G* 7 firmior *Φ* inde—11 loquar *om. ε*
 unde *B* pud. uit. *Φ* 8 in *om. Φ* corruunt *Ga.c.Φ* solam et *Φ*
 9 stomachum *GB, Ka.c.* sthomaticum *Kp.c.* 10 moderata *D* inn.]
 noxia *G* (non *add. m1*) ut quod] hoc quod *KΨ* quod ut *B* sen-
 tior *Φ* 11 gen. membra *B* 12 nisi] quomodo *ε* sicut *D, B in ras. m2*
 ruptusque compulsus *G* malo—pericl. *om. ε* mallo *G* malui *Φ*
 aput *G* 13 uerecundiā *B* casu *D* pereclitaris *K* pericliteris *Ψ*
 periclitati *D* 14 uoluptatis *D* uen. puta] ut ueninum (*corr. m2*)
 uitandum est *ε* cibus] igitur (*exp.*) cybus (*corr.*) *ε* uenter semper
ες 15 praefertur *ep.c.Ψ* et *add. m2 ε* multum *εa.c.m2* 16 cot.
KDΨB quot. *ep.c.m2* raro] rarum *ε* 17 in terras desc. *B* descendit
εa.c.m2KΦΨ terris *D* terram *ς* imber *om. ε* 18 in praeceps
ε, Bp.c.m2 arba *G* saxa *KΨ*

11. Quando comedis, cogita, quod statim tibi orandum, ilico legendum sit. de scripturis sanctis habeto fixum uersuum numerum; istud pensum domino tuo redde nec ante quieti membra concedas, quam calathum pectoris tui hoc subtegmine inpleueris. post scripturas sanctas doctorum hominum tractatus 5 lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est. non necesse habes aurum in luto quaerere: multis margaritis unam redime margaritam. sta iuxta Hieremiam in uis pluribus, ut ad illam 2 uiam, quae ad patrem ducit, peruenias. amorem monilium atque gemmarum sericarumque uestium transfer ad scientiam 10 scripturarum. ingrediere terram repromissionis lacte et melle manantem, comede simillam et oleum, uestire cum Ioseph uariis indumentis, perforentur aures tuae cum Hierusalem sermone dei, ut pretiosa ex illis nouarum segetum grana 15 dependeant. habes sanctum Exsuperium probatae aetatis et fidei, qui te monitis suis frequenter instituat.

12. Fac tibi amicos de iniquo mammona, qui te recipiant in aeterna tabernacula. illis tribue diuitias tuas, qui non Phasides aues, sed cibarium panem coemant, qui famem expellant, non qui augeant luxuriam. intellege super egenum et 20 2 pauperem. omni petenti te da, sed maxime domesticis fidei: nudum uesti, esurientem ciba, aegrotantem uisita. quotiens-

8 cf. Hier. 6, 16 11 cf. Ex. 3, 8 etc. 12 cf. Gen. 37, 3
17 cf. Luc. 16, 9 20 cf. Ps. 40, 2 21 *Luc. 6, 30 cf. Gal. 6, 10
22 cf. Matth. 25, 35—45

1 or. tibi *B* tibi *s. l. m2 K* 2 ilico] *add. et s* 3 tuo *om. G*
quieti *om. G* 4 calatum (calculus *D*) *codd.* subtegmine *DΦ* 5 repleueris *B* 6 dumt.] *taxat Φ* 7 habes *bis Φ* multas de margaritis *D*
8 sta] *ista Ka.c. istam Ψ* *iher. B ier. s* illa *D* 9 patriam *GB*
perducit *G* 10 sententiam *Φ* 12 *sim. et ol. com. G* simillam *D*
simillam Ψ 13 ierusalem *B* 14 sermonem *K* 15 exuperium *GDB*
16 instruat *Φ* 17 mammona *GDF* te *om. G* 18 tuas *om. D*
19 phasidis *B* fastidiis *Φ* phasides *cet.* aues] *uaues Φ* habes *G* pane *D*
coemant *G, Ka.c. m2 Ψ* comedit *B* comedant *cet.* expellat *Φ* 20 augeat *ΦΨ* luxor. *KΦΨ* int.] *add. et G* 21 petenti *Φ* maxima
ad domesticos *Φ* 22 cibo *Φ*

cumque manum extendis, Christum cogita. caue, ne mendicante domino tuo alienas diuitias augeas.

13. Iuuenum fuge consortia. comatulos, comptos atque lasciuos domus tuae tecta non uideant. cantor pellatur ut
 5 noxius; fidicinas et psaltrias et istius modi chorum diaboli quasi mortifera sirenarum carmina proturba ex aedibus tuis. noli ad publicum subinde procedere et spadonum exercitu
 10 praeunte uiduarum circumferri libertate. pessimae consuetudinis est, cum fragilis sexus et inbecilla aetas suo arbitrio abutitur et putat licere, quod libet. omnia quidem licent,
 15 sed non omnia expediunt. nec procurator calamistratus nec formosus conlactaneus nec candidulus et rubicundus adsecula adhaereant lateri tuo: interdum animus dominarum ex ancillarum habitu iudicatur. sanctarum uirginum et uiduarum societatem adpete et, si sermocinandi cum uiris incumbit
 20 necessitas, arbitros ne deuites tantaque confabulandi fiducia sit, ut intrante alio nec pau eas nec erubescas. speculum mentis est facies et taciti oculi cordis fatentur arcana. uidimus
 25 nuper ignominiosum per totum orientem uoluisse: et aetas

10 I Cer. 6, 12

1 manus *KΨ* extendes *G* mendicantem *K, Da.c.* mendicando *Dp.c.*
 2 dom.] *add.* deo *ς* alienis diuitiis *B* aureas *Φ* tuas augeas *B* 3 comatulos *D* comatulas *Φ* comtos *G* comptus *D* comtus *Φ* 4 lasciuus *DΦ* pellantur *D* 5 noxium *G* psaltr. *B* psalter. *GDΦ* psaltricias *K* (ia *ex i m2*) *Ψ* eorum *G* diabuli *Φ* zabuli *KΨ* 6 syren. *Gp.c.m2D* si**rin. *K* seren. *ΦΨ* sedibus *G* suis *Ψ* 7 ispadonum *G* exercitum *K* 8 libertatem *GKΦΨ, Da.r.* 9 inbecillis *D* aetate *Φ* 10 adutitur *Φ* libet *GΦ* non libet *D* non licet *KB, Ψ* (e *ex ea*) licent] libet *Φ* 11 non *om.* *Φ* procuretur *Ψ* calamistrus *B* 12 formosus *GK* candidus *GB* 13 adsec. *Ψ* adsaec. *GKΦ* assec. *B* assecla *ς*, *om.* *D* adhaereat *ς* 14 sanctorum *Ka.c.Ψ* et] ad *Φ* 15 incubuerit *ς* incumuit *G* 16 arb.—fid. *in mg. inf.* *K* arbitror *D* diuites *KD* diuitas *Φ* debites *G* tantamque *G* tanteque *Φ* 17 *pr.* nec] non *D* 18 tacito *DΦ* fateantur *K* archana *GDΨB* uidemus *KΨ* 19 ign.] *add.* quendam *ς* per toto (tota *K*) oriente *GKΦ* per totam orientem *Ψ* uoluisse *D*; *add.* rumore *ς*

et cultus et habitus et incessus, indiscreta societas, exquisi-
 tae epulae, regius apparatus Neronis et Sardanapalli nuptias
 loquebantur. aliorum uulnus nostra sit cautio; pestilente
 flagellato stultus sapientior erit. sanctus amor inpa-
 4 rior iudicat de priori. fieri quidem non potest, ut absque
 morsu hominum uitae huius curricula quis pertranseat, malo-
 rumque solacium est bonos carpere, dum peccantium multitu-
 dine putant culpam minui peccatorum; sed tamen cito ignis
 stipulae conquiescit et exundans flamma deficientibus nutri- 10
 mentis paulatim emoritur. si anno praeterito fama mentita
 est aut, si certe uerum dixit, cesset uitium, cessabit et rumor.
 5 haec dico, non quo de te sinistrum quid metuam, sed quo
 pietatis affectu etiam, quae tuta sunt, pertimescam. o si uideres
 sororem tuam et illud sacri oris eloquium coram audire 15
 contingeret, cerneres in paruo corpusculo ingentes animos,
 audires totam ueteris et noui testamenti supellectilem ex
 illius corde feruere. ieiunia pro ludo habet, orationem pro
 deliciis. tenet tympanum in exemplum Mariae et Pharaone
 submerso uirginum choro praecinit: cantemus domino; 20
 gloriose enim magnificatus est, equum et ascen-
 6 sorem deiecit in mare. has docet psalterias Christo, has
 fidicinas erudit saluatori. sic dies, sic nox ducitur et oleo ad

3 Prou. 19, 25 14 cf. Verg. Aen. IV 298 16 cf. Verg. Georg.
 IV 83 20 Ex. 15, 1

1 incessu *G*; *add.* et *GD* exquaesitae *KΦ* 2 adparatus *G* sard-
 dinapalli *G* sardanapali *ς* 3 cautio] *s. l. add.* curatio *m2 D* pesti-
 lentes *D* pestilentiae *Φ* 4 stultus] sapiens *Φ* 5 obr. *GΨ* 6 priore
KΨ 7 morsum *K, Ψa.r.* 8 est *om. K, in mg. m2 Ψ* multitudinem
GKΨ 9 culpa *KΨ* 12 cessit *K* cessauit *GD* 13 quo *GK* quod *cet.*
 quid *sin. G* aliquid *KPD* quo *G, Ka.c.m2, om. Φ* quod *cet.* 14 adf. *G*
 tota *Φ* tua *B* uideris *KDΨ, Ba.c.m2* 15 choram *Φ* quorum *D*; *add.* te *ς*
 16 paruulo *ς* animas *Φ* ani- (*reliqua epistulae parte amissa*) *G* 17 supp.
DΦ superlectilem *B* 18 ludo] edulio *K in mg. m2 (in t. ludo m1) B*
 19 timp. *ΨB* exemplo *KΨ* faraone *KΨ* 20 merso *ς* submersum *K*
 domino] *δ B* 21 est *add. m2 K* 22 proiecit *DΦ* mari *K* psalterias
DΦ psaltericias *KΨ* xpos *Φ* 23 fidicinos *Φ* saluatoris *Kp.c.m2Φ*

lampadas praeparato sponsi expectatur aduentus. imitare ergo et tu consanguineam tuam: habeat Roma, quod angustior urbe Romana possidet Bethleem.

14. Habes opes, facile tibi est indigentibus uictus subsidia ministrare. quod luxuriae parabatur, uirtus insumat; nulla nuptias contemptura timeat egestatem. redime uirgines, quas in cubiculum saluatoris inducas, suscipe uiduas, quas inter uirginum lilia et martyrum rosas quasi quasdam uiolas misceas; pro corona spinea, in qua mundi Christus delicta portauit, talia sarta compone. laetetur et adiuuet uir nobilissimus, pater tuus; discat a filia, quod didicerat ab uxore. iam incauit caput, tremunt genua, dentes cadunt et frontem obscenam rugis arat, uicina est mors in foribus, designatur rogos prope: uelimus nolimus, senes sumus. paret sibi uiaticum, quod longo itinere necessarium est. secum portet, quod inuitus dimissurus est, immo praemittat in caelum, quod, ni cauerit, terra sumptura est.

15. Solent adulescentulae uiduae, quarum nonnullae abierunt retro satanan, cum luxuriatae fuerint in Christo, subantes dicere: 'patrimoniolum meum cottidie perit, maiorum hereditas dissipatur, seruus contumeliose locutus est, imperium ancilla

1 cf. Matth. 25, 1—13 9 cf. Ioh. 19, 5 etc. 12 Verg. Aen. VII 417
18 cf. I Tim. 5, 15 19 cf. I Tim. 5, 11

1 lampades Ψ lampadaes B 2 consanguinitatem B angustior D
urbein K 3 romę D roma $Bp.r.$ romanam K romane Φ possedit D
bethlem Φ belleem B 4 opus Ψ ind.] add. tribuere in *mg.* $m1$ B
uicto Φ 5 min. *om.* B luxor. $K\Phi\Psi$ nullam $Bp.c.m2s$ 6 ege-
state K 7 cubiculo Φ salu.] regis s 8 uirgines D lilia]
uidua Ψ 9 xps mundi s 10 adi. uir] adiuuetur DB 12 fronte D
13 obscena D obscenis Φ ob senium s arata $D, Bp.c.m2$ est eras. B
14 disign. Φ dissign. K senes sumus *om.* Φ senescimus s 15 itineri s
17 ni (nisi $Kp.c.m2\Psi$) cauerit $K\Psi B$ negauerat (at *ex it*) Φ si necauerit D si negauerit s 18 adulisc. Φ adolesc. ΨB 19 retro $Ka.c.m2\Psi$;
add. post $Kp.c.m2D\Phi B$ sathanā (h *exp.*) B subantes D suantes
 Φ sudantes B solentes $K\Psi$ nubentes s 20 cott. $\Phi\Psi$ cot. *cet.* perit]
pariem Φ 21 contumelias (a *ex u m2*) elocutus (e *exp.*) K

neglexit. quis procedet ad publicum? quis respondebit pro
 agrorum tributis? paruulos meos quis erudiet? uernulas quis
 2 educabit? et hanc — pro nefas! — causam opponunt matrimonii,
 quae uel sola debuit nuptias impedire. superducit mater filiis
 non uetricum, sed hostem, non parentem, sed tyrannum. inflam- 5
 mata libidine obliuiscitur uteri sui et inter paruulos suas
 miseras nescientes lugens dudum noua nupta componitur.
 quid obtendis patrimonium, quid superbiam seruulorum?
 confitere turpitudinem. nulla idcirco ducit maritum, ut cum
 marito non dormiat. aut si certe libido non stimulat, quae 10
 tanta insania est in morem scortorum prostituere castitatem,
 ut augeantur diuitiae et propter rem uilem atque perituram
 3 pudicitia, quae et pretiosa et aeterna est, polluatur? si habes
 liberos, nuptias quid requiris? si non habes, quare expertam
 non metuis sterilitatem et rem incertam certo praefers pudori? 15
 scribuntur tibi nunc sponsales tabulae, ut post paululum
 testamentum facere compellaris. simulabitur mariti infirmitas
 et, quod te morituram facere uolet, ipse uicturus faciet. aut
 si euenerit, ut et de secundo marito habeas filios, domestica
 pugna, intestinum proelium. non licebit tibi amare liberos 20
 nec aequis aspicere oculis, quos genuisti. clam porriges cibos,
 inuidebit mortuo et, nisi oderis filios, adhuc eorum amare
 4 uideberis patrem. quodsi de priori uxore habens sobolem te
 domum introduxerit, etiamsi clementissima fueris, omnes
 comoediae et mimographi et communes rhetorum loci in 25

1 procedit *KΦΨ* 2 agri *B* enutriet *KΨ*; *add.* et *D* uern.]
add. meas *KΨB* 3 matrimonio *Ba.c.m.2* matronio *Ψ* 5 nutricum *D*
 nutricium *ς* inflammate *Φ* 6 uteri] uiri *B* suos *Φ* 8 opten-
 des *Φ* matrimonium *B* superbia *Φ* 9 mar. duc. *ς* 10 certo *Φ*
 11 more *ΦΨ* schortorum *K, Φp.c.* 13 quae et] quae *D* quae et
 quae *Φ* *alt.* et] est et *Φ* terrena *Ka.c.m.2Ψ* 14 quid] cur *Φ*
 expertam *Ψ* spertam *K* experte *Φ* experta *DB* 15 metues *K* 18 ma-
 ritura *Φ* ipsi *K* 19 et de] de *Da.c.ΦB* ex *ς* dom.] *add.* oritur *ς*
 21 porrigis *KD* 23 priore *KΨ* sob. hab. *ς* subolem *K* do-
 mum te *ς* te] et *Kp.c.m.2* 24 omne *D* 25 comediae *DΦB*
 comoedi *ς* mimografi *KΦ* mimograui *D* rethorum *codd.* luci *B*
 ioci *Ψ*

nouercam saeuissimam declamabunt. si priuignus languerit et condoluerit caput, infamaberis ut uenefica. si non dederis cibos, crudelis, si dederis, malefica diceris. oro te, quid habent tantum boni secundae nuptiae, ut haec mala ualeant
5 compensare?

16. Uolumus scire, quales esse debeant uiduae? legamus euangelium secundum Lucam: et erat, inquit, Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser. Anna interpretatur 'gratia', Phanuel in lingua nostra resonat 'uultum dei',
10 Aser uel in 'beatitudinem' uel in 'diuitias' uertitur. quia ergo ab adolescentia usque ad octoginta quattuor annos uiduitatis onus sustinuerat et non recedebat de templo dei diebus ac noctibus insistens ieiuniis et obsecrationibus, idcirco meruit gratiam spiritalem et nuncupatur filia uultus dei et atais
15 beatitudine diuitiisque censetur. recordemur uiduae Sareptenae, 2 quae et suae et filiorum saluti Heliae praetulit famem et ipsa nocte moritura cum filio superstitem hospitem relinquebat malens uitam perdere quam elemosynam et in pugillo farris seminarium sibi messis dominicae praeparauit. farina seritur
20 et olei capsaces nascitur. in Iudaea frumenti penuria — granum enim tritici ibi mortuum fuerat — et in gentium uiduae olei fluentia manabant. legimus Iudith — si cui tamen placet 3 uolumen recipere — uiduam confectam ieiuniis et habitu lugubri sordidatam, quae non lugebat mortuum uirum, sed squalore

7 Luc. 2, 36 11 cf. Luc. 2, 37 15 cf. III Reg. 17, 8—24
20 cf. Ioh. 12, 24 22 cf. Iud. c. 8—16

7 lucan *D* et *om.* *DB* 8 phanuhel *utroque loco D*, *altero loco Φ*
fanuel *utroque loco KΨ* 9 in *om.* *B* 10 ergo] igitur *ς* 11 ad
om. *Φ* octuagisimo quarto anno *Φ* 12 sustinuit *D* 13 in iei. *D*
orationibus *D* 14 spiritualement *uel* specialement *ς* nuncupari *B* attai
nis *Ψ* atai *B* ab atais *ς* 15 sarrept. *Ψ* sarapt. *Φ* sareptanae *ς*
16 eliae *ς* protulit *Φ* *tert. et]* et in *D* ut in *ς* 17 filia *Φ* relin
queret *ς* 18 elemosi. *B* helemosy. *D* ely(i)*Ψ* mosy(i)*Φ*. *KΦΨ* pugilla
Φ pugillum *K* faris *Ψ* farinae *B* 19 mensis *Ψ* mensae *B* farinae *Ψ*
20 frum.] *add.* est *ς* *paen.* *KΦ* *poen.* *D* 21 enim *om.* *D* uiduae
(*sc. terra*)] uidua *DB* 22 in iudith *DΨ* 23 confecta *D*

corporis sponsi quaerebat aduentum. uideo armatam gladio manum, cruentam dexteram, recognosco caput Holofernae de mediis hostibus reportatum. uincit uiros femina et castitas truncat libidinem habituque repente mutato ad uictrices sor-des re-dit omnibus saeculi cultibus mundiores.

17. Quidam inperite et Debboram inter uiduas numerant ducemque Barac arbitrantur Debborae filium, cum aliud scriptura commemoret. nobis ad hoc nominabitur, quod prophetissa fuerit et in ordine iudicum supputetur. et quia dicere poterat: quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel et fauum ori meo, apis nomen accepit scripturarum floribus pasta, spiritus sancti odore perfusa et dulces ambrosiae sucos prophetalis ore componens. Noemin, quae nobiscum sonat παρακεκλημένη, quam interpretari possumus 'consolatam', marito et liberis peregre mortuis pudicitiam reportauit in patriam et hoc sustentata uatico nurum Moabitidem tenuit, ut illud Esaiiae uaticinium conpleretur: emitte agnum, domine, dominatorem terrae, de petra deserti. uenio ad uiduam de euangelio, uiduam pauperulam, omni Israhelitico populo ditio-rem, quae accipiens granum sinapis et mittens fermentum in farinae satis tribus patris et filii confessionem spiritus sancti gratia temperauit et duo minuta misit in gazophylacium quidquid habere poterat in substantia sua uniuersasque diuitias

6 cf. Iudd. 4, 4 7 cf. Iudd. 4, 6 10 *Ps. 118, 103 13 cf. Ruth c. 1 17 Esai. 16, 1 18 cf. Luc. 21, 2 etc. 20 cf. Matth. 13, 31 etc. cf. Matth. 13, 33 etc. 22 cf. Marc. 12, 42 etc.

2 holofernae Φ olofernae(-neK) KY (h)olofernis DB holophernis ζ
 3 uicit Ka.c.m2Y 6 deboram DB memorant D 7 que om. KY
 barach Φ B deborae DB 8 uobis Φ adhuc D dominabitur Φ
 9 pr. et] ad Φ subp. K Φ putetur Y alt. et om. Φ 13 noemin D
 noemi B 14 ΗΑΡΑΚΕΚΑΝΜΕΝΗ KY ΠΑΡΑΚΕΚΑΝΝΝΝ B, spat.
 uac. in Φ 16 sustenta Ka.c.m2 Φ 17 esiae K isaiiae Φ B domine
 Y & B, om. cet. 18 des.] add. ad montem filiae sion ζ ueni B
 uidua K 19 omnis K 20 accipies Φ 21 farina D filii K Φ
 spu Φ 22 gratiam KY gaz(iK)of(phY)ilac(tB)ium KD Φ YB 23 id
 est quidquid ζ poterat intulit Kp.c.m2B uniuersasque] unius
 itaque D

in utroque fidei suae obtulit testamento. haec sunt duo seraphin ter glorificantia trinitatem et in thesauro ecclesiae condita, unde et forcipe utriusque instrumenti ardens carbo comprehensus purgat labia peccatoris.

5 18. Quid uetera repetam et uirtutes feminarum de libris proferam, cum possis multas tibi ante oculos proponere in urbe, qua uiuis, quarum imitari exemplum debeas? et ne uidear adulatione per singulas currere, sufficit tibi sancta Marcella, quae respondens generi suo aliquid nobis de euangelio retulit. Anna septem annis a uirginitate sua uixerat 10 cum marito, ista septem mensibus; illa Christi expectabat aduentum, ista tenet, quem illa susceperat; illa uagientem canebat, ista praedicat triumphantem; illa loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemptionem Hierusalem, haec cum 15 redemptis gentibus clamitat: frater non redimit, redimet homo? et de alio psalmo: homo natus est in ea et ipse fundauit eam altissimus. scio me ante hoc ferme bien- 3 nium edidisse libros contra Iouinianum, quibus uenientes e contrario quaestiones, ubi apostolus concedit secunda matrimonia, scripturarum auctoritate contriui. et non necesse est 20 eadem ex integro scribere, cum possis inde, quae scripta sunt, mutuari. hoc tantum, ne modum egrediar epistulae, admonitam uolo: cogita te cottidie esse morituram, et numquam de secundis nuptiis cogitabis.

1 cf. Esai. 6, 2—3 3 cf. Esai. 6, 6—7 10 cf. Luc. 2, 36 11 cf. Luc. 2, 38 15 Ps. 48, 8 16 Ps. 86, 5 19 cf. I Cor. 7, 9. I Tim. 5, 14

1 seraphim *ΨB* 2 tesauo *B* t(h s.l.)ensauro *K* thesauros *ς*
 3 testamenti *DB* 6 prof.] prophetarum *Ψ* posses *D* ante
 oc. tibi *ς* 10 sua *om. B* 11 cum mar. s. l. m2 *K* 12 susci-
 perat *KΦ* 13 cernebat *ς* praedicabat *KΨ* eo *om. D* 14 ex-
 spectabat *Φ* ierusalem *B* israel *ς* 15 redimit] redimet *KD* redemit
Φ, Ψp.c. redimet] redimit *D* redemit *Ψ* 16 pr. homo] et homo *Φ*
alt. et om. D 17 fundabit *D* eam] ea *K* 18 iouianum *Φ* 20 contri-
 uuit *D* contritae sunt *B* est nec. *ς* 22 mutuare *B* mutari *Ψ*
 23 adm.] *add. te* *ς* quotidie te *ς* cotidie *KDB* moritura *D*
 24 cogit.] *add. recog. betheem (sic). finit (explicit Ψ) ad furiam de ui-*
duitate seruanda KΨ explicit ad furiam (add. uiduam Φ) DΦ

LV.

AD AMANDUM PRESBYTERUM.

1. Breuis epistula longas explanare non ualet quaestiones
 et in artum multa concludens stringere uerbis, quod sensibus
 dilatatum est. interrogas, quid significet illud in euangelio 5
 iuxta Mattheum: nolite solliciti esse de crastino;
 2 sufficit diei malitia sua. crastinum in scripturis sanctis
 futurum tempus significat, sicut Iacob in Genesi loquitur:
 exaudiet me cras iustitia mea et, ubi altare extruitur
 a duabus tribubus Ruben et Gad et dimidia tribu Manasse 10
 et a cuncto Israhele ad eas legatio mittitur, cum Finees
 pontifici respondent idcirco se altare fecisse, ne cras filiis
 suis colendi deum possessio denegetur. et multa istius modi
 3 in ueteri repperies instrumento. qui ergo de futuris nos cogi-

6 *Matth. 6, 34 9 *Gen. 30, 33 - cf. Ios. 22, 24

I = *Lugdunensis* 600 s. VI (continet p. 487, 2 sufficit—6 per-
 damus et p. 488, 15 luxuria—18 est).

G = *Neapolitanus* VI. D. 59 s. VII (om. p. 490, 1 Tertia—
 491, 23 cunctis).

ψ = *Vindobonensis* lat. 2171 s. IX.

D = *Vaticanus* lat. 355 + 356 s. IX—X.

Φ = *Guelferbytanus* 4156 s. IX—X.

C = *Vaticanus* lat. 5762 s. X.

B = *Berolinensis* lat. 18 s. XII.

2 ad amandum *I* ad amandum pr(a)esbyterum (add. de diuersis que-
 stionibus *DB*) *GψDCB* ad amandum p̄sbm de eo, quod scriptum est
 in euangelio: nolite solliciti (sic) esse de crastino *Φ*; *Hieronymi nomen*
exhibent tituli in GψDCB 3 breuis] domino uere sancto et suscipiendo
 fratri amando presbytero hieronymus. breuis *ψ* breui *B* explicare *G*
 ualeo *B* 4 stringit *Φ* 5 significat *Φ* 6 mattheum *G* matthaeum *C*
 matheum cet. 7 suff.] add. enim *DC* in diae *C* cras *ψΦ*
 8 sign. om. *Φ* sicut et *ψΦ* 9 exaudiat *DCB* instruitur *B*
 10 a om. *Φ* duobus *ψΦ* tribus *Φ* gat *D* gaz *B* dimidiam *Φ*
 11 et om. *ψ* a om. *ψ* israhelem *G* isrl̄ *ψ* cum esse *Φ* fines
Ga.c. phinees *C* 12 pontifice (-cae *Φ*) *ψΦ* responderent *B* respon-
 dissent *D* respondisse *C* 13 denegaretur *ψ* huius *ψ* 14 repperies *ΦC*
 inuenies *ψ* testamento *ψa.c.* ergo] seq. ras. 3 litt. *ψ*

tare prohibuit, concessit de praesentibus propter humanae
 uitae fragilitatem. quod autem dicit: sufficit diei malitia
 sua, hoc modo intellege: sufficit nobis de praesentibus huius
 saeculi angustiis cogitare; quid necesse est sensum ad incerta
 5 et futura extendere, quae aut consequi non possumus aut
 forsitan cito inuenta perdamus? *κακια* enim, quam Latinus
 uertit in 'malitiam', apud Graecos duo significat, et malitiam
 et afflictionem, quam *κακωσιν* Graeci dicunt et hic magis
 pro malitia transferri debuit. quod si contentiose † quis ducitur 4
 10 nolens *κακίαν* afflictionem sonare et angustias, sed malitiam,
 illo sensu explanandum est, quo mundus in maligno, hoc est
 in malo, positus sit — et in dominica oratione dicimus: libera
 nos a malo — et sufficiat nobis contra malitiam huius saeculi
 praesens habere certamen.

15 2. In secundo proposuisti loco de beati apostoli Pauli
 prima ad Corinthios epistula, in qua loquitur: omne pecca-
 tum, quod fecerit homo, extra corpus est; qui
 autem fornicatur, in corpus suum peccat. legamus
 ergo paululum superius et sic ad haec uerba ueniamus, ne
 20 de extremis partibus et, ut ita dicam, cauda capituli totam

11 cf. I Ioh. 5, 19 12 Matth. 6, 13 16 *I Cor. 6, 18

2 dicit his (*del.*) *B* adicitis *DC* adicit *ς* dei *Φ* 3 intellegere *G*
 intelligitur *C* suffit *Φ* 4 cog. ang. *ς* 5 et fut. *om.* *I* pos-
 simus *Bp.r.* 6 fors. *om.* *I* *KAKIA* *ψ* cacia *GD* kacian *C* catia *B*,
spat. uac. in Φ quam] quae *C* que *D* latinis *D* 7 apud—mal.
om. *Φ* 8 quam] quod *DCB*, *om.* *ψ* *KAKOCIN* *ψ* cacosin *G* cacos
DC chaco (*add. s. l. sin m2*) *B*, *spat. uac. in Φ* grae(e)ce *ψDC*
 his *ψ, Ba.c.* 9 transferre debui *C* debuit] *add.* afflictio *B* con-
 tentione *ς* contentiosa *ψ* quis ducitur *corruptum, fort.* uis dici (*cf.*
ep. LXIX, 5: ne contentiosum clames esse, quod diximus); quodsi con-
 tentiosus esse quis ducitur *coni. Engelbrecht coll. I Cor. 11, 16* quis]
 quid *Φ* 10 nolens *om.* *ψ* *KAKIAN* *ψ* cacin *G* cacia *DC* catiā *B*,
spat. uac. in Φ sonare *om.* *D, s. l. B* dici *C* 11 sensū *G* quod *ψΦ*
 hoc est in malo *om.* *ψ* 12 dicamus *ψΦ* liberās *B* 13 et] ut *CB*,
om. D malitia *G* 15 proposuisti *scripsi* (*cf. infra p. 490, 1* pro-
 positio) posisti (*in mg. m2* suisti) *ψ* quaesisti *cet.* 17 quodcumque *ψ*
 19 ergo] enim *B* paulum *B* paulo *ς* 20 de *s. l. G*

- 2 sententiam nosse cupiamus. corpus, inquit, non fornicationi, sed domino, et dominus corpori. deus autem, qui dominum suscitauit, et nos cum illo suscitauit per uirtutem suam. nescitis, quia corpora uestra membra Christi sunt? tollens ergo membra Christi 5 faciam membra meretricis? absit. an nescitis, quia, qui coniungit se meretrici, unum corpus est? erunt, inquit, duo in carne una. qui autem iungit se domino, unus spiritus est. fugite fornicationem. omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus est. qui 10 autem fornicatur, in corpus suum peccat et reliqua.
- 3 sanctus apostolus contra luxuriam disputans et in superioribus dicens: escae uentri et uenter escis; deus autem et hunc et illa destruet consequenter uenit ad fornicationem. etenim luxuria mater libidinis est uentremque distentum 15 cibo et uini potionibus inrigatum uoluptas genitalium sequitur atque, ut ita dictum sit, pro membrorum ordine ordo uitiorum
- 4 mutandus est. omne itaque peccatum, uerbi gratia furtum, homicidium, rapina, periurium et cetera his similia post factum paenitentiam habent et, licet inuitet lucrum, tamen 20 mordet conscientia; uoluptas sola ac libido etiam in ipso tempore paenitendi praeteritos stimulos patitur et titillationem

1 *I Cor. 6, 13—18 13 *I Cor. 6, 13

1 nosse *om.* Φ capiamus $\psi\Phi$ non] *add. est codd. praeter* ψ
 fornicationis *G* 3 dom.] *add. ihm xpm B* suscitabit ζ 4 an
 nescitis Φ 5 membra ψ *ubique* sunt xpi *DCB* ergo *om.* *B*
alt. membra s. l. m2 B 6 nescis ψ 7 iungit *G* erunt] *add. enim*
codd. praeter ψ 8 carnem unam *C* coniungit ζ 9 omnem *C*
 10 quodcumque ψDC 12 et—dicens] dicit (*it in ras. B*) *DCB* 13 escae
 ψ *esca cet.* 14 *pr. et om.* ψ hunc] haec *D\Phi C* illas ζ destruit ψ
 15 libidini *C* 16 cybo *Ia.c.m2\psi* cibo o Φ 17 ut *s. l. m2 B* et Φ
 ita *I* alibi *cet.* (*cf. p. 155, 14—16?*) sit *I* est *cet.* ordo] *add.*
 quoque ψ 18 mutandus *I* (*uitandus m2*) ψ , *om. cet.* (*mutandus est =*
muß eingetauscht werden; satis inficete dictum, quod addito ut ita dictum
 sit *uix excusatur*) 21 conscientiam *DC* libidam Φ 22 penitudi-
 nis ψ praeteritur ψ

carnis et incentiua peccati, ut per haec, quae corrigi cupimus cogitantes, rursum sit materia delinquendi. aliter: cetera peccata 5 forinsecus sunt — quidquid enim egerimus, in alios agimus —; fornicatio non solum conscientiam fornicantis, sed ipsum 5 maculat corpus, ac secundum sententiam domini, in qua ait: propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt una caro, etiam ipse cum meretrice unum corpus efficitur et peccat in corpus suum, dum templum Christi facit corpus esse meretricis. 10 dicamus et aliter, ne ullam Graecorum sententiam praeterire 6 uideamur: aliud est peccare per corpus, aliud in corpore. furtum, homicidium et cetera absque fornicatione peccata per manus administramus extrinsecus; fornicatio sola in corpore nostro exercetur a nobis, non per corpus in alios, et 'per' 15 praepositio ministerium habet, 'in' autem in se passionem. sunt et, qui ita disserant, quod secundum sanctam scripturam 7 uxor uiri corpus sit et, quicumque fuerit fornicatus, peccet in corpus suum, hoc est in uxorem, dum eam sua fornicatione conmaculat et facit etiam non peccantem sui conmix- 20 tione peccare.

6 *Gen. 2, 24 9 cf. 1 Cor. 3, 16 etc. cf. I Cor. 6, 15 16 cf. Gen. 2, 21—23 17 cf. I Cor. 6, 18

1 ut] et DC cup.] add. et Φ 4 ipsum ψ et (om. C) cet. 5 corp. mac. codd. praeter ψ hac DC in om. ζ quam Φ 6 propterea DCB relinquit $\psi\Phi$ derelinquet DCB 7 ux. suae] sibi ux. C erunt duo Bp.c.m2 ζ una caro] in carnem unam ζ et iam B 9 fecit D facit dum Φ 10 dicimus G 11 per corp. pecc. B 12 et s. l. G 13 per manus] manu DCB sola] add. intrinsecus C 14 alios et Φ alios (alio GDC) sed cet. alt. per om. Φ 15 praepositio G propositio Φ prae(e)positum DCB propositionem sceleris commissi a nobis ψ min. om. ψ ministrentur Φ hebet G pr. in eras. G, om. cet. se om. Φ passione Φ 16 sunt et scripsi sunt enim ψ sunt G Φ B sed DC edisse^r B (pr. e add. m2) edisserant ζ et disserant Φ ; add. aiunt (del. B) DCB sanctam om. ζ 17 et—ux. om. D fornicator ψ fornicationes Φ peccat G Φ CB 18 uxore ψ eam] ea G 19 faciat Φ etiam] eam C eam etiam Φ sua ζ 20 peccare] tria capitula, quae sequuntur, peruerso ordine (4, 5, 3) exhibent codices praeter Φ ; capitulum 3 omittit G

3 (5). Tertia, id est extrema, propositio fuit de eadem apostoli epistula, ubi de resurrectione disputans uenit ad eum locum, ubi scriptum est: oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus suis. nouissime inimica destruetur mors. cum autem dixerit, quia omnia subiecta sunt ei, haud dubium, quin praeter eum, qui subiecit ei omnia. cum uero subiecta fuerint ei omnia, tunc ipse filius subicietur ei, qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. et miror te hoc a me quaerere uoluisse, cum sanctus Hilarius, Pictauensis episcopus, undecimum librum contra Arrianos hac quaestione et solutione compleuerit. tamen saltim pauca dicamus. omne in hoc scandalum est, quare filius patri dicatur esse subiectus. quid est turpius siue inferius: patri subici — quod saepe pietatis est et in psalmo scriptum: nonne deo subiecta erit anima mea? — an crucifigi et maledictum crucis fieri? maledictus enim omnis, qui pendet in ligno. qui ergo pro nobis maledictum factus est, ut nos de maledictione liberaret, miraris, si pro nobis subiectus sit, ut nos patri faciat esse subiectos dicens in euangelio: nemo uadit ad patrem nisi per me

3 *I Cor. 15, 25—28 16 Ps. 61, 2 17 Gal. 3, 13, cf. Deut. 21, 23 18 cf. ibid. 21 *Ioh. 14, 6

1 tert.—extr.] epistolaris (om. C) responsio ad quem supra DC item ieronimi ad quem supra B prop. tua § 3 ubi] in quo Φ 4 omnes om. Φ eius ψB meos Φ suos §, om. DC suis ψ eius cet.; add. omnia enim subiecta sunt sub pedibus eius B (eadem uerba post lin. 5 mors add. §), omnia enim sub (iecit add. s. l.) pedibus eius Φ 5 nouissima DΦC; add. autem § destruitur ψ 6 quia] quoniam DB haut ψD aut ΦB 8 ei fuerint DC omnia om. Φ tunc in ras. m2 B; add. et in ras. m2 B et et Φ filius s. l. Φ 9 subicietur] subiectus Φ sibi om. ψ subicit ψ 11 sanctus om. DCB hylar. B helar. ψ pi(eψ)ctauensis ψDB pi(eΦ)ctauensis ΦC 12 arrianus Φ hanc questionem ψ et om. ψ 13 pauca saltem § psaltim Φ 14 quare] cur DCB subi. e. dic. § 15 siue inf. om. ψ subieci Φ et] ut C unde (u in ras. m2) et B 16 scribitur Φ 17 an] hanc D 18 pendit ψC pendit D 19 maledictione] maledicto DB 20 proiectus Φ 21 ad patrem om. Φ

et: cum exaltatus fuero, omnia traham ad me? Christus in his, qui fideles sunt, subiectus est patri, quia omnes credentes, immo omne hominum genus, corporis ipsius membra reputantur. in his autem, qui increduli sunt, id est Iudaeis, 5 ethnicis, hereticis, insubiectus dicitur, quia pars membrorum eius non est subiecta fidei. in fine autem mundi, cum omnia 4 membra regnantem uiderint Christum, id est corpus suum, etiam ipsa subiciuntur Christo, id est corpori suo, ut omne Christi corpus subiciatur deo et patri et sit deus omnia in 10 omnibus. non ait: 'ut sit pater omnia in omnibus', sed: 'ut deus', quod proprium nomen est trinitatis et tam ad patrem quam ad filium et spiritum sanctum referri potest, ut humanitas subiciatur diuinitati. humanitatem in hoc loco dicimus non mansuetudinem et clementiam, quam Graeci *φιλανθρωπίαν* 15 uocant, sed omne hominum genus. porro, quod ait: ut sit 5 deus omnia in omnibus, hoc sensu accipiendum est: dominus atque saluator nunc omnia non est in omnibus, sed pars in singulis — uerbi gratia in Salomone sapientia, in Dauid bonitas, in Iob patientia, in Danihele cognitio futurorum, in 20 Petro fides, in Finees et Paulo zelus, in Iohanne uirginitas, in ceteris cetera —, cum autem omnium rerum finis aduenerit, tunc omnia in omnibus erit, ut singuli sanctorum omnes uirtutes habeant et sit Christus totus in cunctis.

1 *Ioh. 12, 32 9. 15 I Cor. 15, 28

1 fuero] *add.* a terra *B* trah. omnia *ψ* ad] in *Φ* 2 patri *om.* *Φ* quia] quoniam *DB* omnes] *dns D* 3 omnium *DCB* hominem *Φ* 5 et (*om. D*) ethnicis et h(*om. B*)ereticis *DCB* hereticis *om.* *Φ* ins.] *add.* esse *ς* quia] quoniam *DCB* membr. ei. pars *B* 6 subiecta *om.* *ψ* 7 uiderunt *Φ* 8 capiti *B* 9 *alt.* et] ut *ς* 10 ut deus *ψ* deus *Φ* ut sit deus *C* ut sit deus omnia in omnibus *DB* 11 ut tam *Φ* et iam *D* etiam tam *C* 13 in *om. C* 14 phylantrophyan *ψ* philätropiā *B* filanth(*tC*)ropia *DC*, *spat. uac. in Φ* 16 sensum *Φ* 17 atque] et *D* salu. noster *DCB* nunc *s. l. B, om. DC* 18 pars] pater *Φ* sigulis *ψ, Φ, a. c.* 19 iob (*non* hiob) *codd.* danielo *C* danielo *B* danihel *Φ* 20 finehes *B* phinees *ΦC* xelus *C* 21 rer. omnium *C* 22 in] et in *ψ* ut] et *D* singulae *ψ* uirt. omnes *ψ* 23 et] ut *Φ* cunctis] *add.* explicit *C*

4 (3). Repperi iunctam epistolae et commentariolo tuo
 breuem chartulam, in qua haec indita ferebantur: 'quaerendum
 ab eo — id est a me —, utrum mulier relicto uiro adultero
 et sodomita et alio per uim accepto possit absque paenitentia
 5 communicare ecclesiae uiuente adhuc eo, quem prius reliquerat.' 5
 quod legens illius uersiculi recordatus sum: ad excusandas
 2 excusationes in peccatis. omnes enim homines uitiiis
 nostris fauemus et, quod propria facimus uoluntate, ad naturae
 referimus necessitatem. quomodo si dicat adulescens: 'uim
 patior corporis mei, ad libidinem ardor inpellit, ipsa organa 10
 membrorum genitalium et compositio corporis femineos quaerit
 amplexus'; et rursus homicida: 'in egestate', inquit, 'eram,
 indigebam cibo, tegumen corporis non habebam; ideo alienum
 3 sanguinem fudi, ne ipse fame et frigore morerer'. responde
 itaque sorori, quae a nobis super statu sui quaerit, non 15
 nostra, sed apostolica sententia: an ignoratis, fratres,
 — scientibus legem loquor — quoniam lex dominatur
 homini, quanto tempore uiuit? mulier enim, quae
 sub uiro est, uiuente uiro adstricta est legi. quod-
 si mortuus fuerit uir eius, liberata est a lege uiri. 20
 ergo uiuente uiro adultera erit, si duxerit alium
 uirum, et in alio loco: mulier alligata est, quanto

6 Ps. 140, 4 16 *Rom. 7, 1—3 22 *I Cor. 7, 39

1 reperi *C* et] uel *Ba.c.m2*, *om.* *D* cōmunituriolo *ψ*
 commonitoriolo *ς* tuo *s. l.* *B*, *om.* *GD* 2 breuem *GD* cart.
ψDB carth. *G* indicta *D* 3 ab eo] habeo *C* 5 comunicare
 (*ex -ri*) *B* ecclesia *D* relinquerat *G* reliquerant *Φ* 8 uoluptate *Φ*
 9 dicat si *Φ* adul. *GD* adul. *ψCB* aduliscens *Φ* 10 mei *ψ* mea *Φ*
 me *cet.* ardor *s. l.* *B* 11 femine hos *B* 12 rursus *ψ* rursum *cet.*;
add. si *GD* *DCB* egestatem *G* 13 tegimen *B* tegmen *ς* tegumenta *ψ*
 14 fidi *Φ* morer *G* respondeo *CB* - 15 sor.] *add.* nostrae *G*
 statu sui *B* status sui *GC* stratus sui *D* statu (*stato* *Φ*) suo *ψΦ* suo
 statu *ς* 16 nostra *ψ* nostras *cet.* nostram *ς* apostolica *ψ* apostoli
cet. sententia *ψ* sententias *cet.* sententiam *ς* fratris *Φ* 17 scient.
ψ, *add.* enim *cet.* 19 astr. *C* iuncta *D* uincta *B* 20 eius *om.* *Φ*
 legere *Φ* 21 si *s. l.* *ψ* alterum *ΦC* 22 in *om.* *ψ* et mulier *B*
 adligata *G* ligata *Φ*

tempore uiuit uir eius. si autem dormierit uir,
 liberata est: cui uult, nubat, tantum in domino.
 omnes igitur causationes apostolus amputans apertissime 4
 definiuit uiuente uiro adulteram esse mulierem, quae alteri
 5 nupserit. nolo mihi proferas raptorem et uiolentiam, matris
 persuasionem, patris auctoritatem, propinquorum cateruas, ser-
 uorum insidias atque contemptum, damna rei familiaris:
 quamdiu uiuit uir, licet adulter sit, licet sodomita, licet fla-
 gitiiis omnibus coopertus et ab uxore propter haec scelera
 10 derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum uirum accipere
 non licet. nec hoc apostolus propria auctoritate decernit, sed
 Christo in se loquente Christi uerba, qui ait in euangelio:
 qui dimittit uxorem suam excepta causa fornica-
 tionis, facit eam moechari; et qui dimissam acce-
 15 perit, adulter est. animaduerte, quid dicat: qui dimis- 5
 sam acceperit, adulter est; siue ipsa dimiserit uirum
 siue a uiro dimissa sit, adulter est, qui eam acceperit. unde
 et apostoli grauem coniugii sarcinam intellegentes: si ita
 est, inquit, non expedit homini uxorem accipere.
 20 ad quos dominus: qui potest, inquit, capere, capiat,
 statimque sub exemplo trium eunuchorum uirginitatis infert
 beatitudinem, quae nulla carnis lege retinetur.

13 *Matth. 5, 32 18 *Matth. 19, 10 20 Matth. 19, 12 21 cf.
 Matth. 19, 12

1 uir eius uiuit ψB uir] *add.* eius D, B s. l. 3 igitur] autem
 DCB apertissimus Φ 4 definiuit C quae] si DCB 5 rapt. et]
 raptoris DB raptores C 6 suasionem Φ perstationem C prestationem D
 cateruam DC 7 atque *in ras.* $m2 B$ adque G et ψ , *om.* DC con-
 temptum *in ras.* $m2 B$ contemptum Φ parentum DC dampna ψB
 8 uiuit uir] uibitur G 9 et s. l. B 10 eius rep.] est reputatus D
 est reputandus CB alterum] adulterum C uirum *bis* Φ 11 nec]
 non DB ap. haec C 12 uerba ψ uerba secutus est GC uerba
 sectatus est *cet.* 13 excepto ψ 14 mechari $D\Phi$ mechari B qui] si C
 acc.] duxerit $\psi\Phi$ 15 anim.—ad. est] *om.* DC mulier B 16 et 17 acci-
 perit $\psi\Phi$ accipit G ipsa illa B 17 sit] *add.* innupta manet siue ipsa
 dimiserit uirum siue a uiro dimissa sit B 19 acc. ux. ψ 20 quos] quod C
 inquit qui potest ψ 21 heunucorum B 22 reteneretur Φ tenetur S

5 (4). Neque satis animaduertere potui, quid sit, quod dicere uoluit: 'alio uiro per uim accepto'. quid est hoc: 'per uim accepto'? congregata uidelicet multitudine nolentem rapuit: et quare postea non raptorem rapta dimisit? legat libros Moysi et inueniet desponsatam uiro, si in ciuitate fuerit 5 oppressa et non clamauerit, puniri quasi adulteram, si autem 2 in agro, innoxiam esse ab scelere. ergo ista soror, quae, ut dicit, uim passa est, ut alteri iungeretur, si uult Christi corpus accipere et non adulteram se putari, agat paenitentiam, ita dumtaxat, ut secundo uiro, qui non appellatur uir, sed 10 adulter, a tempore paenitentiae non copuletur. quod si ei durum uidetur et non potest derelinquere nec praeferre dominum uoluptati, audiat apostolum conclamantem: non potestis calicem domini bibere et calicem daemoniorum; non potestis mensae domini communicare 15 et mensae daemoniorum, et in alio loco: quae communicatio luci ac tenebris? qui consensus Christo

4 cf. Deut. 22, 23—24 6 cf. Deut. 22, 25—27 13 *I Cor. 10, 21 16 *II Cor. 6, 14—15

1 enim aduertere *DC* potuit quod Φ quid—2 accepto *om. ψ DB*
 2 est *om. Φ* hoc *ex oc Φ , om. C* 3 congregato *D* congregatae Φ
 multitudinem *G* uolentem *B* 4 quare] uirum *DC, B* in *ras. m2*
 rapt. rapta non ζ non rapt. rapta non (*del. m2*) *B* 5 inuenit *D*
 desponsata *C* disponsatam *D Φ , Ba.c.m2* dispositam *G* ciuitatem *G*
 6 obpr. *G ψ* oppressam *Ba.r.* adultera *G* sin Φ ui *DC* 7 agro]
add. oppressa *C* oppressa sit ζ a scelere *C* accelere Φ scelera *D*;
add. et uiolentum legibus (legimus Φ) subiacere *codd. praeter ψ* ergo
 ψ ergo et *cet.* 8 alteri] adulteri *D* adultero *C* adulterio (te in *ras.*
et rio s. l. m2) *B* corpus xpi *CB* 9 adulteram se putari *G ψ* ad-
 ultera reputari (reputabat Φ) *cet.* 11 ulter Φ a] *ras. 2 litt. in ψ*
 12 et ψ , *add.* semel dilectum *cet.* praeferreri domini ψ 13 uoluptati
 (p in *ras. m2*) *B* uoluntatem ψ concl. et dicentem ψ non pot.—
 cal. daem. *om. C* 15 non pot.—mensae daem. *om. Φ* pot.] *seq.*
eras. calicem domini ψ mense dñi communicare in *ras. m2* *B* com-
 municari ψ 16 in *om. ψ* comun. *B* 17 lucis *D* ac] ad Φ
 cum ψ tenebras *D Φ* consensum *D* xpi ψ

ac Belial? rem nouam loquar, immo non nouam, sed uete- 3
 rem, quae ueteris testamenti auctoritate firmatur. si reliquerit
 secundum uirum et reconciliari priori uoluerit, non potest.
 scriptum est enim in Deuteronomio: si acceperit homo
 5 uxorem et habuerit eam et non inuenerit gratiam
 in conspectu eius propter aliquam foeditatem,
 scribet libellum repudii et dabit in manus eius
 et dimittet eam de domo sua. cumque egressa 4
 alterum maritum duxerit et ille quoque oderit
 10 eam dederitque libellum repudii et dimiserit de
 domo sua uel certe mortuus fuerit, non potest
 maritus recipere eam uxorem, quia polluta est et
 abominabilis facta est coram domino; ne peccare
 facias terram tuam, quam dominus deus tuus tibi
 15 tradidit possidendam. unde obsecro te, ut consoleris 5
 eam, immo prouoces ad salutem. putridae carnes ferro indigent
 et cauterio; nec est medicinae culpa, sed uulneris, cum cru-
 delitate clementi non parcat medicus, ut parcat, saeuit, ut
 misereatur.

4 *Deut. 24, 1—4

1 ac] ad ψ et ΦC beliae GDC loquar $\psi\Phi$ loquor $cet.$ non
 s. l. B 2 firmetur ψD 3 priori uiro uol. B uol. C uol. priori ζ
 non] et non ψ potes C 4 deuteronomio G deuteronomium Φ
 acciperit $\psi\Phi$ 6 foed. ΦC fed. $cet.$ 7 scribat C scribit ψD libel-
 lum s. l. ψ in manus eius] ei DCB manu $Ga.c.\Phi$ 8 dimittit $\psi\Phi$
 ea G cum ψ 9 alt.] adulterum D 10 dederitque ψ , $add.$ ei $cet.$
 dim.] $add.$ eam s. l. $m2 B$ 11 uel] aut DCB potest ψ poterit
 prior $cet.$ 12 ux. $\psi a.c.m2$ in ux. $cet.$ quia] quoniam DCB pol-
 lutam Φ est $eras. B, om. G$ 13 abhominabilis ψB 14 deus
 s. l. ψ tradidit tibi ζ tradidit tibi C 15 ut] et ψ 17 et $om. \psi$
 clem. crud. ζ clem. credulitate C 18 ut med. $GDC, Ba.c.m2$

LVI.

〈EPISTULA AUGUSTINI AD HIERONYMUM〉.

Domino dilectissimo et cultu sincerissimo caritatis obseruando atque amplectendo fratri et compresbytero Hieronymo Augustinus.

1. Numquam aequae quisquam facie cuiuslibet innotuit quam mihi tuorum in domino studiorum quietae laetitia et uere exercitatio liberalis. quamquam ergo percipiam omnino te nosse, tamen exiguum quiddam tui minus habeo, praesentiam uidelicet 2 corporis. quam ipsam etiam, posteaquam te beatissimus nunc 10 episcopus, tunc uero iam episcopatu dignus frater Alypius uidit remeansque a me uisus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius impressam et ante reditum, cum te ille ibi uidebat, ego uidebam, sed oculis eius. non enim animo me atque illum, sed corpore duos, qui nouerit, dixerit, 15

F = Veronensis XVI. 14 s. IX.

L = Coloniensis 35 s. IX.

W = Parisinus lat. 1868 s. IX.

D = Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.

M = Coloniensis 60 s. IX—X.

Φ = Guelferbytanus 4156 s. IX—X.

l = Vaticanus lat. 341 s. X—XI.

B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

2 Haec epistula in codd. titulo caret; est inter Augustini epistulas XXVIII (p. 103 Goldbacher) 3 Dom.—Aug.] augustinus iheronimo B cultus *Φ* sincerissimae *ς* obs.] obsequendo *FLDMI* 4 fratri om. *Φ* 5 agust. presbiter *W* agust. in domino salutem *Φ* 6 aequae] me *Fa.c.m2Ll,M* (eras.), om. *D* qu. f.] tam facie quisquam *l* quisque *F* facie *W* facile *FLD* tam facile *MB* tam facie *lς* 7 quietae laet.] quasi athleticia (alt. i eras.) *B* laeta *DI* laetato *Φ* et om. *W* uetere (ueterum s.l.m2) *W* 8 lib. *WΦ* in domino lib. cet. ego *FLMB* cupiam *FW* 9 quiddam add. *m2l* quidam *F,Wa.c.m2* minus tui *l* munus *W,Bp.c.* 10 ipsam *WΦ* ipse cet. 11 episcopatus *FLD* 12 magne *L* 13 mihi ex parte *l* relatu *W* relato *L* relata *F* impressum *Φ,Ba.c.* 14 illubi *Fa.c.m2* et ego *ς* uideam *W* et *W* oculos *W* oculi *Fa.c.m2* 15 adque *W* quia *W*

concordia dumtaxat et familiaritate fidissima, non meritis,
 quibus ille antecellit. quia ergo me primitus communione
 spiritus, quo in unum nitimur, deinde illius ex ore iam diligis,
 nequaquam inpudenter quasi aliquis ignotus commendo germa-
 5 nitati tuae fratrem Profuturum, quem nostris conatibus, deinde
 adiutorio tuo vere profuturum speramus; nisi forte, quod talis
 est, ut ipse tibi per eum fiam commendatior, quam ille per
 me. hactenus fortasse scribere debuerim, si esse uellem epi- 3
 stularum sollempnium more contentus; sed scatet animus in
 10 loquelas communicandas tecum de studiis nostris, quae habemus
 in Christo Iesu, domino nostro, qui nobis multas utilitates
 et uiatica quaedam demonstrati a se itineris etiam per tuam
 caritatem non mediocriter ministrare dignatur.

2. Petimus ergo et nobiscum petit omnis Africanarum eccle-
 15 siarum studiosa societas, ut interpretandis eorum libris, qui
 Graece scripturas nostras quam optime tractauerunt, curam
 atque operam impendere non graueris. potes enim efficere, ut
 nos quoque habeamus tales illos uiros et unum potissimum,
 quem libentius in tuis litteris sonas. de uertendis autem in 2
 20 linguam Latinam sanctis litteris canonicis laborare te nollem
 nisi eo modo, quo Iob interpretatus es, ut signis adhibitis,
 quid inter hanc tuam et Septuaginta, quorum est grauissima

1 foedissima Φ 2 ego $l, Ba.c.$ 3 nectimur ς quem iam lB
 5 dein B (*eras.*), *om.* Φ 6 uero profuturo Φ 7 fiat L, D (*r in ras.*)
 fiat (*t in ras.*) M 8 hact. Ml act. *cet.* debueram $DI, Ma.c.m2Bp.c.$
 si] ut (*eras. MB*) si (*in ras. B*) $FLDMB$ 9 contemptus F conuen-
 tus l scatit Φ sicut et W 10 loquillas Φ communicandum Φ
 de] *add.* his $F, Ls.l.$ 11 Iesu *om.* Φ inutilitatis Φ 12 demon-
 stranti Φ monstrat $FLD, Ba.r.$ monstrat l a se *om.* $FLDI, MBa.c.$
 13 monstrare l 14 et *om.* Φ nobis competit W omnes $W\Phi$
 affricanarum B africanorum $FLD\Phi, Ma.c.$ 15 ut] et W ut in $l, Bp.c.$
 17 potest FD 18 ill tal. *codd. praet.* $W\Phi$ 19 quem $W\Phi$, *add.* tu
cet. personas Φ 20 lat. ling. ς sanctis] sis (*del. m2*) W nollet Φ
 21 nisi] *add.* praedicatio nostra inanis est FL (*cf. I Cor. 15, 14 et p. 500, 11*)
 quod F Iob (*non hiob*) *codd.* interpretaturus (*urus ex ur*) W
 est ς ut] et FL 22 qui FD hanc] *seq. ras. M* hanc et Φ

auctoritas, interpretationem distet, appareat. satis autem nequeo
 mirari, si aliquid adhuc in Hebraeis exemplaribus inueni-
 tur, quod tot interpretes illius linguae peritissimos fugerit.
 3 omitto enim Septuaginta, de quorum uel consilii uel spiritus
 maiore concordia, quam si unus homo esset, non audeo in 5
 aliquam partem certam ferre sententiam, nisi quod eis prae-
 eminentem auctoritatem in hoc munere sine controuersia tri-
 buendam existimo: illi me plus mouent, qui, cum posteriores
 interpretarentur et uerborum locutionumque Hebraearum uiam
 atque regulas mordacius, ut fertur, tenerent, non solum inter 10
 se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa, quae tanto
 post eruenda et prodenda remanent. si enim obscura sunt,
 te quoque in eis falli posse creditur; si manifesta, illos in eis
 falli potuisse non creditur. huius igitur rei pro tua caritate
 expositis causis certum me facias obsecrauerim. 15

3. Legi etiam quaedam scripta, quae tua dicerentur, in epi-
 stulas apostoli Pauli, quarum ad Galatas cum enodare uelles,
 uenit in manus locus ille, quo apostolus Petrus a pernicio-
 simulatione reuocatur. ibi patrociniū mendaciū susceptum

16 cf. Hieron. in Pauli epist. ad Gal. 2, 11 sqq. (XXVI 338, 31—
 342, 16 M)

1 distat Φ appareat l 2 adhuc] *add.* interpretis Φ ebraeis Φ
 hebraicis L hebraicis *FDMIB* litteris ex. *FL, la.c.m.2* litteris et ex.
DMB, lp.c.m.2 3 quod (d *exp.*) M uel tot Φ peritissimis *Lp.r.*
 peritissimus *F\Phi* effugerit l 4 decorum *Fa.c.m.2* pr. uel om. Φ
 consiliis *FLDMI* maiori sp. *FLDMI* maiore sp. ζ maioris sp. B
 5 quam si] quasi W non] nam B 6 certe *WI* praeem. *M, Bp.c.*
 7 munire W 8 exist. illi] existi molli W posse (s. l.) teriores B
 potentiores *FLDI, Ma.c.m.2* 9 hebreorum *WB* 10 mordacius *WM\Phi B*
 mordicus ζ ut fertur] infertur F ut in *ras.* L sol. *W\Phi*,
add. autem (B *del.*) *cet.* 11 consensirent Φ relinquerunt F quanto Φ
 12 remaneret *Fa.c.m.2*; *add.* et aut obscura sunt aut manifesta ζ 13 pr.
 eis *W\Phi* illis *cet.* (cf. *Hier. ep. CXII 20*) posse—falli om. W potuisse ζ
 si] *add.* enim (*del.*) B autem ζ 14 rei] ei F 16 scriptam Φ eplis
Bp.r. 17 pauli ap. *Bp.c.* quar.] *add.* unam ζ e me (*del.*) nodare F
 scripto (*seq. ras.*) nelles F 18 a om. F 19 sim. reu. om. Φ re-
 uocaretur *FDI, Mar.*; *add.* dictumque *FLDMI, B in mq.* suspectum F

esse uel abs te, tali uiro, uel a quopiam, si alius illa scripsit, fateor, non mediocriter doleo, donec refellantur — si forte refelli possunt — ea, quae me mouent. mihi enim uidetur exitiosissime 2
 5 homines, per quos nobis illa scriptura ministrata est atque conscripta, aliquid in libris suis fuisse mentitos. alia quippe quaestio est, sitne aliquando mentiri uiri boni, et alia quaestio est, utrum scriptorem sanctarum scripturarum mentiri oportuerit; immo uero non alia, sed nulla quaestio est. admissio
 10 enim semel in tantum auctoritatis fastigium officioso aliquo mendacio nulla illorum librorum particula remanebit, quae non, ut cuique uidebitur uel ad mores difficilis uel ad fidem incredibilis, eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur. si enim mentiebatur apostolus 3
 15 Paulus, cum apostolum Petrum obiurgans diceret: si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter et non Iudaice uiuis, quemadmodum gentes cogis iudaizare? et recte illi uidebatur Petrus fecisse, quem non recte fecisse et dixit et scripsit, ut quasi animos tumultuantium deliniret, quid respondebimus,
 20 cum exsurrexerint peruersi homines prohibentes nuptias, quos

15 *Gal. 2, 14 20 cf. I Tim. 4, 3

1 abs] ab *F* a *LDMIB* copiam *F* (m *eras.*), *L* ille *FL* illam *D* illas (i *ex u*) *Φ* 2 done *W* repellantur *FL* refellit *Fa.c.* reuelli *Φ* 3 possint *Ba.c.* quem emouent *D* 4 aliquid *FLΦ* libros sanctos *W* sanctis libris *FLDMIB* esse] habere *FLDL, Ma.c.* haberi *Mp.c.B* id est] id *l* ad *FL* 5 quos] *add.* homines *FL* est min. est *Φ* adque *Fa.c.m2W* 6 conscriptā *Φ*; *add.* et illos per quos nobis innotuit *in mg.* *B* aliquid *W* suis libris *ς* tuis *W* mentitus *FW, La.c.* 7 sicne *Fp.r.* sine *W* alio *W* 8 oportuerat *W* 9 est quaestio *ς* admissa *Φ* amisso *F* ammissio (*alt. i del.*) *D* 10 semel in] simili *L* quantum *Φ* 11 eorum *F* 12 ut cuique] utique *F* uidebit *W* difficiles *LI* incredibiles *La.c.m2l* 13 reg.] *add.* uel *FLDL, MB* (*eras.*) 14 referetur *F* 15 apostulo petro *Fa.c.* 16 uiues *F, La.c.m2* 17 cog. gent. *FLDMIB* 18 *pr.* et *om.* *W* 19 ut] et *DMI* animus *FLDΦl, Ma.c.m2* deliniret *Φ* delinire *Fa.c.m2* deliniret *Mp.r.B* deliniretur *LDL, Ma.r.* quid] quod non *Φ* 20 exsurrexerit *Fa.c.m2* et resurrexerint *Φ* insurrexerint (*pr. in in ras.*) *B* reuersi *Φ* quod *F*

futuros ipse praenuntiauit, et dixerint totum illud, quod idem apostolus de matrimoniorum iure firmando locutus est, propter homines, qui dilectione coniugum tumultuari poterant, fuisse mentitum, scilicet non quod hoc senserit, sed ut illorum placaretur aduersitas? non opus est multa commemorare. possunt enim uideri etiam de laudibus dei esse officiosa mendacia, ut apud homines pigriores dilectio eius ardescat, atque ita nusquam certa erit in sanctis libris castae ueritatis auctoritas. nonne attendimus eundem apostolum cum ingenti cura commendandae ueritatis dicere: si autem Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra, inanis est et fides uestra. inuenimur autem et falsi testes dei, quia testimonium diximus aduersus deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit. si quis huic diceret: 'quid in hoc mendacio perhorrescis, cum id dixeris, quod, etiamsi falsum sit, ad laudem dei maxime pertinet', nonne huius detestatus insaniam, quibus posset, uerbis et significationibus in lucem penetralia sui cordis aperiret clamans non minore aut fortasse etiam maiore scelere in deo laudari falsitatem quam ueritatem uituperari? agendum

2 cf. I Cor. 7, 10—16 10 *I Cor. 15, 14—15

1 pronuntiauit *FW* praenuntiarint Φ praenuntiabat (prae *ex per m2*) *L*
 2 firmanda *FLD* 3 dilectatione *Bp.c.* tumultuanti *F* 5 non *W\Phi*,
add. enim cet. 6 de *om. F* officia *W* 7 lectio Φ numquam *l*
 8 certauerit *F* libr. sanctis ζ libr.] in (*del.*) libr. *F* litteris *LDMI, B*
 (libr. ac litteris *p.c.*) castae] certe *F* 9 non *F* cum *om. W*
 10 ueritatis (*ex caritatis*) cura commendandae (*dan m2*) *M* uer. comm.
 (commetante *L*; *add. gratia l gratiae [del.] B*) *FLDIB* commen-
 danda *W* commendante Φ 11 *pr. est om. W* praed.—est *om. L*
 12 uestra] nostra *Fa.c.m2LB*; *add. et \Phi* autem] aut *Fa.c.m2* enim
B hoc Φ 13 qui *l* quoniam Φ aduersum *lp.c.* dñm Φ 14 susci-
 tauerit *W\Phi* -uit *cet.* non *om. F\Phi* 15 hunc *D* huc Φ dicere Φ
 hoc] isto Φ 16 id *om. FLDMI* quod *om. l* 17 nonne] *add. ut*
in mg. B detestatur Φ -stetur (-tus *s. l.*) *M* -staretur *FLDIB*
 insania *FLD* possit *FLD\Phi, Ma.c.* 18 luce *F* aperire *D, LMp.c.m2*
 19 maiores *L* maiori *DMIB* 20 laudare *MI* falsitate *Fp.c.L*
 uit. uer. ζ uituperare *M*

est igitur, ut ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis libris tam sancte et ueraciter existimet, ut nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa mendacia potiusque id, quod non intellegit, transeat, quam
 5 cor suum praeferat illi ueritati. profecto enim, cum hoc dicit, credi sibi expetit et id agit, ut diuinarum scripturarum auctoritatibus non credamus.

4. Et ego quidem qualibuscumque uiribus, quas dominus suggerit, omnia illa testimonia, quae adhibita sunt adstruendae
 10 utilitati mendacii, aliter oportere intellegi ostenderem, ut ubique eorum firma ueritas doceretur. quam enim testimonia mendacia esse non debent, tam non debent fauere mendacio. sed hoc intellegentiae relinquo tuae. admota enim lectioni diligentiore consideratione multo id fortasse facilius uidebis
 15 quam ego. ad hanc autem considerationem coget te pietas, 2 qua cognoscis fluctuare auctoritatem diuinarum scripturarum, ut in eis, quod uult quisque, credat, quod non uult, non credat, si semel fuerit persuasum aliqua illos uiros, per quos nobis haec ministrata sunt, in scripturis suis officiose potuisse men-
 20 tiri; nisi forte regulas quasdam daturus es, quibus nouerimus, ubi oporteat mentiri et ubi non oporteat. quod si fieri potest, nullo modo mendacibus dubiisque rationibus id explices quaeso

2 sancti *D* 3 ae(e *F*)stimet *FL* nolet *F* 4 que] qui *D* 5 illi
 om. *DML* dicit] ait *B* 6 credis ibi Φ credit *F* expeti *Fp.r.*
 id] ad id *W* ait *D, Ma.c.m.2* ut] et *L* 9 athabita *Fa.c.* astruende
B astruendi Φ 10 utilitati *W\Phi* -tis *cet.* alii Φ oportere *B*
 oportet *F* ibique Φ ubicumque *FL* 11 ueritatis *L* 12 mendacii Φ
 iam *FLD* alt. debet *FLDB, Ma.c.m.2* faueri *B* 13 tuae rel.
FLDMIB relinque Φ ammota Φ lectione (*add. et l*) *DI, Ma.c.*
 14 diligentiori *FLDI, Ma.c.m.2* 16 quam *F* quia *l* diuinorum scrip-
 torum *W* script. diu. ζ 17 ut *om. W* uul Φ unusquisque Φ
 quis *FLDMI* quod—alt. credat *om. \Phi* alt. non *s. l. B* alt.
 credant *D* 18 aliquos *FLDI, Ma.c.* aliquid *B* aliqua ratione ζ per
om. \Phi 19 suis *del. B* officioso *L* potuisse] et (*eras. M*) pot. *LDM*
 n mentiri *W* 20 quandam *D* noueris *codd. praet. W\Phi, Mp.c.m.2*
 21 *pr. ubi]* *add. non \Phi* et] uel *B, om. \Phi* quod *om. \Phi* potest]
add. quod ego non credo B 22 mendacii *FLDI, Mp.r.*

nec me onerosum aut inpudentem iudices per humanitatem ueracissimam domini nostri. nam, ut non dicam nulla, certe non magna culpa meus error ueritati fauet, si recte in te potest ueritas fauere mendacio.

5. Multa alia cum sincerissimo corde tuo loqui cuperem et de Christiano studio conferre, sed huic desiderio meo nulla epistula sat est. uberius id possum per fratrem, quem miscendum et alendum dulcibus atque utilibus sermocinationibus tuis misisse me gaudeo. et tamen, quantum uellem, nec ipse — quod eius pace dixerim — forsitan capit, quamquam nihilo me illi praetulerim. ego enim me fateor tui capaciorem, sed ipsum uideo fieri pleniorum, quo me sine dubitatione antecellit, et posteaquam redierit, quod domino adiuuante prosperatum iri spero, cum eius pectoris abs te cumulati particeps fuero, non est inpleturus, quod in me adhuc uacuum erit atque auidum sensorum tuorum. ita fiet, ut ego etiam tunc egentior sim, ille copiosior. sane idem frater aliqua scripta nostra fert secum, quibus legendis si dignationem adhibueris, etiam sinceram fraternamque seueritatem adhibeas quaeso. non enim aliter

1 iudicis *W* 2 uerissimam *B* dñs n̄r *L* 3 magnā *W* culpa
om. W meus] eos *W* ueritatis *WΦ* auet *W* uer. pot. *codd.*
pract. WΦ 4 non mendacio *W* 5 cum *om. W* tuo corde *Φ*
 cordi *W* 6 de *s. l. B* nullo *Φ* 7 sat *WB, om. L* satis *cet.*
 id ipsum *ς* possunt *F* fratr.] *add.* profuturum *ς* quem *om. L*
 8 dulcius *D* utilius *L* 10 pace eius *ς* p(ace *s. l.*) *B* pacem
FΦ, Ma.r.(?), *om. L* praedixerim *L* forsitam *Φ* forsitat *W* nihili-
 lum *L* in nih(ch)ilo *FDIB* me *om. L* 11 pertulerim *W* me] *ne W*
 capiciorem *Fa.c.m2* capidiorem *ex* cupiorem *L* 12 uideor *L*
 fieri] fateri *L* antecellet *l* antecedit *M* 13 quo *FL* adi. dom. *Φ*
 prosperatū (*ex -to m2*) iri sp. *M* prosperat uiri sp. *W* prosperatui sp. *Φ*
 prosperatu (*u in ras.*) aspero *L* prosperato cursu fieri (*s. l.*) sp. *B* pro-
 speratum (*m exp.*) fiat cursu *F* prosperato fiat cursu *DI* 14 pectori
FLB cumulatii *D* 15 est *WΦ* erit *cet.* adhuc *om. Φ* fuerit
 a. au. *B* a. au. est *Φ* 16 sensorum *WΦ* sensum *L* sensuum (*ex sensu*
B) *cet.* fiat *Ba.c.*; *add.* etiam *s. l. B* ut] *add.* et *Φ, Bs.l.* 17 idem]
 id est *W* scriptura *F* secum] *add.* cum *W* 18 sic (*c exp.*) *F*
 19 atque fraternam *ς* ueritatem *L* adhibeat *W*

intellego, quod scriptum est: emendabit me iustus in misericordia et arguet me; oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum, nisi, quia magis amat obiurgator sanans quam adulator unguens caput. ego autem diffi-
 5 cillime bonus iudex lego, quod scripserim, sed aut timidior recto aut cupidior. uideo etiam interdum uitia mea, sed haec malo audire a melioribus, ne, cum me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar et meticulosam potius mihi uidear in me quam iustam tulisse sententiam.

10

LVII.

AD PAMMACHIUM DE OPTIMO GENERE INTER-
 PRETANDI.

1. Paulus apostolus praesente Agrippa rege de criminibus responsurus, quae posset intellegere, qui auditurus erat, securus

1 *Ps. 140, 5

1 emendauit *FWDΦB* 2 holeum Φ oleo *F* peccatores *Fa.c.m2Φ*
 3 inpinget *FDá.c.* magis *om. LDI, Ma.c.m2* amator *B* obiur-
 gatur *L* obiurgatus *F* obiurgant Φ 4 sanas Φ sana *La.c.* adulatur Φ
 adulator *D, Ba.c.* unguens ζ difficile me *WΦl* difficili me *F*
 5 bonus *bis D* quid Φ sed] seu *L* et *B* 6 recto] reticeo *F*
 (o ex or) *LDMI* aut si *F* haec *WΦ* ea *cet.* 7 senioribus *FDMI*
 nec um *L* nec cum *FWB* 8 russus *M* mihi] nihil *D* bland. et
 met. *om. W* pot. m. uid. in me Φ pot. uid. prime *W* m. uid. iu me
 pot. *cet.*

u = *Casselanus theol. fol. 21 s. VIII.*Ω = *Colmarensis 41 s. IX.*W = *Parisinus lat. 1868 s. IX.*Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*S = *Vindobonensis lat. 746 s. XIII.*

11 ad pamm. *B* (ad pam. Ω*W* ad pan. Σ pammachio *D* pamachio *S*)
 de—int. *codd. praet. u, qui titulo caret; Hieronymi nomen exhibent*
 ΩΣDS 13 apost. *om. S* 14 quae u que *W, om. D* quo *cet.* quod ζ
 possit *WDB* sec.] *add. erat (del.) Ω*

de causae uictoria statim in principio gratulatur dicens: de omnibus, quibus accusor a Iudaeis, o rex Agrippa, aestimo me beatum, cum apud te sim hodie defendendus, qui praecipue nosti cunctas, quae in Iudaeis sunt, consuetudines et quaestiones. legerat enim illud 5
 Esaiæ: beatus, qui in aures loquitur audientis, et nouerat tantum oratoris uerba proficere, quantum iudicis pru-
 2 dentia cognouisset. unde et ego beatum me in hoc dumtaxat negotio iudico, quod apud eruditas aures inperitae linguae
 responsurus sum, quae obicit mihi uel ignorantiam uel men- 10
 dacium, si aut nesciui alienas litteras uere interpretari aut nolui: quorum alterum error, alterum crimen est. ac ne for-
 sitan accusator meus facilitate, qua cuncta loquitur, et impu-
 nitate, qua sibi licere omnia putat, me quoque apud uos argueret, ut papam Epiphanium criminatus est, hanc epistulam 15
 misi, quae te et per te alios, qui nos amare dignantur, rei ordinem doceat.

2. Ante hoc ferme biennium miserat Iohanni episcopo supra dictus papa Epiphanius litteras arguens eum in quibusdam dogmatibus et postea clementer ad paenitentiam prouocans. 20
 harum exemplaria certatim Palaestinae rapiabantur uel ob
 2 auctoris meritum uel ob elegantiam scriptionis. erat in monasterio nostro uir apud suos haut ignobilis, Eusebius Cremo-

1 *Act. 26, 2—3 6 *Eccli. 25, 9

1 causa *Wp.c.m2ΣDS* uictori(a)e *ua.c.ΣDS* princ. sibi *W*
 2 accusor u acusor *W* a *sup. litt. eras. m2 W* o *s. l. m2 ΣB*,
om. ΩDS 3 stimo *Wa.c.m2* existimo *ς* 4 in *s. l. m2 Σ, om. ΩDS*
 6 esaiæ *Ω* isaiæ *WB* iesu *ς* 7 prouidentia *ΩΣS,D* (-am *m2*) 9 im-
 peditae *Ω,Σa.c.* 10 resp. sum] responssum *D* obiciuntur *Wp.c.m2*
 12 ac ne] hac si *Ω* forsitant *ua.c.m2* fortesitā *W* 13 acusator *W*
 accusor *ua.c.* qua—15 arg. *in mg. inf. Σ* qua—14 apud *om. Ω*
 inportunitate *W* 14 queque *D* 15 ut quia *Σ* epyph. *D* epyf. *ΩΣ*
 16 *pr. te s. l. Σ, om. Ω* per] pro *Ω* 17 doceant *Σa.c.D* 18 supra-
 dictos papas u 19 epyph. *D* epyf. *ΩΣ* 20 et *uW, Ba.c.m2* sed *cet.*
 21 horum *Ω,Σa.c.m2* ob *ex ab m2 uW* 22 auctoris (auc *in ras.*
m2) *B* monasterio *ς* 23 haut *uDB* aut *WΣa.c.m2* haud *cet.*

nensis, qui, cum haec epistula per multorum ora uoligaret et mirarentur eam pro doctrina et puritate sermonis docti pariter et indocti, coepit a me obnixè petere, ut sibi eam in Latinum uerterem et propter intellegendi facilitatem apertius explicarem; 5 Graeci enim eloquii penitus ignarus erat. feci, quod uoluit; accito notario raptim celeriterque dictaui ex latere in pagina breuiter adnotans, quem intrinsecus sensum singula capita continerent — siquidem et hoc, ut sibi soli facerem, oppido flagitarat — postulauique ab eo mutuo, ut domi haberet exemplar 10 nec facile in uulgus proderet. res ita anno et sex mensibus 3 transiit, donec supra dicta interpretatio de scriniis eius nouo praestrigio Hierosolymam commigrauit. nam quidam pseudomonachus uel accepta pecunia, ut perspicue intellegi datur, uel gratuita malitia, ut incassum corruptor nititur persuadere, 15 conpilatis chartis eius et sumptibus Iudas factus est proditor deditque aduersariis latrandi contra me occasionem, ut inter inperitos contionentur me falsarium, me uerbum non expressisse de uerbo, pro 'honorabili' dixisse 'carissimum' et maligna interpretatione — quod nefas dictu sit — ἀδελφωτάτων noluisse 20 transferre. haec et istius modi nugae crimina mea sunt.

3. Ac primum, antequam de translatione respondeam, uolo

1 cf. Ennii epigr. II p. 215 V² et locos a Vahleno ibi adlatos

1 haec *om.* *W* uoligaret *Ω* 3 cepit *WBS*; *add.* namque (nam *exp.* *S*) *DS* eam sibi *B* 5 alloqui *Ba.c.* eloqui *WΣa.c.* penitus u*Σ* poenitus *ΩW* 6 accito u atque accito *Σa.c.m.2* accitoque (*acit.* *D*) *cet.* paginam *WD* 7 capita u*W*, *Ba.c.m.2* capitula *cet.* 8 contineret *Σa.c.*; *add.* uel *Σ*- flagitarat u*WB* -tauerat *cet.* 9 ab eo *om.* *Ω* ut *om.* *W* 10 ne *B* prodiret *Bp.c.m.2* 11 transit *Ω, Σa.c.* 12 praestrigio u praestigio *cet.* hierosolim. u*ΩW*, *Σp.c.m.2* hierusoly(i*Σ*)m. *Σa.c.m.2D* ihe(i*eS*)rosolim. *BS* pseudomonachus *Σa.c.B* pseudomonachus *Wa.c.m.2* 13 pecunia *Ω* dat. int. *S* 14 ut *om.* *D* nitatur *W* 15 chartis u*D* cartis *cet.* et]. ex *Wp.c.m.2* 16 aduersarius *W* blatterandi *Qa.c.* occass. u 17 peritos *ΩS* continentur *Σa.c.m.2* 19 dictum u*WD*, *Σa.c.* ἀδελφωτάτων u*B*, *monstra* praebent *cet.*; *add.* πάντα uel πάντα uarie corruptum *codd.* praet. u*S* uoluisse u 20 hae *Σ* heq *B* 21 ac] haec *Ω*

interrogare eos, qui malitiam prudentiam uocant: unde apud nos exemplar epistulae? quis dedit? qua fronte profertis, quod scelere redemistis? quid apud homines tutum erit, si nec parietibus quidem et scriniis nostra possumus secreta celare? si ante tribunalia iudicum hoc uobis crimen inpingerem, reos legibus subiugarem, quae etiam pro utilitate fisci delatoribus poenam statuunt et, cum suscipiant proditionem, damnant proditorem. ² lucrum uidelicet placet, uoluntas displicet. dudum Hesychium, uirum consularem, contra quem patriarcha Gamalibel grauissimas exercuit inimicitias, Theodosius princeps capite ¹⁰ damnauit, quod sollicitato notario chartas illius inuasisset. legimus in ueteribus historiis Iudi magistrum, qui Faliscorum liberos prodiderat, uinctum pueris traditum et ad eos, quos prodebat, remissum nec sceleratam populum Romanum suscepisse uictoriam. Pyrrum, Epirotarum regem, cum in castris ¹⁵ ex uulnere curaretur, medici sui proditione interfici nefas duxit Fabricius, quin potius uinctum remisit ad dominum, ut scelus ³ nec in aduersario conprobaret. quod leges publicae, quod hostes tuentur, quod inter bella et gladios sanctum est, hoc nobis inter monachos et sacerdotes Christi intutum fuit. et audet ²⁰

12 cf. Liuius V 27, 1—9 15 cf. Liuius XIII periocha etc.

1 interr.—uoc.] in mg. Σ dicant Ω 2 quod] quos D quo S 3 redim. u dimisistis S totum W erit] est W ne W 4 nostra] add. non s. l. $m2\Sigma$ cel. secr. S 5 uobis s. l. Σ , om. Ω reus W 6 subiacerem W que W quia S utilitatibus W delat. u W noxiis (noscis S) delat. cet. uariis delat. ς 7 poenas (penas S) $\Omega\Sigma DS$ struunt u 8 uoluptas S et uoluntas W 9 hesych. u esych. D esich. Σ (h add. $m2$), B (h del. $m2$) et sich. W escich. S esic. Ω consolarem W , $\Sigma a.c.$ consolatorem $Ba.c.m2$ que W gamaliel BS 10 grauissimus W theud. $\Omega\Sigma a.c.$, D teud. W 11 sollicitato W chartas u D cartas cet. inuasisset u 12 hystor. Σ ystor. S stor. Ω in istor. W faliscorum u faliscarum W falisquorum Σ 13 liberos B libros (libris D) cet. prodiderat uinctum W 14 sceleratum $\Omega W \Sigma D$ suscepisse u, $W a.c.$ 15 pirr. S pyrrh. ex pyrrh. W pyrrh. ς epiroth. u epyrot. $\Omega\Sigma DB$ 16 in medici B proditionem $\Omega a.r.B$ 18 in om. W 19 intra W et s. l. u gladius u $a.c.m2W$ hoc s. l. Σ , om. Ω

quidam ex eis adducto supercilio et concrepantibus digitis eructare et dicere: 'quid enim, si redemit, si sollicitauit? fecit, quod sibi profuit'. mira sceleris defensio! quasi non et latrones et fures ac piratae faciant, quod sibi prodest. certe Annas et
 5 Caiphas seducentes infelicem Iudam fecerunt, quod sibi utile existimabant.

4. Uolo in chartulis meis quaslibet ineptias scribere, commentari de scripturis, remordere laedentes, digerere stomachum, in locis me exercere communibus et quasi limitas ad pugnandum
 10 sagittas reponere: quamdiu non profero cogitata, et maledicta non crimina sunt, immo ne maledicta quidem, quae aures publicae nesciunt. tu corrumpas seruulos, sollicites clientes et,
 2 ut in fabulis legimus, auro ad Danaen penetres dissimulatoque, quod feceris, me falsarium uoces, cum multo peius crimen
 15 accusando in te confitearis, quam in me arguis? alius te hereticum, alius insimulat dogmatum peruersorum: taces, ipsi respondere non audes, interpretem laceras, de syllabis calumniaris et totam defensionem tui putas, si tacenti detrahas. finge in transferendo uel errasse uel intermisisse me quippiam —
 20 hic totus tui negotii cardo uersatur, haec tua est defensio —: num idcirco tu non es hereticus, si ego malus interpretes sim?
 3 nec hoc dico, quo te hereticum nouerim — sciat ille, qui accu-

1 abducto *B* 2 eructuare *QEDB* 3 sibi *s. l. Q* profuit (fuit
in ras.) *S* et *om. B* 4 ac] et *W* piratae (-te) *QED* faciunt
QED, Sa.c. anna *BS* 5 caiph. *B* cayph. *S* chaiph. *Q* caphias *ex*
caphas W caif. *uSD* 7 chart. *uD* cart. *cet.* scrib. et *B* 8 esto-
 machum *W* 9 limitas *scripsi coll. Ven. Fort. c. II 16, 153 Leo* limita
 u limatis *W* limatas *cet.*; *add. sagittas S* expugnandum *S* 10 et
 (= *etiam*) *om. QEDS* 11 ne *uW* nec *cet.* 12 puplice *WD* publi-
 catae *Ba.c.m2* nesciant *QWDS* sollicitas *Q* et *s. l. m2B*
 13 danen *Wpr.* dissimulatoque *W* 14 com *W* 15 accus. u
 acus. *W* 15 arguas *B* te *s. l. m2* u 16 peruersorum u -orem *cet.*
 ipsi *uB* ipse *cet.* 17 de *exp. m2B* sill(*1Wa.c.m2*)abis *WBS*
 18 totum *S* tutam *B* putes *Sp.c.m2* tacendo *QDS, Sa.c.m2* 19 fin-
 gis *B* intermisisse *uW* 20 negotii tui *B* corde *ex* cordo *m2W*
 21 itcirco *W* sum *BS* 22 hoc] idcirco *S* quo *uW* quod *cet.*
 sciet *W* accus. u acusat *Sa.c.m2*

sauit, nouerit ille, qui scripsit — sed quo stultissimum sit accusatum ab alio alium criminari et confosso undique corpore de dormientis uulnere solacium quaerere.

5. Hactenus sic locutus sum, quasi aliquid de epistula commutarim et simplex translatio possit errorem habere, non 5 crimen. nunc uero, cum ipsa epistula doceat nihil mutatum esse de sensu nec res additas nec aliquod dogma confictum, faciunt ne intellegendo, ut nihil intellegant, et, 2 dum alienam imperitiam uolunt coarguere, suam produunt. ego enim non solum fateor, sed libera uoce profiteor me in inter- 10 pretatione Graecorum absque scripturis sanctis, ubi et uerborum ordo mysterium est, non uerbum e uerbo, sed sensum exprimere de sensu. habeoque huius rei magistrum Tullium, qui Protagoram Platonis et Oeconomicum Xenofontis et Aeschini et Demosthenis duas contra se orationes pulcherrimas trans- 15 tulit. quanta in illis praetermiserit, quanta addiderit, quanta mutauerit, ut proprietates alterius linguae suis proprietatibus explicaret, non est huius temporis dicere. sufficit mihi ipsa translatoris auctoritas, qui ita in prologo earundem orationum locutus est: putauit mihi suscipiendum laborem uti- 20

8 Terentius Andria prol. 17 20 Cicero de opt. gen. orat. 13—14

1 quo u quod *cet.* stultissimi *W* accus. u 2 terminari *W*
 confesso *Wp.c.m.2* 3 quaer. sol. Σ solat. $\Omega\Sigma S$ 4 actenus $\Omega W\Sigma$ sic]
 si $\Omega W, \Sigma a.c.m.2$ 5 commutare *W* -tauerim $\Omega\Sigma DS$ terrorem Ω
 7 aliquid ΣS dogma esse *S* 9 redarguere $\Omega\Sigma DS$ et (*exp. \Sigma*)
 ego $\Omega\Sigma DS$ 10 in *om. D* 11 sanctis *om. S* et uerb.] e uerbo *W*
 12 mist. *WBS* 13 rei *ex ei u* 14 pytag. ΩB pitag. *W, \Sigma p.c.*
 plato *W* oeconomicum *W* oecon(n *ex m*)omicum u oechono(no *add.*)-
 micum Ω economicum *B* oe(e*S*)comicum *DS* xenophontis ζ exophon-
 tis *W* aeschini u eschini *B* haescini *W* escinis Ω tescinis *DS t* (*eras.*)
 escinis Σ aeschinis ζ 15 et] ac ζ demonsthenis u demonstenis *D*
 domaestenis *W* demostenis *cet.* 16 *pr.* quantam *D* in *om. D*
 17 proprietatem $\Omega\Sigma DS$ lingua e *W* linguae in Σ 18 hiis *W* suf-
 ficiat Ω ipsa u ipsius *cet.* 19 translatoris (or *ex ion*) u 20 est]
add. tullius Σ (*del.*) *S* putauit quidem *B* susc.] ad(s ΣS)sumere
 $\Omega\Sigma DS$ assunere—*p. 509, 1* mihi in *mg. \Sigma* ut. stud. mihi *om. \Omega*

lem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque contrarias, Aeschini et Demosthenis, nec conuerti ut interpres, 5 sed ut orator, sententiis isdem et earum formis tamquam figuris, uerbis ad nostram consuetudinem aptis. in quibus non pro uerbo uerbum necesse habui reddere, sed genus omnium uerborum uimque seruaui. non enim me ea adnumerare lectori putauim 10 oportere, sed tamquam adpendere. rursumque in calce sermonis: quorum ego, ait, orationes si, ut spero, ita expressero uirtutibus utens illorum omnibus, id est sententiis et earum figuris et rerum ordine, uerba persequens eatenus, ut ea non abhorreant 15 a more nostro, quae si e Graecis omnia conuersa non erunt, tamen, ut generis eiusdem sint, elaborauimus <et cetera>. sed et Horatius, uir acutus et doctus, 5 hoc idem in Arte poetica erudito interpreti praecipit:

11 Cicero de opt. gen. orat. 23

1 non om. Ω 2 duarum D 3 inter seque (que eras.) B et inter se S 4 aesch. u. esch. B esc. Σ et sc. W isc. Ω iscinis D tescinis S demosthenis u. demonsthenis W demonsthenis D demostenis *cet.* 5 isdem $\Sigma p. r. D$ hisdem *cet.* iisdem ζ et om. Σ earundem Σ tam (m *in ras. m2B*) figuris quam (*in mg. m2B*) DBS atque figuris Σ 7 non] nunc $\Omega D, \Sigma a. c.$ uerbum pro uerbo W ut *Ciceronis codd.* habui s. l. Ω 8 omnium *Hieronimi ut Ciceronis codd.* omne ζ uimque] usumque W 9 mea (pro me ea) adn. Ω ea me adn. *Ciceronis codd.* me adn. ea ζ ann. B , om. S lector $\Omega, \Sigma a. c.$ 10 oportere om. W app. WBS expendere $\Sigma a. c. m2$ que om. ζ 11 orationis u. oratio S sicut $\Omega \Sigma D$ et *Ciceronis aliquot codd.* 12 utensiliorum u. utensiliorum illorum W 13 ordinem ΩD 14 uerbo Ω pers.] *add.* si s. l. $m2 \Sigma$ aborreat (aboreant u. aborreat $\Sigma a. c.$) *codd. praet. \Sigma p. c. S* 15 e] a $\Omega a. c. \Sigma p. c. m2 D$, om. u. conuersatio D 16 erant W runt D e(ae-u)-laborabimus u D et *Ciceronis codd.* 17 et *cet. addidi, ne apodosi omissa lector offenderetur alt.* et s. l. Σ , om. S horat. u. orat. *cet.* 18 praecip. u $W, \Sigma a. c. m2$ praecep. *cet.*

nec uerbum uerbo curabis reddere fidus
 interpres.

Terentius Menandrum, Plautus et Caecilius ueteres comicos
 interpretati sunt: numquid haerent in uerbis ac non decorem
 magis et elegantiam in translatione conseruant? quam uos 5
 ueritatem interpretationis, hanc eruditi *κακοζήλιαν* nuncupant.
 6 unde et ego doctus a talibus ante annos circiter uiginti et
 simili tunc quoque errore deceptus, certe hoc mihi a uobis
 obiciendum nesciens, cum Eusebii *χρονικόν* in Latinum uerterem,
 tali inter cetera praefatione usus sum: difficile est alienas 10
 lineas insequentem non alicubi excidere, arduum,
 ut, quae in alia lingua bene dicta sunt, eundem
 7 decorem in translatione conseruent. significatum
 est aliquid unius uerbi proprietate: non habeo
 meum, quo id efferam, et, dum quaero implere sen- 15
 tentiam, longo ambitu uix breuis uiae spatia con-
 summo. accedunt hyperbatorum anfractus, dissimi-
 litudines casuum, uarietates figurarum, ipsum po-
 stremo suum et, ut ita dicam, uernaculum linguae
 genus: si ad uerbum interpreter, absurde resonant; 20

1 Horat. a. p. 133 sq. 10 cf. Eusebii Chron. can. ed. Schoene II
 p. 1, 8

1 uerbum uerbo uB, Sp.c. uerbo uerbum cet. (*uterque uerborum ordo
 etiam in codd. Horatianis*) fedus Wp.c.m2 3 terentius ΩS, Sp.c.
 platus u, Sa.c. plato Ω et om. S cecilius Sp.c. cecilius Ω, Sa.c.
 tetilius S comicus u 4 herrent ex herent W ac] hac W 5 uos
 om. ΩSB 6 hac Ω, Sa.c. heruditi W, Sa.r. *κακοζ.* u, plus
 minusue corruptum in cet. 8 quoque om. B 9 eusebio W; add.
 caesariensis S XPΩNIKON Σ XPΩNIP(eras.)XON Ω XPO W
 cronica B 10 us. sum praef. S 11 excid. u. exced. cet. arduum-
 que Sp.c.m2 et arduum BS 12 lingua s. l. m2B sunt dicta B
 13 trasl. W 14 proprietatem ΩD 15 meam B quo id] quod
 u.a.c.W quo Ba.c.m2 deferram W feram S 16 uiae] ui D uitae S
 consumo ΩDBS 17 yperbat. S eperbat. u hiperbatorum **orum (*alt.*
orum del. m2) B hy(iD)perbeat. ΣDa.c. 18 uarietas ΩΣDBS 19 ita-
 licam Wa.c.m2 20 aduerbium W resonat ΩB, Sa.c.

si ob necessitatem aliquid in ordine, in sermone mutauero, ab interpretis uidebor officio recessisse. et post multa, quae nunc persequi otiosum est, etiam hoc ⁸ addidi: quodsi cui non uidetur linguae gratiam ⁵ interpretatione mutari, Homerum ad uerbum exprimat in Latinum — plus aliquid dicam —, eundem sua in lingua prosae uerbis interpretetur: uidebit ordinem ridiculum et poetam eloquentissimum uix loquentem. ⁴

¹⁰ 6. Uerum ne meorum parua sit auctoritas — quamquam hoc tantum probare uoluerim, me semper ab adulescentia non uerba, sed sententias transtulisse — qualis super hoc genere praefatiuncula sit, in libro, quo beati Antonii uita describitur, ipsius lectione cognosce: ex alia in aliam linguam ad ¹⁵ uerbum expressa translatio sensus operit et ueluti laeto gramine sata strangulat. dum enim casibus et figuris seruit oratio, quod breui poterat indicare sermone, longo ambitu circumacta uix explicat. hoc ² igitur ego uitans ita beatum Antonium te petente ²⁰ transposui, ut nihil desit ex sensu, cum aliquid desit ex uerbis. alii syllabas aucupentur et litteras. tu quaere sententias. dies me deficiet, si omnium, qui

4 cf. Euseb. Chron. can. II p. 2, 3 14 cf. prologum Euagrii in uitam S. Antonii ap. Migne, PG. XXVI 834 15 cf. Quintil. i. o. VIII prooem. 23

1 si] et si B ordinem Ω, uΣa.c.; add. nel ΩΣDBS sermonem Ω, Σa.r. 3 post] pura W nunc] non W prosequi WB hoc om. Ω, Σa.c.m.2 4 gratia ΩΣS gratie D graecam ex gratiam m.2W; add. in S 5 mutare ΩΣDS 6 dic. al. Σ in sua ΩΣDBS 7 pro se B e uerbis Ω uidebis Σ 10 ne om. Ω scriptorum meorum ΩΣD, S in t. scripturarum meorum S in mg. sup. m.2 eorum (meorum) S scriptorum BΣ parua sit] suasit uel sua sit Ω sit Σa.c. 11 adulesc. Σ adulsc. u, Wa.c.m.2 adulescentia cet. 13 praefatiuncule D describitur uW 14 expr. ad uerb. Σ 15 sensum Σ aperit S 16 graminiae uW sata om. W strangulat u 17 iudicare D 19 antoninum W 21 aucupantur Ba.c.m.2 et] alii Σp.c. ac Ω 22 deficiat Ω quae Σa.c. qui me W

3 ad sensum interpretati sunt, testimonia replicauero. sufficit in praesenti nominasse Hilarium confessorem, qui homilias in Iob et in psalmos tractatus plurimos in Latinum uertit e Graeco nec adsedit litterae dormitanti et putida rusticorum interpretatione se torset, sed quasi captiuos sensus in suam linguam 5 uictoris iure transposuit.

7. Nec hoc mirum in ceteris saeculi uidelicet aut ecclesiae uiris, cum septuaginta interpretes et euangelistae atque apostoli idem in sacris uoluminibus fecerint. legimus in Marco dicentem dominum: talitha cumi statimque subiunctum: quod inter- 10 pretatur: puella, tibi dico, surge. arguite euangelistam mendacii, quare addiderit tibi dico, cum in Hebraeo tantummodo sit puella, surge: sed ut ἐμπατικώτερον faceret et sensum uocantis et imperantis exprimeret, addidit tibi dico. 2 rursus in Matheo redditus a proditore Iuda triginta argenteis 15 et empto ex eis agro figuli scribitur: tunc inpletum est, quod scriptum est per prophetam Hieremiam dicentem: et acceperunt triginta argenteos pretium adpretiati, quem adpretiauerunt a filiis Israhel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit 20 mihi dominus. hoc in Hieremia penitus non inuenitur, sed in Zacharia aliis multo uerbis ac toto ordine discrepante;

10 *Marc. 5, 41 16 *Matth. 27, 9—10

2 hylar. WΣDDBS homelias ΩDS, Wp.c., Σ (h eras.) omelias B
iob (non hiob) codd. 3 ex BS 4 pudita W 7 saec.] ecclesis D
9 fecerunt Ω dicente domino ΩΣDDBS 10 thalit(h s. l.)a u thabita
Σp.c.m.2 tabita cet. cumi] cum WD, Σa.c.m.2 subiectum Σ; add.
est S 11 arguit ΣD arguitur S arguatur W arguant Ω euangelista
DS 12 ebreo W tantum Σ 13 ἐμπατ. paululum deprauatum ex-
hibent ua.c.ΩΣBS facerit W et s. l. Σ, om. D 14 et] atque Σ
inperantis uD 15 ab Σ 16 ex eis s. l. Ω 17 script.] dictum B
proph(f u)etam hier. uW hie(iheBS)r. proph. cet. 18 argenteis D
19 quod ΩΣDDBS a fil.] filii ΩDS, Ba.c.m.2 20 dedit Σa.c. dedi
Ω, Ba.c.m.2 agro Ω, Σa.c. 21 iheremia BS ieremia Σ paenitus uΩΣ
poenitus D 22 in Zach.] im atharia u

uulgata quippe editio ita se habet: et dicam ad eos: si
 bonum est coram uobis, date mercedem mihi aut
 rennute. et adpenderunt mercedem meam triginta
 argenteos. dixitque dominus ad me: pone illos in
 5 conflatorio et considera, si probatum sit, sicut
 probatus sum ab eis. et tuli triginta argenteos et
 misi eos in domo domini in conflatorio. quantum 3
 distet ab euangelistae testimonio Septuaginta translatio, per-
 spicuum est. sed et in Hebraeo, cum sensus idem sit, uerba
 10 praeposterata sunt et paene diuersa: et dixi, inquit, ad eos:
 si bonum est in oculis uestris, adferite mercedem
 meam; et si non, quiescite. et adpenderunt merce-
 dem meam triginta argenteos. et dixit dominus ad
 me: proice illud ad statuarium, decorum pretium,
 15 quod adpretiatus sum ab eis. et tuli triginta argen-
 teos et proieci eos in domo domini ad statuarium.
 accusent apostolum falsitatis, quod nec cum Hebraico nec 4
 cum septuaginta congruat translatoribus et, quod his maius
 est, erret in nomine — pro Zacharia quippe Hieremiam posuit —;
 20 sed absit hoc de pedisequo Christi dicere, cui curae fuit non
 uerba et syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere.
 ueniamus ad aliud eiusdem Zachariae testimonium, quod Iohannes
 euangelista sumpsit iuxta Hebraicam ueritatem: uidebunt,

1 *Zach. 11, 12—13 (sec. LXX) 10 *Zach. 11, 12—13 (sec. Hebr.)
 23 *Ioh. 19, 37

1 et om. u dic S 2 est om. W mihi—merc. om. W 3 re-
 nuite B trigente W 4 dixit quoque S eos B 5 conflatorium S
 et cons.—7 confl. om. W 6 tuli u 7 domum S conflatorium
 Σp.c.Σ 8 euangelistarum B 9 et om. S 10 dixit u 12 pr. et
 om. B 14 dequorum W 15 quo Vulg. tuli W 16 proici W
 illos Σ cum Vulg. ad stat. in d. dom. DBS domum Vulg. esta-
 tuarium W 17 accusent u accusant ΩΣDS he(hē-D breico WD
 hebreo Ω,Σa.c. 19 iherem. BS ierem. Σ 20 pediss. BS pendiss. Wp.c.m²
 cura Bp.c.m² fuit om. D 21 sillabe D 22 aliud] illud S dauid D
 zachariam u, om. Ω 23 sumpsit u sumit cet. assumit Σ ebraic. S
 he(hae-W)breic. Wa.c.m²D uiderunt ΩΣDS

in quem conpunxerunt, pro quo in Septuaginta legimus: και ἐπιβλέφονται πρὸς με, ἀνθ' ὧν ἐνωρρήσαντο, quod interpretati sunt Latini: et aspicient ad me pro his, quae inluserunt sine insultauerunt. discrepat euangelista et Septuaginta nostraque translatio, et tamen sermonum uarietas spiritus unitate concordat. in Matheo quoque legimus dominum praedicantem apostolis fugam et hoc ipsum Zachariae testimonio confirmantem: scriptum est, ait: percutiam pastorem et oves dispergentur. at in Septuaginta et in Hebraeo multo aliter est; non enim ex persona dei dicitur, ut euangelista nult, sed ex prophetae deum patrem rogantis: percutite pastorem, et dispergentur oves. in hoc, ut arbitror, loco iuxta quorundam prudentiam euangelista piaculi reus est, quod ausus sit prophetae uerba ad dei referre personam. scribit supra dictus euangelista ad angeli monitum tulisse Ioseph paruolum et matrem eius et intrasse Aegyptum ibique mansisse usque ad obitum Herodis, ut inpleretur, quod dictum est a domino per prophetam: ex Aegypto uocaui filium meum. hoc nostri codices non habent, sed in Osee propheta iuxta Hebraicam scribitur ueritatem: quia puer Israhel,

3 *Zach. 12, 10 8 *Matth. 26, 31 11 Zach. 13, 7 14 cf. Matth. 2, 13—15 18 Matth. 2, 15 20 Os. 11, 1 (sec. Hebr.)

1 conpunx. uW conpunx. D 2 graeca mendis tantum non carent in uW, deprauata uel manca in cet. 3 aspiciunt Σ qui B 4 discrepant Σp.c.B euangelista uW -stae(e) cet. et uS, s. l. Σ, om. cet. sept. u interpretum W sept. (-te S) interpretum cet. 5 sermone S spiritu D 7 praedicantem ΣDB 9 disp. ou. S at] aut W all. in om. Ω ebreo W 10 multum S est om. S 11 ex] et D propheta ΣD rogamus D 12 dispe(aD)rgantur WDS ut in hoc Σ 13 quarundam u 14 scripsit S 16 paruol. uW paruol. cet. intr.] add. in D s. l. m2 S egypt. W egypt. BS 17 erodis u ut om. W adimpleretur Ω 18 est om. Ω proph. dicentem ΣS cum Vulg. egipto WBS 19 oseae uΣD propheetam W, om. S 20 hebraic. WD ebraic. Σ uer. scr. B uer.] add. cum ait Σ

dilexi eum et ex Aegypto uocauit filium meum. pro
 quo in eodem loco Septuaginta transtulerunt: quia paruulus
 est Israhel, et dilexi eum et ex Aegypto uocauit
 filios eius. num omnino repudiandi sunt, qui istum locum, 7
 quia ad Christi maxime pertinet sacramentum, aliter transtu-
 lerunt, an danda potius uenia ut hominibus iuxta sententiam
 Iacobi dicentis: multa peccamus omnes; et, si quis in
 uerbo non peccat, iste perfectus est uir, potens
 refrenare omne corpus? illud uero, quod in eodem euan-
 gelista scribitur: et ueniens habitauit in ciuitate, quae
 dicitur Nazaret, ut inpleretur, quod dictum est per
 prophetam, quia Nazareus uocabitur, respondeant
 logodaedali et fastidiosi aestimatores omnium tractatorum, ubi
 legerint, discantque in Isaia positum. nam in eo loco, ubi 8
 nos legimus atque transtulimus: et exiet uirga de radice
 Iesse et flos de radice conscendet, in Hebraeo iuxta
 linguae illius ἰδῶμαζ ita scriptum est: exiet uirga de radice
 Iesse et Nazareus de radice eius crescet. cur hoc

2 *Os. 11, 1 (sec. LXX) 7 *Iac. 3, 2 10 *Matth. 2, 23 13 cf.
 Plato Phaedrus 266 E. Cicero orator 39 15 *Esai. 11, 1 (sec. LXX)
 17 *Esai. 11, 1 (sec. Hebr.)

1 dil. uW et dil. (-xit Ω) cet. est et dil. S egipto WBS meum]
 seq. iterum 514, 19 hoc nostri—515, 1 meum (514, 19 prophetam, 20
 ebreicam, 515, 1 egipto) eadem manu deleta W 2 quo] quo et DS
 3 est (t eras.) W dilexit Ω egipto S egipto WB uocauit Ω
 4 filium W, Σp.c.m2 num] nunc Wp.c. numquid B qui] quia ΩWΣD
 5 quia u qui cet. 6 Iac. sent. S 8 peccat] offendit S uir perf. est Σ
 potens—corp. del. m2 B potest ΩΣD et potest S 9 refrenari D
 10 uen.] uenit et ΩDS ueniens et (et exp.) Σ ciuitatem uS quae dic.
 om. W 11 nazareth Ω, D(th ex ht)B natzareth W 12 prophetas S quo-
 niam Σ nazareus uΩS natzareus W nazaraeus cet. respondent W
 13 locodedali DS loco de tali ΩΣ ergo dedali W loco et mali B (l. malinoli
 p.c.m2) λογοδαδαλοι S 14 legerunt ΩD Σa.r. isaia uB isaia W ysaia S
 esaia ΩΣ esaia D 15 atque transt. om. Ω et transt. in mg. Σ atque]
 et ΣDS et u, om. cet. 16 eius ascendet (conscendet D) ΣDBS in] et
 in ΩΣDS ebrae(e)o W, Σa.c. 17 illius ΙΔΙΩΜΑ uW eius idioma cet.
 ita—crescet] nazareus scribitur ΩΣDS; uerba naz. scr. m2 deleta post 18
 crescet exhibet B 18 gesse W nazareus u, W (z ex tz) nazaraeus cet.

omiserunt Septuaginta? si non licet uerbum transferre pro uerbo, sacrilegium est uel celasse uel ignorasse mysterium.

8. Transeamus ad cetera — neque enim epistolae breuitas patitur diutius in singulis morari —: idem Matheus loquitur: hoc autem totum factum est, ut conpleretur, a domino quod dictum est per prophetam dicentem: ecce uirgo in utero habebit et pariet filium et uocabunt nomen eius Emmanuhel. quod Septuaginta translulerunt: ecce uirgo in utero accipiet et pariet
 2 filium et uocabitis nomen eius Emmanuhel. si uerba
 10 calumniantur, utique non est ipsud 'habebit' et 'accipiet' nec 'uocabunt' et 'uocabitis'. porro in Hebraeo ita scriptum legimus: ecce uirgo concipiet et pariet filium et uocabit
 15 nomen eius Emmanuhel. non Achaz, qui arguebatur infidelitatis, non Iudaei, qui erant dominum negaturi, sed
 3 in eodem euangelista legimus Herodem aduentu magorum fuisse turbatum scribisque et sacerdotibus congregatis sciscitatum ab eis, ubi Christus nasceretur, illosque respondisse: in Bethlem Iudae; sic enim scriptum est in propheta: 20

5 *Matth. 1, 22—23 9 *Esai. 7, 14 (sec. LXX) 13 *Esai. 7, 14 (sec. Hebr.) 17 cf. Matth. 2, 3—6 20 *Matth. 2, 5—6

1 omiserint *S* transf. uerb. *ç* pro] de *W* e *S* 2 sacrilegium *QSD* mist. *WBS* 3 epistola *W* breu.] ueritas *S* 4 in *om.* *ç* morari u, *ç* a. c. immorari *çet.* Matthaëus *ç* 5 totum *s. l.* *ç*, *om.* *Q* impler. *ç* adimpler. *S* a—est u quod dict. est a dom. *çet.* 7 uocabitur *ç* 8 emanuhel u, *ç* a. c. emmanuel *QB* 10 uocabit *W* emanuhel *ç* a. c. emmanuel u *B* emmanuel *Q* 11 calumniantur u calu(o) *W* m- (mp) *BS* niamur *çet.* ipsud u idem *W* ipsum *çet.* nec] et nec u neque *ç* 12 uocabunt] uocabitur *ç* uocabitis] uocabis *W* ebreo *W* leg. ita scr. *ç* ita] iuxta quod *ç*, *om.* *Q* 13 uocabis *Q* uocabitur *ç* 14 emanuhel *ç* a. c. *S* emmanuel *QWB* acaz *W* 16 uocauit u *D* *pr.* ipsa] ipsa uirgo *B* concipiet et *W* 17 eodem inquit *D* aduentu u ad(*om.* *S*) aduentum *çet.* 18 scrib.—scisc. *om.* *W* 20 bethlem *ç* a. c. bethleem u *QD*, *ç* p. c. betleem *W* bethlehem *S* belleem *B* iudaeae *W* iudaeae *Q* in] a *B*

et tu, Bethlem, terra Iuda, nequaquam minima es in
 ducibus Iuda; de te enim egredietur dux, qui regat
 populum meum Israhel. hoc exemplum in uulgata editione
 sic fertur: et tu, Bethlem, domus Efratha, modicus es,
 5 ut sis in milibus Iuda; de te mihi egredietur, ut sit
 princeps in Israhel. quanta inter Matheum et Septuaginta 4
 uerborum ordinisque discordia, magis hoc admiraberis, si
 Hebraicum uideas, in quo scriptum est: et tu, Bethlem
 Efratha, paruulus es in milibus Iuda; ex te mihi
 10 egredietur, qui sit dominator in Israhel. considera
 gradatim, quae ab euangelista sint posita: et tu, Bethlem,
 terra Iuda: pro 'terra Iuda' in Hebraico habet 'Efratha',
 in Septuaginta 'domus Efratha'; nequaquam minima es
 in ducibus Iuda: in Septuaginta legitur 'modicus es, ut
 15 sis in milibus Iuda', in Hebraeo 'paruulus es in milibus Iuda'
 sensusque contrarius Septuaginta sibi in hoc dumtaxat loco et
 Hebraico concordante. euangelista enim dixit, quod non sit 5
 paruulus in ducibus Iuda, cum e regione sit positum: 'paruulus
 quidem es et modicus; sed tamen de te mihi paruulo et modico

4 *Mich. 5, 2 (sec. LXX) 8 Mich. 5, 2 (sec. Hebr.) 11 Matth.
 2, 6 13 *Matth. 2, 6

1 bethlem u, *Σa.c.* bethleem ΩDB, *Σp.c.* betleem W bethlehem S 2 duc.]
 iudic. D de] ex ΩΣDS ingrediatur W 4 bethleem ΩB, *Σp.c.*
 betleem W bethlehem S efrata ΣBS ephrata W eufratha u (u *exp.*) D
 eufrata Ω 5 ut sis ΩΣB s. l. (*cf. lin. 14*), om. cet. de] ex B 6 in
 s. l. W quanta uW, *add.* sit (*Bm2*) cet. Matthaem Σ 7 discor-
 diam u mag. hoc] mag. uel sic mag. Σ 8 hebraicam ΩΣc. ebreicum W
 quo uW quo ita cet. bethlem *Σa.c.* behtlem D bethleem uΩ, *Σp.c.*
 betleem W bethlehem S belleem B 9 efratha u efrata ΣBS ephrata W
 eufratha D eufrata Ω paruulus in ras. m2B paruula Ω 11 gratim W
 euangelistis Ω sunt ΩΣDS bethlem D betlem *Σa.c.* bethleem uΩB
 betleem W, *Σp.c.* bethlehem S 12 in hebr. pro terra iuda D pro
 terra iuda om. B ebreico W efrata BS ephrata W efrata u efrat-
 tam ΩΣ eufratham D 13 efrata ΩΣBS efrata u ephrata W eufrata D;
add. et pro Σ 14 duc.] iudic. D *alt.* in] quod in ΩΣDS 15 ebreo W
 16 contr.] *add.* est Σ loco dumt. B 17 ebreico W in hebraico Σ
 19 es quidem S paruulo u paruo cet.

egredietur dux Israhel secundum illud apostoli: elegit infirma mundi deus, ut confundat fortia'. porro, quod sequitur: qui regat — uel 'qui pascat' — populum meum Israhel, aliter in propheta esse perspicuum est.

9. Haec replico, non ut euangelistas arguam falsitatis — hoc 5
 quippe impiorum est, Celsi, Porphyrii, Iuliani —, sed ut reprehensores meos arguam inperitiae et inpetrem ab eis ueniam, ut concedant mihi in simplici epistula, quod in scripturis
 2 sanctis, uelint nolint, apostolis concessuri sunt. Marcus, discipulus Petri, ita suum orditur euangelium: principium 10
 euangelii Iesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta: ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam tuam. uox clamantis in deserto: parate uiam domini, rectas facite semitas eius. hoc exemplum de duobus prophetis conpositum 15
 3 est, de Malachia uidelicet et Isaia. nam primum, quod dicitur: ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam tuam, in Malachiae fine positum est; sequens autem, quod infertur: uox clamantis in deserto et cetera, in Isaia legimus. et quomodo Marcus statim in 20
 principio uoluminis sui posuit: sicut scriptum est in Isaia propheta: ecce mitto angelum meum, quod

1 *I Cor. 1, 27 3 Matth. 2, 6 10 *Marc. 1, 1—3 17 *Mal. 3, 1
 19 Esai. 40, 3

1 egrediatur Ω dux uW dux in cet. 2 deus om. W 3 alt. qui
 eras. Σ , om. ΩD 4 prespicuum W 5 repeto (repp. $\Sigma a. r.$) $\Omega \Sigma D S$
 non ut in W ut non Σ 6 porphirii WBS porfyrii u porfirii ΣD
 7 impiarem W 8 alt. in om. W 9 uellint nollint uW, $\Sigma a. c.$ con-
 sensuri B et marcus Ω 10 apostoli petri Σ 11 isaia WB ysaia S
 esaia u ΣD esaia Ω 12 mittam WB ego mitto S 13 praeparauit
 uD, Ba. c. m2 tuam] add. ante te $\Omega \Sigma$ 14 domino $\Omega D S$ 15 de u
 a Σ ex B e W $\Omega D S$ 16 isaia uWB ysaia S [esaia ΣD esaia Ω
 17 ecce—19 inf. om. W mitto $\Omega \Sigma$ mittam cet. ego mitto ζ 18 prae-
 parauit uD, $\Sigma a. c.$ tuam] add. ante te ΩB Mal.] malachia in $\Omega D S, \Sigma a. c.$
 pos.] scriptum B 20 isaia uWB ysaia S esaia $\Omega \Sigma D$ marchus WB
 22 isaia WBS esaia u $\Omega \Sigma D$ mittam $\Sigma a. c. m2 B$ ego mitto ζ

non scribitur in Isaia, ut diximus, sed in Malachia, in nouis-
 simo duodecim prophetarum? soluat hanc quaestiunculam in-
 perita praesumptio, et ego erroris ueniam deprecabor. idem 4
 Marcus inducit ad pharisaeos saluatorem loquentem: numquam
 5 legistis, quid fecerit Dauid, quando necessitatem
 habuit et esuriuit ipse et socii eius, quomodo ingres-
 sus est domum dei sub Abiathar pontifice et panes
 propositionis comedit, quibus non licebat uesci
 nisi solis sacerdotibus? legamus Samuelem — siue, ut in 5
 10 communi habetur titulo, Regnorum libros — ibique repperiemus
 non 'Abiathar' scriptum esse, sed 'Achimelech' pontificem, qui
 postea a Doec cum ceteris sacerdotibus Saul iubente percussus
 est. pergamus ad apostolum Paulum. scribit ad Corinthios:
 si enim cognouissent, numquam dominum maiestatis
 15 crucifixissent. sed, sicut scriptum est: quod oculus
 non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis
 ascenderunt, quae praeparauit deus diligentibus
 se. solent in hoc loco apocryphorum quidam deliramenta sectari 6

4 *Marc. 2, 25—26 9 cf. I Reg. 21, 1—6 11 cf. I Reg. 22, 18
 14 *I Cor. 2, 8—9

1 non ex nos W isaia WB ysaia S esaia uQSD tert. in uW,
 om. cet. 2 solueat W 4 marchus WB fariseos QB numq.]
 non Σ 5 quando—eius] in mg. m2Σ, om. QDS quando—esur.]
 cum esuriret B necessitate W necesse u 6 egressus W
 7 est om. S panis uW 8 commedit Σa.r.S 9 solis uS, om. cet.
 samuelem WB siue] simul DS in in mg. m2Σ, om. QDS 10 co-
 muni S; add. simul s. l. Σ tit. hab. S repperiemus ΣS repperi-
 mus u 11 habiathar W, Σa.r. achimelech (-lec u) uWB abimelech
 QSDS 12 doec uWB dohec D doech Q,S,Σ (ex dec m2) doeg S
 saule iub. perc. est cum cet. sac. Σ saul uW saule cet. iub.] uiuente
 D 13 scribit—p. 520, 12 inquit] haec omnia in mg. m1, in textu: qui
 exempla de isaia propheta sumens (haec del. m1) ecce inquit B scrip-
 sit Σ qui scribit B chor. W corr. Σ 14 numquam om. S domino W
 maiest. u gloriae cet. gloriae non S 15 quod] quae QSDS quomodo W
 oculos W 16 aures uW, Σa.c. ascend. uW -dit cet. 17 parauit W
 18 hoc] isto QSDS apocryf. Q apocriph. Σ apocrif. uDBS apocriph.
 W deleram. WΣ

 quam doctam blasphemiam eligam. sanctus frater Tatianus
 te inpendio resalutat.

1 *I Thess. 5, 21 4 *Esai. 5, 20

1 Paulum *om.* *D* 2 quae (*cf. p. 576, 9*)] quod *KFB* bonum *FQB*
 sunt] est *FB* tenete *FB* ceterum] certe *F* qui uel] uel qui *KQ*
 quia uel *D* qui *F* 3 in od.] modicum *ex* modium *F* sui *om.* *F*
 4 uidetur *F* illi *s. l. m2B, om. F* eis] his *S* 8 dogm. *om.* *F*
 prauitates *N* si *om.* *Q* scripturis sanctis *D* 11 trahunt *K in t. Q*
 duxerint *cet. (K in mg. m2)* 13 Tat.] *add.* diaconus *DN, B s. l. m2*
 14 in p. te *DN* te *s. l. m2 K* in(in*Q*)pedio *FQa.c.* salutatur *F*;
add. explicit ad tranquillinum *K*

LXIII.

AD THEOPHILUM.

BEATISSIMO PAPAE THEOPHILO HIERONYMUS.

1. Nouit beatitudo tua, quod et eo tempore, quo tacebas, numquam officiis meus sermo cessauerit nec considerauerim, quid tu pro dispensatione non feceris, sed, quid me facere conueniret. et nunc sumptis dignationis tuae epistulis fructum aliquem cepisse me uideo euangelicae lectionis. si enim duri iudicis sententiam crebra mulieris flexit petitio, quanto magis paterna uiscera interpellatione sedula molliuntur!

2. Quod de canonibus ecclesiasticis mones, gratias agimus; quem enim diligit dominus, corripit; castigat autem

8 cf. Luc. 18, 1—5 12 Prou. 3, 12. *Hebr. 12, 6

F = Veronensis XVI. 14 s. IX.

J = Vindobonensis lat. 934 s. IX.

Σ = Turicensis Augiensis 41 s. IX.

Φ = Gulferbytanus 4156 s. IX—X.

O = Oxoniensis Balliolensis 229 s. XII.

B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

a = Parisinus bibl. armamentarii 293 s. XII.

z = Vaticanus lat. 360 s. XII—XIII.

u = Ambrosianus H. 59 sup. s. XIII.

2 ad th(t*F*)eoph(f*Σ*)ilum(o*Φ*) *FJΣΦu* ad th. papam *B* ad th. episcopum *az* ad th. episcopum de studio scripturarum et quibusdam familiaribus causis *O*; Hieronymi nomen exhibent tituli in *ΦOBazu* 3 Theoph.] add. episcopo *Φ, Ba.c.m2* hi(i*a*)eronimus *codd.* 4 nouit *FJΣ* meminit *cet.* et *FΣ, J* s. l., om. *cet.* quod tac. *Φ* quibus monebas *FJ* quo (ex quibus *m2*) manebas *Σ* quo nobiscum tac. *ς* 5 nunquam a nun(*nez*m)quid *F*; add. ab *Σ* s. l. *m2* *ΦOBazu* ne *Fa.c.J* considerani *ΦOBazu* 6 quod *FJΣ* pro disp.] per dispensare *Φ* non fec. *FJΣ* tunc faceres *cet.* quod *Φ* faceret *F* (t*exp.*) *J* 7 et nunc] tunc *FJΣ* 8 aliquid *Φ* coepisse *FJΣ* 9 inflexit *ς* 10 molliuntur *FJΦ, Ba.c.m2* 11 cannonibus (pr. n*eras.*) *Σ* canonicis *ΦBazu, O* (add. et) ecclesiasticis (ult. s*eras.*) *F* mones *JΣu* sermonis (is ex es *m2*) *F* monitis *cet.* 12 cast. aut. *FJΣ* et flagellat *B* et cast. *cet.*

omnem filium, quem recipit. sed tamen scito nobis esse nihil antiquius quam Christiani iura seruare nec patrum transferre terminos semperque meminisse Romanam fidem apostolico ore laudatam, cuius se esse participem Alexandrina ecclesia gloriatur.

3. Super nefaria heresi quod multam patientiam geris et putas ecclesiae uisceribus incubantes tua posse corrigi lenitate, multis sanctis displicet, ne, dum paucorum paenitentiam praestolaris, nutriatur audacia perditorum et factio robustior fiat.

LXIV.

AD FABIOLAM.

1. Usque hodie in lectione ueteris testamenti super faciem Moysi uelamen positum est. loquitur glorificato uultu et

3 cf. Rom. 1, 8 13 cf. II Cor. 13—15 et Ex. 34, 33—35

1 esse nihil *FJΣ* nih(ch)il esse *cet.* 2 antiquus *FJΣza.c.* xpiani *F* (xpianitatis *m2*) *JΣ* xpm *Φ* xpi *cet.* transire *ς* 4 se] et (*eras.*) se *J* alexandrine ecclesie *Φ* 6 nefaria haeresin *Φ* nefariam heresim *Oaz* quam *Σp.c.m2* quam in *ς* multum patientiam *u* multa patientia *FΣς* 7 uisc. *FJΣ* uiribus *cet.* tua posse] tuas esse *Φ* leuitate *B* 9 nutriatur audac(t *FΣ*)ia *FJΣ* nutrias audac(t)iam *cet.* factio *u* facti *Φaz* 10 fiat] *add.* uale in xpo *ς*

K = *Spinaliensis* 68 s. VIII.

H = *Monacensis lat.* 6299 s. VIII—IX.

R = *Vindobonensis lat.* 865 s. VIII—IX.

II = *Turicensis Augiensis* 49 s. IX.

D = *Vaticanus lat.* 355 + 356 s. IX—X.

Φ = *Guelferbytanus* 4156 s. IX—X.

B = *Berolinensis lat.* 18 s. XII.

12 ad fab. de ueste sacerdotali *IIDB* ad fab. de (te *H*) uestibus (uestis *R*) sacerdotalibus (*add.* *AΩ R*) *HRΦ* ad fab. de cibis sacerdotalibus ac ueste pontifica (*sic*) *K*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in IIDB*
13 testamenti (tes s. l. *m2*) *K* instrumenti *II* faciem (em *ex* ae *m2*) *K*
14 mosi *HR* glorificato (u s. l.) *K*

populus loquentis gloriam ferre non sustinet. cum autem
 conuersi fuerimus ad dominum, auferetur uelamen: occidens
 littera moritur, uiuificans spiritus suscitatur. dominus enim
 spiritus est et lex spiritalis. unde et Daudid orabat in psalmo: 2
 5 reuela oculos meos et considerabo mirabilia de
 lege tua. numquid de bubus cura est deo? utique
 non. multo magis de iecore bouis, arietis, hircorum et armo
 dextri pedis et uentre, quo stercora digeruntur, quorum duo
 in esum accipiunt sacerdotes, tertium Finees meretur in
 10 praemio. de uictimis salutaribus adipis, quibus pectus obuol-
 uitur, et pinnula iecoris offeruntur super altare; ipsum uero
 pectus et brachium dextrum dantur Aaron et filiis eius legiti-
 mum sempiternum a filiis Israhel. sensus in corde est, habi- 3
 taculum cordis in pectore. quaeritur, ubi sit animae princi-
 pale. Plato in cerebro, Christus monstrat in corde: beati
 15 mundo corde; quoniam ipsi deum uidebunt, et: de
 corde procedunt cogitationes malae, et: quid cogi-
 tatis nequam in cordibus uestris? uoluptas et concu-
 piscencia iuxta eos, qui de physicis disputant, consistit in
 20 iecore. huius pinnulam in diuersa uolitantem et per oculorum 4
 fenestras erumpentem foras sacerdotes offerunt deo, ut, post-

1 cf. II Cor. 3, 16 2 cf. II Cor. 3, 6 4 cf. Rom. 7, 14 5 Ps.
 118, 18 6 I Cor. 9, 9 8 cf. Leu. 7, 31—34 9 cf. Num. 25, 8 et
 p. 589, 5 12 cf. Leu. 7, 24 15 cf. Plato Tim. p. 69 D sqq. Matth.
 5, 8 16 *Matth. 15, 19 17 *Matth. 9, 4 20 cf. Leu. 7, 20

2 fuerint *B* auferitur (i ex a) *II* aufertur *KD* 3 deus *B* 4 spi-
 ritualis *B* 6 numquid] non *HRΦ* bobus *ς* 7 arietis et *IID*
 hyrc. *KRIID* yrc. *B* 8 dextro *IIDB* dextero *ς* pedis] pectus *IID, B*
 (-oris *p. c.*) pectore *ς* a quo *B* degeruntur *KΦ*; add. et (*exp.*) *Φ*
 9 esu *K* usu *HR* finees *Bp. c.* phinees *ς* 10 praemium *DB* adipis
 quo *D* adeps quo *II, Bp. c. m2* 11 pennula *IID* pi(eB)nnulae *HRB*
 altari *IID, Bp. c. m2* 12 aron *Kp. c.* filius *H* 13 a filiis] filii *Φ*
 15 cerebro *K* 16 et de—malae *II* (malae s. l.) *DB*, om. *cet.* 18 ne-
 quam] mala *II* 20 iecore *K* pinnula *K* pennulam *IIDB* in *om. K*
aduersa K uoluitante *K* 21 erumpente *K* sacerdotem off. *Φ*
 off. sacerdotes *ς* offerant sacerdotes *IIDB* (*inter* off. et sac. *ras.* 28 *fere*
litt. in II)

quam opere dixerint: holocaustum tuum pingue fiat et concupiscentiam, libidinis seminarium, igne spiritus concremarint, mereantur accipere praemium pectus et brachium: in pectore mundas cogitationes, legis notitiam, dogmatum ueritatem, in brachio opera bona et pugnam contra diabolum et 5 armatam manum, ut, quod mente conceperint, exemplo probent. 5 Iesus enim coepit facere et docere. ipsum quoque pectusculum appellatur ἐπιθέματος, id est additamenti, siue praecipuum et egregium — thenufa quippe hoc magis sonat — iuxta illud Malachiae: labia sacerdotis custodient scientiam 10 et legem requirent ex ore eius, ex quo intellegimus praecipuam debere esse in sacerdotibus legis doctrinaeque notitiam et additamento gratiae spiritualis talem uirum institui. qui possit contradicentibus resistere et nihil in se sinistri habere operis, quod ducat ad tartarum, sed dextrum brachium 15 et separatum, ut opera sacerdotis comparatione uirtutum eius a cunctis hominibus separata sint. haec de uictimis et de his, quae offeruntur in altari, sacerdotibus dantur a domino.

2. Ceterum et alia tria exceptis primitiis hostiarum de pri-

1 Ps. 19, 4 7 Act. 1, 1 8 cf. Leu. 7, 24 10 *Mal. 2, 7
14 cf. Tit. 1, 9

1 in (eras.) opere R dixerunt Ha.r.; add. deo HDB et] et cum B 2 concupiscentia K ignis (s eras.) K concremarent K -m**auerint H -mauerint DB 3 brachium HR 4 notitia K ueritate KR 5 bona op. D pugna KΦB pu** Π zabulum K 6 armata K armatum H manu K ut] et K praebent H 8 ΕΠΙΘΕΜΟΣ K ΕΠΙΘΕΜΑΤΟΣ H et uehementoc H ΕΝΟΕΛΛΑΤΟΣ Φ ΕΤΙΕΘΕΜΑΤΟΣ B, recte scriptum in RD ἐπιθέμας additamentum HDB principium IID 9 thenafa K tenufa HDB thenuphaς sonat] add. ex quo intellegimus KHDB (cf. lin. 11) 10 malachiel (alt. l eras.) K custodiunt KHDB 11 requirunt IID exquirent K exquirent B pr. ex] de B ex quo int. s. l. m1 K, del. m2 B, om. H (inter ex et quo ras. 3 litt. in Φ) 12 praecipuum HR que] quae Ka.r.HR 13 et om. Φ additamentum D spiritualis B 15 op. hab. H habens B 16 ut] ad K et Φ opere Φ eius] ei D 17 sunt IID 18 alteri Ha.c.; add. et H et quae D,B (quae m.2) 19 de] et de HDB

uato et de macello publico, ubi non religio, sed uictus necessitas est, sacerdotibus membra tribuuntur: brachium, maxilla et uenter. de brachio iam diximus; maxilla eloquentem eruditumque significat, ut, quod pectore concepimus, ore promamus; 5 uenter, receptaculum ciborum, in scorto Madianitide sacerdotali pugione perfossus uniuersos hominum labores et momentanea blandimenta gulae stercore fine condemnat et ostendit mentibus consecratis deo totum, quod ligurrimus, quod uoramus, in secessum proici. unde et apostolus: esca, inquit, 2 10 uentri et uenter escis; deus autem et hunc et illa destruet, et e contrario de luxuriosis: quorum deus uenter est et gloria in confusione eorum. uituli puluerem, quem adorauerat Israhel, in contemptu superstitionis in potu accipit populus, ut discat contemnere, quod in 15 secessu proici uiderat. praecipitur sacerdotibus, ne ministraturi in templo uinum et siceram bibant, ne ebrietate et crapula et curis huius uitae praegrauentur corda eorum; ne partem habeant in terra nisi solum deum; ut nulla debilitate insignes sint, ne truncis auribus, laeso oculo, simis naribus, claudo 20 pede, cutis colore mutato, quae omnia referuntur ad animae

2 cf. Deut. 18, 3 (sec. LXX) 5 cf. Num. 25, 8 9 *I Cor. 6, 13
11 *Phil. 3, 19 12 cf. Ex. 32, 20 14 cf. Leu. 10, 9 16 cf. Luc.
21, 34 17 cf. Ps. 72, 26 19 cf. Leu. 21, 17—23

1 sed—est om. Φ necessitatis *Kp.c.m2* necessarius (ssarius in ras. *m2*) *B* 2 distribuuntur *Ka.r.* brach. et *R* 4 ut] et Φ concipimus *HDB* 5 madianitidae *KII* 6 perfusos Φ a.c. confossus (os ex u) *II* confossum (m ex s) *B* confixus *D* lab. hom. *II* 7 bland. (b *eras.*) *K* guile (i *exp.*) *B* sterc.—ost. om. Φ et (s. l.) sterc. *B* fine] fimum (a s. l.) *B* 8 ligurr. *scripsi* currimus *codd.* curamus ζ glutinus *Vallarsius*; *add.* quod satagimus in *mj. m2* *B* 9 secesse Φ a.c. secessu *K* 10 escis ex escae *K* illa *IIa.r.* illas *B* 13 contemptum *B* 14 potum *KB* puto *H, Ra.c.* accipit *HR* accepit *cet.* quod] quem *K* 15 secesse Φ a.c. secessum *DB* ministrator Φ 16 templum *K* sicera *K* bibit Φ 17 ne] nec *Hp.c.m2DB* 18 dominum Φ insigne *IIa.c.m2\Phi* 19 sunt *R* nec *D* semis *IID\Phi B* clodo *K* 20 colere Φ mutata *Kp.c.m2HR\Phi* referunt *K*

3 uitia. uoluntas enim in homine, non natura damnatur. si quis
 e sacerdotibus semine fluxerit, ad sacerdotalem mensam prohi-
 betur accedere; et e contrario uidua, cuius cum Sarra defece-
 runt muliebria, propter continentiam et castitatem et recipitur 5
 in domum patris et de templi aerario alitur. quodsi filios
 habuerit, redditur suboli suae, ut iuxta apostolum his mini-
 stretur, quae uere uiduae sunt, et ut, quae sacerdotalibus
 4 sustentatur cibus, nullius alterius amore teneatur. uicinus et
 mercennarius excluduntur a conuiuio sacerdotum, seruis cibo-
 rum reliquiae conceduntur; iam tunc proiciebatur Phygelus et 10
 Hermogenes et recipiebatur Onesimus. primitiae ciborum et
 omnium frugum atque pomorum offeruntur antestiti, ut habens
 uictum atque uestitum absque ullo impedimento securus et
 liber seruiat domino. primogenita mundorum animalium acci-
 piunt sacerdotes, immundorum pretia. hominum quoque primi 15
 partus redimuntur et, quia condicio una nascendi est, omnes
 pretium aequaliter offerunt sic moderatum et leue, ut nec
 5 diues intumescat nec tenuis praegrauetur. aeditui et ianitores
 accipiunt decimas et rursus decimas decimarum offerunt
 sacerdotibus tanto illis minores, quanto ipsi maiores populo. 20
 quadraginta et octo ciuitates ad habitandum Leuitis et sacer-
 dotibus separantur, sex urbes fugitiuorum trans Iordanen et

1 cf. Leu. 22, 4 3 cf. I Tim. 5, 3—16 7 I Tim. 5, 16 8 cf. Leu. 22,
 10—11 10 cf. II Tim. 1, 15—18 11 cf. Num. 18, 8—32 21 cf. Num. c. 35

1 uitium *II* uoluptas *DB* nature Φ 2 e] he *B* a sacer-
 dotale mensa *Hpr.* 3 sarrae *D* sara *Pr.r.* ζ 4 alt. et s. l. *m1 K*,
om. IIDB 5 filius *HR* 6 subuli *H* subulis *R* soboli *IDB* . ut]
 et *ID.Ba.c.m2* iis ζ 7 uerae *K* ut *om.* Φ que *IIa.c.* Φ ; *add.*
de D, s. l. m2B sacerdotibus *II* 8 sustentantur (ten s. l. *m2D*)
Pr.c.m2DB cibus *D* nullis *II* teneantur *DB* 9 mercenarius
 (ex -ios *II*) *II* ζ 10 proi(hiB)ciebantur *DB* phig. *II* *fyg. K* fig. *D*
 philetus *B* 11 hermo-genis *K* ermogenis *D* Φ , *B(-es)* honessimus *HR, Pa.r.*
 honestissimus *Pa.r.* onesi horus ζ 12 antistiti *Pr.r.DB* 13 uictu *D*
 uestitu *D* 14 deo *II* accipiant *IDB* 15 et imm. *D* 16 qua *II*
 una] humana *Kp c m2 Pr c.D* Φ omnem *D, om.* ζ 17 offertur ζ 19 rur-
 sus *B* 20 tanto—ciuitates *om. II* illi *K* minore *D* ipsi] illi *K*
 21 *pr.* et *om. HR* 22 fug.] *add.* et Φ iordanem *KII* et in ras. 4 *litt. m2B*

intra Iordanen eliguntur, et finis exilii mors pontificis est. uniuersa, quae festinus sermo perstrinxit et quorum pulsari tantum nec aperui sacramenta, ad cunctos pertinent sacerdotes; pontifex autem quantis polleat priuilegiis, dicam breuiter.

3. Caput, inquit, suum non discoperiet. habet cytharim et nomen dei portat in fronte, diademate ornatus est regio, ad perfectam Christi uenit aetatem, semper eius gloria protegendus est et uestimenta sua non scindet, quia candida sunt, quia inpolluta, quia agnum sequentia et de adtonsae ouis confecta uelleribus. Tamar amissa pudicitia scidit tunicam; Caiasas perditio sacerdotio rupit publice uestimenta. super omnem animam, quae mortua est, non ingreditur. ubicumque peccatum est et in peccato mors, illuc pontifex non accedet. anima, quae peccauerit, ipsa morietur. quamuis ille sit diues, quamuis potens et multitudinem offerat uictimarum, si mortuus est, non tangitur a pontifice, non uidetur. quodsi reuiuiscit et ad uocem saluatoris egreditur de sepulchro suo et fasceis peccatorum solutus incedit, intrabit

6 Leu. 21, 10 cf. Ex. 28, 4 etc. 7 cf. Ex. 28, 36—38 etc.
8 cf. Num. 4, 3 etc. 9 cf. Leu. 21, 10 10 cf. Apoc. 14, 4 11 cf.
Gen. 38, 19 12 cf. Matth. 26, 65 *Leu. 21, 11 15 Ezech. 18, 4
18 cf. Ioh. 11, 43—44

1 citra B iordanem KPB exilii] add. et D, B (exp.) pont.
est s. l. B est] et D, Ba.c. 2 uniuersaque Φ • praestrinxit PB
pulsauit H 3 aperuit H pertinet K Φ ; add. in (eras.) Φ 4 priuilegis H
6 inquit] autem K discooperiet (-pae-B) PBp.c. Φ a.c.
cedarim K cytharim Φ 7 frontem K 8 uen. act.] unitatem ex peruenit aet. B peruenit KD, Ba.c. 9 sunt s. l. m2B 10 atonsae
PB, Da.r. tonsae Dp.r. 11 perfecta Φ tamar PB am. pud.
in mg. K scindit PBa.c. 12 caiasas HRa.r. caiphas DB caifas cet.
13 omne D esset ζ ingreditur PDPB 14 ibicumque R peccato] peccatum DB
15 accedit K Φ uerba anima—morietur parenthetice post mors (l. 14) transponi mauult Engelbrecht 16 quamuis] ille D potest Φ
et] si K multitudine K offeratur Φ 17 uictimorum K 18 reuiuiscet K resurgit PDB
uocem ex luce m2K 19 sepulchro PDB suo in mg. R. om. D fasceis (e eras.) H fasceis K faseris (r exp.)
H faciis B fasciis ζ solutis Hp.r.D

ad eum pontifex et ibi faciet mansionem et cum resurgente prandebit.

4. Super patre suo et super matre sua non inquinabitur. multa nos facere cogit affectus et, dum propinquitates respicimus corporum, et corporis et animae offendimus 5 creatorem. qui amat patrem et matrem super Christum, non est eo dignus. discipulus ad sepulturam patris ire desiderans saluatoris prohibetur imperio. quanti monachorum, dum patris matrisque miserentur, suas animas perdiderunt! super patre et matre pollui nobis non licet, quanto magis super fratre, 10 2 sororibus, consobrinis, familia, seruulis! genus regale et sacerdotale sumus. illum adtendamus patrem, qui numquam moritur aut qui pro nobis moritur et qui ideo uiuens mortuus est, ut nos mortuos uiuificaret. si quid habemus de Aegypto, quod princeps mundi suum possit agnoscere, tenenti Aegyptiae cum 15 pallio relinquamus. sindone opertus adulescens uinctum dominum sequebatur: incurrisset laqueos, nisi expeditus et nudus persequentium impetus declinasset. reddamus parentibus, quae parentum sunt; si tamen uiuunt, si seruiantes deo filios suos praeferri sibi gloriantur. 20

5. Et de sanctis non egredietur et non polluet sanctificationem dei sui. pro otioso quoque uerbo ratio-

3 *Leu. 21, 11 6 cf. Matth. 10, 37 7 cf. Matth. 8, 21—22 etc.
11 cf. I Petr. 2, 9 14 cf. Rom. 4, 17 15 cf. Gen. 39, 12 16 cf.
Marc. 14, 51—52 21 *Leu. 21, 12 22 cf. Matth. 12, 36

3 patrem suum *Ka.c.* *alt.* super *om.* *D* matrem-suam *Ka.c.*
4 cog. fac. *B* et *om.* *K* propinquitatem *IID* 5 *pr.* et] ex *HR*
6 et] aut *IIDΦ*; *add.* suam *s. l.* *H* 7 eo] deo *D* 8 probetur *B*
patres matresque *K* patri matrisque *H* patri matrique *IIa c.m2* 9 ani-
mas suas *B* si super *B* patrem *Ka c.H* 10 matrem *Ka.c.* fratrem
KBa.c. *fs* (= fratribus) *II* 11 sororibus *ex* sorore *Φ*; *add.* et *s. l.* *m2B*
consobrinis *KB, Φa.c.*; *seq. ras.* 5 *litt.* *II* familia- *II* fami.iis *B* et *s. l.* *K*
12 adtendimus *K* 13 aut—moritur *del. m2B* moritur *om.* *H* et] aut *Φ*
14 ut *ex* et *II* si] sed *D* quod *om.* *H* 15 tenendi *D* *ae*(*e Φ*)gyptia
(*ec -io Φ*) *IIΦ* 16 uinctus *K* domino *R* deum *Ka.c.* 17 in laque(*ae H*)os
HRD, Kp.c.m2IIp.c. 18 decl. impetum *D* impetum *DB* 19 *alt.* si
om. *DB* seruiunt *Φ* domino *IID* et filios *B* 21 polluit *HRΦ*

nem reddituri sumus et omne, quod non aedificat audientes, in periculum loquentium uertitur. ego, si fecero, si dixero quippiam, quod reprehensione dignum est, de sanctis egredior et polluo uocabulum Christi, in quo mihi blandior: quanto
 5 magis pontifex et episcopus, quem oportet esse sine crimine tantarumque uirtutum, ut semper moretur in sanctis et paratus sit uictimas offerre pro populo, sequester hominum et dei et carnes agni sacro ore conficiens, quia sanctum oleum christi dei sui super eum est! non egreditur e sancto,
 10 ne uestimentum, quod indutus est, polluat; quotquot enim in Christo baptizati sumus, Christum induimus. seruemus tunicam, quam accepimus, sanctum custodiamus in sancto. ille montanus habitator, qui de Hierusalem descendebat Hiericho, non prius uulneratus est, quam nudatus. infunditur ei oleum, medica-
 15 mentum lene et misericordia temperatum, et, quia debuit negligentia sentire cruciatum, uini austeritate mordetur, ut per oleum ad paenitentiam prouocetur, per uinum seueritatem sentiat iudicantis.

6. Uxorem uirginem accipiet, uiduam autem et
 20 eiectam et meretricem non accipiet, sed uirginem de genere suo, et non contaminabit semen suum in populo. ego dominus, qui sanctifico eum. scio pontificem, cui praecepta nunc dantur, a plerisque Christum intel-

5 cf. Tit. 1, 6 7 cf. Deut. 5, 5 8 *Leu. 21, 12 10 cf. Gal. 3, 27 13 cf. Luc. 10, 30—34 19 *Leu. 21, 13—15

2 uert. loq. ζ alt. si s. l. B 5 episcopos D episcopum Φ 6 que quoque K 7 alt. et om. D 8 carnis Φ 9 dei om. Φ egredietur D e] a II de ζ 10 quo K, Ilp.r. quotquot] quod Ka.c. Φ 11 alt. xpo HR induimur KHR 12 accipimus ΦB pr. san Φ sanctam IID 13 habitatur D Φ qui om. Φ de s. l. m2 B herus. R iherus. B ierus. Ilp.r. discendebat Φ ; add. in IID hierico K herico Ha.c. hierocho H iericho ζ iherico B 14 oleum et K 15 temperatum D quia ex qui m2 II debet HR Φ , Bp.c.m2 negligentiae ζ 17 sentiat (iat in ras.) II audiat aut sentiat Φ 19 accipiat II accipiet (s. l.) de genere suo et non contaminabit (haec omnia deleta) accipiet Φ 20 iectam H eiecta D 22 ego enim K sanctificabo Ha.r. sanctico Ha.c.m2 23 nunc praec. Φ nunc s. l. II, add. s. l. hec B xpm s. l. (in l. ras. 3 litt.) II xpi Φ

legi et id, quod dictum est: super patre et matre non
 2 inquinabitur, de uirginalis Mariae partu edisseri. multoque
 facilius est super domino interpretatio, qui audit in psalmo:
 tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem
 Melchisedech, et in Zacharia: audi, Iesu, sacerdos 5
 magne, et cui sordida peccatorum nostrorum uestimenta tol-
 luntur, ut recipiat gloriam, quam habuit apud patrem, prius-
 quam mundus esset.

7. Sed ne quis me uim facere scripturae putet et sic amare
 Christum, ut historiae auferam ueritatem, interpretabor in 10
 membris, quod referatur ad corpus, intellegam de seruis, ut
 inpleatur in domino — quamquam gloria domini gloria famu-
 lorum sit — et, ubicumque oportunitas se loci tulerit, sic de
 uero lumine disputabo, ut deriuetur ad eos, quibus Christus
 2 donauit, ut lumen sint. pontifex iste, quem Mosaicus sermo 15
 describit, uiduam, eiectam et meretricem non ducet uxorem —
 uidua est, cuius maritus est mortuus; eiecta, quae marito
 uiuente proicitur; meretrix, quae multorum libidini patet —, sed
 accipiet, inquit, uxorem uirginem de genere suo, non
 alienigenam, ne in mala terra nobilium seminum frumenta 20
 degenerent, non meretricem, quae multis exposita est amato-

1 *Leu. 21, 11 4 Ps. 109, 4 5 Zach. 3, 8 7 cf. Ioh. 17, 5
 19 *Leu. 21, 14

1 patrem et (aut *K*) matrem *KHR* patre (-em*D*) et super matre (-em
D et super matre s. l. *B*) *IIDB* 2 uirginali *IIDB* materiae *H* et
 (t *eras.*) disseri Φ intelle(i*B*)gi *DB* 3 facilius Φ 5 melchisedech *H*
 -sedech Φ -sedec ζ zacharia *K* ihu *D\Phi* ihs *KIB* hiesus *HR*
 7 gloria *D* 9 sed ne] se *D* et] ut Φ 10 ut] et *Ia.c.D* 11 corpus] caput (-d*Ia.c.m.2D*) *IIDB* ut] quod *IIDB* 12 inpl.] referatur *K*
pr. gloriam *HR* 13 se *om.* ζ 14 lumine *bis* *K* deriuetur *KD\Phi B*
 15 ut] quod *D* sunt *Ia.r.* sit Φ quae *H* quae *B* moysaicus Φ
 moyseicus *K* 16 descripsit *I* eiect.—mort. *om.* *HR* ducet Φ , *Bp.c.m.2*
 ducit *ex* dicit *K* duxit *IID, Ba.c.m.2* 17 est mort.] *add.* est s. l. *m.2*
 (*priore est non delete*) *B* quae] *add.* a *KIIDB* uiu. mar. Φ
 18 uiuo *K* quem *D* libidine *K\Phi* 19 uirg.] *add.* et *IIDB*
 20 in *om.* *K* mala terra *B* 21 non] non priori coniugio indigna
 fuit (*haec omnia expuncta*) non Φ am. exp. est *I*

ribus, non eiectam, quae etiam priori coniugio indigna fuit, non uiduam, ne pristinorum meminerit uoluptatum, sed illam animam, quae non habet maculam neque rugam, quae cum Christo renata innouatur de die in diem, de qua apostolus loquitur: despondi enim uos uni uiro, uirginem sanctam exhibere Christo. nolo discipulam coniugemque pontificis quicquam habere de ueteri homine. si consurreximus Christo, ea, quae sursum sunt, sapiamus praeteritorum obliti, futurorum audi. infelix Simon, quia post baptismum de antiquo matrimonio cogitabat nec ad uirginalem uenerat puritatem, Petri consortio indignus fuit.

8. Conpulisti me, Fabiola, litteris tuis, ut de Aaron tibi scriberem uestimentis. ego plus obtuli, ut de cibus et praemiis sacerdotum et de obseruatione pontificis praefatiunculam struerem. egressa de Sodomis et ad montana festinans non uis habitare in parua urbe Segor. transcendens proselytos, praeteriens Israhelitas, dimittens Leuiticum gradum, praepete pinna transuolans sacerdotes ad pontificem uenis et, dum uestes eius et rationale pectoris diligenter inquiris, nostra tibi displicuere consortia. et tu quidem optato frueris otio et iuxta Babylonem Bethlemitica forsitan rura suspiras; nos in

3 cf. Eph. 5, 27 4 cf. II Cor. 4, 16 5 *II Cor. 11, 2 7 cf. Col. 3, 1—2 9 cf. Act. 8, 13—24 15 cf. Gen. 19, 20—30

1 iectam *H* priore *HR* proprio (*in mg. m2* al priori) *II* 2 ne] quae *B* 3 *alt.* qui *Φ* 4 renata *om.* *D* renouata *II* renouatur *D*
5 dispondi *KIIDΦ, HBa.c.* 6 castam (-sta *D*) *IIDB* que *om.* *IID*,
Ba.c.m2 7 uetere *D* consurrexeri(*i ex e*)mus *Φ*; *add.* cum *DB*
8 sunt] *add.* ut *s. l.* *K* sapimus *B* 9 qui *Ka.c.II* 12 fabiolam *HR*
tibi] *add.* sacerdotio *ς* 13 scribere *Φ*; *add.* et *ς* ut *s. l.* *m2K*
et] *add.* de *K* primit(c *B*)iis *IIDB* 15 extruerem *K* instruerem *B*
16 transcendes *HΦB* transcendis *II* proselitos *HIIB* prosilitos *DΦ*
17 praeteriens *K* prae ceteris *Rp.c.m2* praeteris *cet.* israhel. *K*
israhel. *RB* israelites *H* dimittis *HRΦ* dimittis (*is ex as*) *B* gra-
dum et *IID* praep. pinna *in mg. m2K* prepeti *II* praepite *Φ*
18 penna *IIB, Φa.c.* transuolas *KΦ* pontifices *K* et] sed *DΦ*
set *Bp.c.m2* 20 optata *D* 21 babilonem (*em s. l. B*) *IIB* baby-
lone *D* betlem. *Φ* bethleem. *HIIDB* susciperas *K* nos *s. l.* *Φ*
non *H*

Efrata tandem pace reddita uagientem de praesepe audiui-
 infantem et querimonias eius ac uoculam ad tuas aures cupi-
 mus peruenire.

9. Legimus in Exodo tabernaculum, mensam, candelabrum,
 altare, columnas, tentoria, coccum, byssum, hyacinthum, pur-
 puram, ex auro, argento et aere uasa diuersa, tabernaculum
 diuisum in tria, duodecim panes per singulas ebdomadas
 mensae inpositos, in candelabro septem lucernas, altare hostiis
 et holocaustis expositum, crateras, scyphos, turibula, fialas,
 mortariola, paxillos, pelles rubras, pilos caprarum et ligna
 inputribilia. tanta offeruntur in tabernaculo dei, ut nullus
 desperet salutem, alius aurum sensuum, alius argentum elo-
 quii, alius uocem aeris exhibeat. totus mundus in tabernaculi
 describitur sacramento. primum et secundum uestibulum omnibus
 patet — aqua enim et terra cunctis mortalibus data sunt —,
 in sanctis uero sanctorum quasi ad aethera et in caelum pau-
 corum introitus et uolatus est; duodecim panes duodecim
 mensuum significant circulum; septem lucernae septem errantia
 astra demonstrant. et ne longum faciam — neque enim pro-
 positum mihi est nunc de tabernaculo scribere —, ueniam ad

1 cf. Mich. 5, 2 17 cf. Leu. 24, 5—9 18 cf. Ex. 37, 23

1 efrata *K* ephratha *HR* eufrata *B* pacem *K* bagiantem *D*
 praesepe *Πp.c.m2ς* audimus *KD* 2 uocula *Π* uocabula *K, Ba.c.*
 uoculas *ς* 4 exodio *Ka.r.* 5 altare (e *ex ia*) *Φ* bissum *IIB*
 hiacinthum *D* hyacinctum (-ctum *H*) *KHR* iacinctum *IIB* iacintum *Φ*
 6 et *s. l. m2 K, om. ς* 7 in tria (in *t in ras.*) *K* in atria *Ba.c.*
 ebdomades *D* hebd. *ς* 8 inpositas *B* 9 et holocaustisque *K* ho(o*B*)-
 loc(*add. h s.l.m2Π*)austisque *IIB* cathedras *IIB* scyfos *K*
 schypos *D* scifos *Π* cyphos *B* turabula *Ka.c.D*; *add. ligna Φ* phia-
 las *B* phiolas *Φ* 10 philos (h *exp.*) *Φ* ligna *om. Φ* (*cf. not. ad*
l. 9) 11 tanta] *add. et talia IIB* tabernaculo (o *in ras. m2*) *B*
 -lum *Πa.c.* -la *H* tauernaculum *D* 12 dispiceret *Φ* sensum *IID, Ba.c.*
 eloquium *IID* 13 exhibebat *Kp.c.m2* 15 datae *Π* 16 sanctorum]
add. est H,R s. l. m2 quasi uero *K* et *s. l. m2 K* caelo *K*
 18 mensum *D* mensium *IIB* significat *Φ* 19 demonstrat *Ha.c.m2ΦB*
 ne] in *e H* 20 est mihi *Φ*

sacerdotalia uestimenta et, antequam mysticam scruter intelligentiam, more Iudaico, quae scripta sunt, simpliciter exponam, ut, postquam uestitum uideris sacerdotem et oculis tuis omnis eius patuerit ornatus, tunc singulorum causas pariter
5 requiramus.

10. Discamus primum communes sacerdotum uestes atque pontificum. lineis feminalibus, quae usque ad genu et poplites ueniunt, uerecunda celantur et superior pars sub umbilico uehementer adstringitur, ut, si quando expediti mactant uicti-
10 mas, tauros et arietes trahunt, portant onera et in officio ministrandi sunt, etiamsi lapsi ruerint et femora reuelarint, non pateat, quod opertum est — inde et gradus altaris prohibentur fieri, ne inferior populus ascendentium uerecunda conspiciat —, uocaturque lingua Hebraea hoc genus uestimenti 'machnase',
15 Graece περισκελῆ, a nostris feminalia uel braciae usque ad genua pertingentes. refert Iosephus — nam aetate eius adhuc
2 templum stabat et necdum Uespasianus et Titus Hierosolymam subuerterant et erat ipse de genere sacerdotali, multoque plus intellegitur, quod oculis uidetur, quam, quod aure

7 cf. Ex. 28, 38 12 cf. Ex. 20, 26 16 cf. Iosephus Ant. Iud. III 7, 1

1 scrutem *IID* scrutar *Φp.c.* 2 amore *II* 3 sacerdotum *Ha.c.m2*
4 omne *D* omnes *Bp.c.m2* eis *D* patuerint *Bp.c.m2* ornamentum *D* singularum *D* pacienter *B* 5 exquiramus *ς* 7 quae] quo *Φ* genus *Ka.c.Φ* genua *ex* cenua *m2II* et *ex* uel *m2K*
poplicē *ex* puplice *Φ* 8 uerecundia *II* *Ba.c.* uerenda *ς* et] *ex* *Φ*
superiora *II* umbilicum *Φ* 10 portanti *Φ* pontent *H* portantque *Pr.c.DB*
Pr.c.DB onerant (nt *exp.*) *K* alt. et] ut *Φ* 11 lapsis *ex* lapis *K*
ruerint (n s. l. *K*) *KHR* fuerint *cet.* reuelauerint *Kp.c.m2* 12 pateret *IIa.c.m2*
pateet (sic) *Kp.c.m2* unde *B* 13 ne infe s. l. *m2K*
uerecunda *K* uerenda *ς* conspiciant *Φ* conspiciet *Kp.c.m2* 14 que] quae *HR*
haebreicam *K* maschnase *HRD* marchnase *B* maschannase *II*
maschansē *K* mascanase *Φ* 15 ΠΕΡΙΣΚΕΛΕ *HR* ΠΕΡΙΣΚΕΛΕ *D* ΠΡΙΣΚΕΛΕ *B* ΝΕΡΙΣΚΕΛΕ *II*
periscele *Φ* perisceni *K* bracce *B*
16 reffert *II* ioseppus *KD,IIa.c.* 17 hierosolim. *R,IIp.c.* hierosoli(y*D*)m. *HDΦ,IIa.c.*
iherosolim. *B* 18 ipsi *Φp.c.* generes *H*
generi *Φ* 19 quam] qua *D*

percipitur — haec feminalia de bysso retorta ob fortitudinem solere contexti et, postquam incisa fuerint, acu consui; non enim posse in tela huiusce modi fieri.

11. Secunda ex lino tunica est poderes, id est talaris, duplici sindone, quam et ipsam Iosephus byssinam uocat, appellaturque 'cotonat', id est χιτών, quod Hebraeo sermone in lineam uertitur. haec adhaeret corpori et ita arta est et strictis manibus, ut nulla omnino in ueste sit ruga et usque ad crura descendat. uolo pro legentis facilitate abuti sermone uulgato: solent militantes habere lineas, quas camisas uocant, sic aptas membris et adstrictas corporibus, ut expediti sint uel ad cursum uel ad proelia, dirigendo iaculo, tenendo clipeo, ense librando et quocumque necessitas traxerit. ergo et sacerdotes parati in ministerium dei utuntur hac tunica, ut habentes pulchritudinem uestitorum nudorum celeritate discurrant.

12. Tertium genus est uestimenti, quod illi appellant 'abaneth', nos cingulum uel balteum et zonam possumus dicere, Babylonii nouo uocabulo 'hemian' uocant. diuersa uocabula ponimus, ne quis erret in nomine. hoc cingulum in similitu-

4 cf. Ex. 28, 36 5 cf. Iosephus Ant. Iud. III 7, 2 16 cf. Ex. 28, 35. 36

1 byso *Ka.c.* bisso *ΠΒ* retorto *KD, Ba.c.m2* 4 poderis *KΦB, Πpr.* foderes *D* ποδῆρης *ς* 5 ioseph. (h *eras.*) *Φ* iosepp. *D* iosep. *Π* bisinam *B* 6 cothonat *HR* chutonat *Φ* cotonaph *ΠDB* id est *om.* *R* hebraeico *K* 7 haec *om.* *Φ* ita] tam *ς* et str.] extrictis *D* 8 nullo *D* 9 facultate *B* 10 solant *H* solent enim *B* luctantes *ex* nitantes *B* camisas *Ka.r. Bp.c.m2* camissas *H* 11 astricus *D* strictas *HRΦ* corpori *HRΦ* cursu *K* 12 praelia *KΦB* iacula *Π* clipeo *Π* clypeo *KD* ensi *ex* ensem *m2B* 13 uibrando *ς* ergo *in ras. m2Π* *alt.* et *s.l.Π, s.l.m2B* sacerdotales *D* 14 ministerio *Φ* hanc (n *eras.*) *K* ac *DΦ* ut *ex* et *m2Π* 15 pulcr. *ΠDB* uestit. *KΦ* uestiment. *cet.* nud(d *ex* t)orum cel. disc. *in mg. inf.* *K* 16 quo *Π* abanet *HRΦ* aboneth *Ka.c.m2* 17 uel] et *D, om.* *Φ* baldeum *Ha.c.Φ* et] uel *D* zona *D* 18 babilonii (-ni *B*) *ΠΠB* nouo uocabulo *s. l. m2K* hemiam *D* heminian (ni *eras.*) *K* hemien *B* heremiā *Π* 19 posuimus *Ha.c.* esset *Φ*

dinem pellis colubri, qua exiit senectutem, sic in rotundo
 textum est, ut marsupium longius putes. textum est autem 2
 subtemine cocci, purpurae, hyacinthi et stamine byssino ob
 decorem et fortitudinem atque ita polymita arte distinctum,
 5 ut diuersos flores et gemmas artificio manu non textas sed
 additas arbitreris. lineam tunicam, de qua supra diximus,
 inter umbilicum et pectus hoc stringunt balteo, qui quattuor
 digitorum habens latitudinem et ex magna parte ad crura
 dependens, cum ad sacrificia cursu et expeditione opus est, in
 10 laeuum umerum retorquetur.

13. Quartum genus est uestimenti rotundum pilleolum,
 quale pictum in Ulixē conspicimus, quasi sphaera media sit
 diuisa et pars una ponatur in capite; hoc Graeci et nostri
 tiaram, nonnulli galerum uocant. non habet acumen in summo
 15 nec totum usque ad comas caput tegit, sed tertiam partem a
 fronte inopertam relinquit atque ita in occipitio uittae con-

11 cf. Ex. 28, 35. 36. Iosephus Ant. Iud. III 7, 3

1 pelles *HR* quā *K* que Φ exsuet *K* senectute *II* ru-
 tundo *HR* ro(ex n)tund Φ ru(o m2)tundum *B* 2 texum *Ka.c.* Φ exten-
 sum *HR* pr. est om. Φ marsupium ΦB suppium *IIa.c.* alt. est
 s. l. *K*, om. *II* 3 subtegmine *Kp.c.IIar.DB* hyacinthi *K* iacinthi
D Φ iacincti *II B* byssino *K* biss(ex bis *II*)ino *II B* ob] hoc *D* nb *H*
 4 et] atque *II* atque ita] itaque (a s. l.) Φ ita s. l. m2 *II* polimita
DB polimeta *II* polemita *HR* polemitia Φ arte om. *K* 5 diuersas *II*
 et] ac *D* artificio *HR* -ce Φ -cis cet. manuum *D* non om. *D*
 6 supra *H*, om. Φ 7 extringunt Φ baltheo Φ 8 ex om. Φ
 magna] una *IID* ad ex de *H* 9 descendens *Ka.c.m2* dum Φ
 10 humerum *IIDB* 11 est s. l. m2 *II* rutundum *HR* pelleolum *K*
 pilliolum *D* pileolum *B* 12 pictus *Ka.c.* ulixē *H,R* (l s. l.) olixe
 (i ex e) *K* olexe Φ u(ex o *II*)lixēo *IID* olixeo *B* sphaera (ex -rā *K*)
K Φ spera *RIID* 14 thiaram Φ tyaram *IID* aram *Ka.c.m2* τιάραν ς
 uocant] add. hebraei misnepheth ς , *Hebraeum uocabulum post hoc ad-*
dere malim habent *II Φ* 15 cumas Φ comas ς contegit *IIp.c.m2*
 tetigit *D* tertiam] tegit *B* 16 relinquat *Ka.c.m2* reliquit (d *D*)
IIa.c.D hoccapitio *B* hocceptio Φ hoc epsio *K* uitae(e)
K,HRIBa.c. uita *IIa.c.* uitta *II Φ Bp.c.* uicta *D* constringitur Φ con-
 strictum ς ; gen. masc. ad pilleus uel galerus refertur

strictus est taenia, ut non facile labatur ex capite. est autem byssinum et sic fabre opertum linteolo, ut nulla acus uestigia forinsecus parent.

14. His quattuor uestimentis, id est feminalibus, tunica linea, cingulo, quod purpura, cocco, bysso hyacinthoque contextitur, 5 et pilleo, de quo nunc diximus, tam sacerdotes quam pontifices utuntur. reliqua quattuor proprie pontificum sunt, quorum primum est 'mail', id est tunica talaris, tota hyacinthina, ex lateribus eiusdem coloris adsutas habens manicas et in superiori parte, qua collo induitur, aperta, quod uulgo capi- 10 tium uocant, oris firmissimis et ex se textis, ne facile rum-
2 pantur. in extrema uero parte, id est ad pedes, septuaginta duo sunt tintinabula et totidem mala Punica isdem contexta coloribus, quibus supra cingulum. inter duo tintinabula unum malum est et inter duo mala unum tintinabulum, ut alterutrum 15 inuicem sibi media sint, causaque redditur: idcirco tintinabula uesti adposita sunt, ut, cum ingreditur pontifex in sancta sanctorum, totus uocalis incedat. statim moriturus, si hoc non fecerit.

15. Sextum est uestimentum, quod Hebraica lingua dicitur 20

4 cf. Ex. 28, 27—31. Iosephus Ant. Iud. III 7, 4 17 cf. Ex. 28, 31
20 cf. Ex. 28, 6—12. Iosephus ibid. III 7, 5

1 taenia *R* tenia *H* tenia (*eras.*) tenia (*utrumque in mg. m2*) *K* tenue
Φ, *om.* *IIDB* 2 bissinum *IIB* ut *ex* et *II* 3 appareant *IIB*
4 tunica *ex* tuna *HRII* 5 hyacinthoque *K* hyacinthoquae *HR* yaeyn-
thoque *D* iacinthoque *Φ* iacinthoque *IIB* 6 de quo *s. l.* *Φ* quod *ex*
qua *II* nunc *om.* *Φ* 7 propriae *KRIID*, *om.* *Φ* 8 tunica *om.* *Φ*
torta *Kp.c.HR* hyacinth. *K* hyacinth. *H* hiachint. (*alt. h exp.*) *R*
yaeynth. *D* iacinth. *Φ* iaciunct. *IIB* 10 superiore *KII* 11 et *om.* *D*
retextis *ex* testis *m2D* rumpatur *B* 12 uero *om.* *ς* 13 tintinna-
bula (*bula in ras. m2B*) *IIDB* isdem *ex* idem *KΦ*, *ex* his *II* his-
dem *HRDB* iisdem *ς* col. cont. *II* 14 quibus *s. l. m2B*, *om.* *IID*
ut *ς* super *II* cingulos *D* tintinn. *IIP.c.DB* 15 et *om.* *IIDB*
inter] in *Φ* tintinn. *IIDB* 16 inuicem *scripsi* in *KHRΦ*, *ras.*
4 litt. II, *om.* *DB* sibi *s. l.* *B* idcirco] *add.* in *s. l. K* tin-
tinn. *IIDp.c.,B* 17 uestibus *D* sunt *eras. B*, *om.* *HRΦ* ut *eras.*
B, *in mg. m2K* cum *in mg. Km2* dum *Φ* 18 incedit *Ka.c.m2R*
20 hebraica (*ca s. l.*) *B* ebraica *II* hebrae(*eΦ*)ica *KΦ*

ephod, Septuaginta ἐπωμίδα, id est superumerale, appellant, Aquila ἐπένδωμα, hoc est desuperuestimentum, nos ephod suo ponemus nomine. et ubicumque in Exodo uel in Leuitico superumerale legitur. sciamus apud Hebraeos ephod appellari. 2 hoc autem esse pontificis uestimentum et in quadam epistula scripsisse me memini et omnis scriptura testatur sacrum quid esse et solis conueniens pontificibus. nec statim illud occurrat, quod Samuhel, qui Leuita fuit, scribitur in Regnorum libro primo habuisse aetatis adhuc paruulae ephod bad, id est superumerale lineum, cum Daudid quoque ante arcam domini idem portasse referatur. aliud est enim ex quattuor supra 3 dictis coloribus, id est hyacintho, bysso, cocco, purpura et ex auro habere contextum, aliud in similitudinem sacerdotum simplex et lineum. auri laminae, id est bratteae, mira tenuitate tunduntur, ex quibus secta fila torquentur cum subtemine trium colorum, hyacinthi, cocci, purpurae, et cum stamine byssino, et efficitur palleolum uermiculatae pulchritudinis

5 cf. epist. XXIX 8 cf. I Reg. 2, 18—19 10 cf. II Reg. 6, 14. I Par. 15, 27

1 epod Φ ephot D ephoto B efod KΠ ΕΠΩΜΙΑ Δ ΕΠΩΜΙΑ Π ΕΙΤΩΜΙΑ Β ΠΩΛΑΑ Φ eponnaΩ K id est om. H superuum. ΠΔΒ superumeralem K perumerale H 2 ΕΠΙΕΝΑΥΜΑ Κ ΕΠΕΝΔΙΝΑ ΠΔ ΕΠΕΝΑΙΜΩ Φ etenayma B hoc est des. om. σ hoc] id K epod Φ ephoto (h exp. D) ΔΒ efod K effod Π 3 ponimus KΠ, Φp.c. et in mg. m2K ut Φ uel] siue σ alt. in om. ΠΔΒ 4 superuum. ΡΙΔΒ epod Φ ephot D ephoto B efod KΠ 5 est Π 6 quid] quiddam (dam eras.) K quidem (em in ras. m2B) ΠΒ 8 samuel KΦΒ; seq. ras. 3 litt. Π in om. σ regum σ pr. libro σ 9 epod Φ ephot D ephoto B efod KΠ bat (t in ras. m2) Β bab HR superuum. ΠΔΒ umerale Φ 11 est s. l. KΦ 12 hyacintho K iacyntho Φ iacyntho D iacincto ΠΒ ex eras. K, om. HRΦ 13 similitudine KB 14 laminae(-e) HRD bracteae Φ bracte B brattae HR bratte (te eras.) Π ten. mira HRΦ 15 tunduntur (pr. u in ras.) Β tenduntur Φ conduntur K sexta Φ septem (s. l. m2 alii secta) K fylae ex fyla K cum] con Φ subte(g s.l.)mini Φ subtegmine Πα.σ.Β septimine HR 16 hyacinthi K iacynthi D iacincti ΠΒ hy(hi H i Φ)-acyntho HRΦ concī D cocco HRΦ purpura HRΦ 17 byssino ex bysso m2K bissino ΠΒ palliolum ΠΒ, Φp.c. uerm.] mirae(e) HRDΦ, Π in ras. 11 litt.

perstringens fulgore oculos in modum caracallarum, sed absque cucullis. contra pectus nihil textum est et locus futuro
 4 rationali derelictus. in utroque umero habet singulos lapides
 clusos et adstrictos auro, qui Hebraice uocantur 'soom', ab
 Aquila et Symmacho et Theodotione onychini, a Septuaginta 5
 zmaragdi; Iosephus sardonichas uocat cum Hebraeo Aquila
 que consentiens, ut uel colorem lapidum uel patriam demon-
 straret. in singulis lapidibus sena patriarcharum nomina sunt,
 quibus Israheliticus populus diuiditur: in dextro umero ma-
 iores filii Iacob, in laeua minores scripti sunt, ut pontifex ingre- 10
 diens sancta sanctorum populum, pro quo rogaturus est dominum,
 portet in umeris.

16. Septimum uestimentum est mensura paruulum, sed cunctis supra dictis sacratius. intende, quaeso, animum, ut, quae dicuntur, intellegas. Hebraice uocatur 'hosen', Graece 15
 λόγιον, nos rationale possumus appellare, ut ex ipso statim nomine scias mysticum esse, quod dicitur. pannus est breuis,

10 cf. Ex. 28, 12 13 cf. Ex. 28, 15—26. Iosephus Ant. Iud. III 7, 5

1 praestringens II im HRΦ 2 contextum IIDB et] sed in
 ras. B locus—der. om. HRΦ 3 rationabili K in] et in D
 utrosque Ka.r. habet humero II humero IIDΦB 4 clausos s
 hebraeicae K ebrayce B dicuntur s 5 pr. et eras. Φ simmacho
 D simmaco B simmachos Φ simachos (alt. s eras.) II theodosi-
 one II teudocione B ONYKINI D ONVchINI B onicini ex ocini Φ
 a] et II 6 zmaraddi B smaragdi KIIΦ; add. transferuntur KIIDB
 iosephus Φ ioseppus II sardonichas R sardonicas IIDB sardonicias
 Φ sardinus (iu ex u) K 7 patria K patriam de patria (-ā, de patriā
 del. m2B) IIDB 8 in] et (eras. K) in KIIDB sena] seu Φp.c.
 patriarcharum ΦB sunt nom. B 9 istrahel. K israel. ΦB dextra Φ
 humero IIDB uero Φ 11 in sancta K populum K nomina
 (omina ex omnia II) populi cet. do K 12 hum. IID 14 animo
 Ip.c.D,B (o in ras. m2) anima Φ ut in ras. m2B, om. Φ 15 he-
 breice Φ hebraeicae K uocantur HR osen DB liosin K graecae
 R, om. B; add. autem s 16 logion KΦ ut ex et II statim
 ex tam II (seq. ras. 3 litt.) 17 sciamus Φ braeuis H; add. ex
 IID, Bs.l.m.2

auro et quattuor textus coloribus, hoc est isdem, quibus et
 superumerale, habens magnitudinem palmi per quadrum et
 duplex, ne facile rumpatur. intexti ei duodecim lapides mirae
 magnitudinis et pretii per quattuor ordines, ita ut in singulis
 uersiculis terni lapides conlocentur: in primo ordine sardius,
 topazius, zmaragdus ponitur — Symmachus dissentit in zma-
 ragdo ceraunium pro eo transferens —, in secundo carbun-
 culus, sapphirus, iaspis, in tertio ligurius, achates, amethystus,
 in quarto chrysolithus, onychinus, berillus. satisque miror,
 cur hyacinthus, pretiosissimus lapis, in horum numero non
 ponatur; nisi forte ipse est alio nomine ligurius. scrutans eos,
 qui de lapidum atque gemmarum scripsere naturis, ligurium
 inuenire non potui. in singulis lapidibus secundum aetates
 duodecim tribuum sculpta sunt nomina — hos lapides et in
 diademate principis Tyri et in Apocalypsi Iohannis legimus,
 de quibus extruitur caelestis Hierusalem — et sub horum nomi-
 nibus et specie uirtutum uel ordo uel diuersitas indicatur.

14 cf. Ezech. 28, 13 15 cf. Apoc. 21, 19—20

1 textis *B* isdem] id est (st *eras.*) Φ hisdem (h *eras.*, dem *s. l. II*)
cet. quibus *om.* Φ et] \bar{e} (= est) *K* 2 superhum. *IIDB* 3 in-
 texti *K* int. sunt enim (enim *s. l. IIB*) *cet.* 4 et] atque ς 5 uescu-
 lis *HR* sardius Φ 6 topat. *HD, IIa.c.m2* thopac. *B* topid. *K*;
add. et *s. l. m2B* smarag(gg *Kp.c.*)dus *KII* Φ simmachus *K, II*
 (mm *ex m*) simmacus *B* dissentit *RII* desentit Φ distentit *H*
 zmargdo *H* s(*s.l.*)maracdo *B* semaragdo (e *eras.*) *II* smaragdo *K* Φ 7 ce-
 raunio *Kp.c.m2* Φ ceraonium (*post o ras. 1 litt. II*) *IID* 8 sapphyr. Φ
 sappyr. *K* sapphir. *II* safir. *B* iaspys *K* lapis *HR* lygur. *K* lycur. *HR*
 lygir. *II* ligir. *ex* lugur. *B* acates *B* acatis *K* ametyst. *Ra.c.*
 amethist. *II* Φ , *Da.c.* ametist. *K, B* (*ex amatist. m2*) 9 chrysolith. *H*
 chrisolit.(th *R*) *RD* Φ crysolit. *K* cr(erh *IIp.c.m2*)isolit. *IIB* onychyn. Φ
 onychius *HR* onichinus *K* (in *ex i*) *D, IIB* (onichinus *p.c.*) berillis *IIa.c.*
 birillus *Pa.c.* berillius *HR* 10 hyacinet. *K* hyacinch. *R* hiacinth. *H*
 iacinet. *IIB* iacinth. *D* Φ 11 ni *D* lygur. *KR* ligir. *II, Bp.r.* 12 la-
 pide *HR* lygur. *K* lygyr. *HR* ligir. *II* (*ex ligi*g.*) *Bp.r.* 14 sculta
IIDa.c.m2 Φ *B* scripta *Dp.c.m2* hoc *D* et *om.* *IID, Ba.c.m2* 15 apo-
 calipsim *K* apocalipsin *IIB* (n *eras.*) ioannis (an *in ras. m2*) *B*
 16 struitur *K* cael. *om.* *D* iherusalem *IIa.c.B* quorum *HR* Φ

4 per quattuor rationalis angulos quattuor anuli sunt aurei
 habentes contra se in superumerali alios quattuor, ut, cum
 adpositum fuerit λόγιον in loco, quem in ephod diximus dere-
 lectum, anulus ueniat contra anulum et mutuo sibi uittis
 copulentur hyacinthinis. porro, ne magnitudo et pondus lapi- 5
 dum contexta stamina rumperet, auro ligati sunt atque con-
 5 clusi. nec sufficit hoc ad firmitatem, nisi et catenae ex auro
 fierent, quae ob pulchritudinem fistulis aureis tegerentur ha-
 berentque et in rationali supra duos maiores anulos, qui un-
 cinis superumeralis aureis necterentur, et deorsum alios duos. 10
 nam post tergum in superumerali contra pectus et stomachum
 ex utroque latere erant anuli aurei, qui catenis cum rationalis
 inferioribus anulis iungebantur, atque ita fiebat, ut adstringeretur
 et rationale superumerali et superumerale rationali et una tex-
 tura contra uidentibus putaretur. 15

17. Octaua est lamina aurea, id est 'sis zaab', in qua scrip-
 tum est nomen dei Hebraicis quattuor litteris ioth, he, uau,
 he, quod apud illos ineffabile nuncupatur. haec super pileolum
 lineum et commune omnium sacerdotum in pontifice plus
 additur, ut in fronte uitta hyacinthina constringatur totamque 20
 pontificis pulchritudinem dei uocabulum coronet et protegat.

1 cf. Ex. 28, 24—25. 13—14 16 cf. Ex. 28, 32—34

1 rationalis *HR, KΦ(-es)* 2 superhum. *IID* superhumeralis *B* 3 alt.
 in *in mg. B, om. IID* ephot *D, B* in *mg. efod KII* epod *Φ* 4 ueniet *Φ*
 5 hyacinct. *K* iacynth. *D* iacinct. *IIB* iacind. *Φ* 6 rumperent *IIDB*
 ligata *Φ* 7 suffecit *ς* ad infirmitatem *R* et *om. Φ* 9 rationabili
 (-le *Φ*) *KΦ* duos (s. *exp.*) *K* 10 superhum. *DB* suprahum. *II* 11 pos
IIDΦ superhum. *IIDB* 13 inferioris anuli *K* figebat *H* ad-
 stringerentur *Φ* 14 rationabile (bi *eras.*) *K* superumerali *IIDB*
 et superhumeralis *II* (s. l. *m2*) *DΦB* rationabili *Ka.r.Φ* et] ut *D, B*
 in *ras. m2* 16 lammina *HD* zaib *Ka.c.m2* za.hab *II* zaabin *B*
 in qua] que *Ba.c.* in qua es (es *eras.*) *K* 17 ebraicis *Ia.c.* hebraicis
K hebraicis *H* haebraicis *R* iod *D* he] *seq. ras. 4 litt. II* 18 he] het
 (t *eras.*) *II* ineffabiles *Φ* ineffabili *K* hic *Ka.c.m2* hoc *B* pileo-
 lum *ς* palleolum *Ba.c.m2* palliolum *Iip.c.m2* 20 uita *B* hiacynth. *R*
 iacynth. *Φ* iacynth. *D* hyacinct. *K* iacinct. *IIB* contringitur *Ia.c.m2*
 21 deo *Φ*

18. Didicimus, quae communia cum sacerdotibus, quae specialia pontificis uestimenta sint, et, si tanta difficultas fuit in uasis fictilibus, quanta maiestas erit in thesauro, qui intrinsecus latet! dicamus prius, quod ab Hebraeis accepimus, et iuxta morem nostrum spiritali postea intellegentiae uela pandamus. quattuor colores ad quattuor elementa referunt, ex quibus uniuersa subsistunt — byssus terrae deputatur, quia ex terra gignitur, purpura mari, quia ex eius cocleolis tinguitur, hyacinthus aeri propter coloris similitudinem, coccus igni et aetheri, qui Hebraice 'sani' appellatur, quod Aquila διαφορον, Symmachus διαζαρον interpretatus est, pro cocco iuxta Latinum eloquium apud Hebraeos 'tolath', id est uermiculus —, et iustum esse commemorant, ut pontifex creatoris non solum pro Israeli, sed pro uniuerso mundo roget, si quidem ex terra et aqua et aere et igne mundus iste consistat et haec elementa sint omnium. unde primum lineum uestimentum est terram significans, secundum hyacinthinum aerem in colore demonstrans, quia de terrenis paulatim ad excelsa sustollimur, et

3 cf. II Cor. 4, 7

1 diximus (ixim in ras. m2) B pr. quae in ras. m2B; add. uel D ue II alt. quae] uel (s. l. et eras. B) quae Bg 2 spec(t B)iali (add. a s. l. B) RB spiciali (ia ex i) H 4 discamus Ra.r.; add. igitur IIB ab] apud Φ, om. R 5 morem] moysen Φ spiritalis II spiritualis Ba.c.m2 6 ad] at Φ aut B et g referuntur IIB 7 quia] qui Ii.a.c.Φ 8 quia] qui IID coeliolis K c(g H)ochl(l s.l.H)colis HR cochleis Φ 9 hyacinth(t Φ). HΦ hyacinet(cth R).KR iacinth. D iacinct. IIB et s. l. m2B, om. Φ 10 aeri B hebraeicae K ΔΙΑΦΟΡΑΩΝ B diaforon KDΦ 11 symach. Φ simmach. K simach. II simac. B ΔΙΦΑΦΟΝ IID ΔΙΑΦΟΒΟΝ HR diafob(b ex r K)on KΦ 12 tolath K tholath HRΦ tolach IID tholach B uerm. scribitur KIIB 13 commemorant Ka.c.m2 pont.] add. creaturis omnibus et ornatus s. l. m2B creatorem Bp.c.m1 israhe(-e H)li KHR ihl D isrl IΦB 14 sed et IID,B (et s. l.) mundo om. R quidem] add. et s. l. m2K 15 aerem K ignem K consistit II,Bp.r. 16 sunt Bp.c.m2 uestim. lin. g est] est et (utrumque exp.) B, om. g 17 significat D hiacinth. H hyacinet(cthR). KR iacinth. D iacinct. IIB iacinthum (n s. l.) Φ demonstrant (nt. ex t) D 18 qui K,Ii.a.c. celsa K sustulimur Ii.a.c. sostellimur Φ

ipsa uestis hyacinthina a capite usque ad talos ueniens indicat
aerem de caelis usque ad terram fusum. mala autem Punica
et tintinabula in inferioribus posita fulgura tonitruaque demon-
strant siue terram et aquam et omnium elementorum inter se
consonantiam et sic sibi uniuersa perplexa, ut in singulis 5
4 omnia repperiantur. quod autem supra dicti colores auro in-
texti sunt, id significari uolunt, quod uitalis calor et diuini
sensus prouidentia uniuersa penetret. superumerale et duos
lapides uel zmaragdinos uel onychinos, qui desuper sint et
utrumque umerum tegant, duo hemisphaeria interpretantur, 10
quorum aliud super terram, aliud sub terra sit, siue solem
et lunam, quae desuper rutilant. zonam illam, qua sacerdotis
pectus artatur et linea tunica, id est terra, constringitur,
interpretantur oceanum. rationale in medio positum terram
edisserunt, quae instar puncti, licet omnia in se habeat, tamen 15
5 a cunctis uallatur elementis. duodecim lapides uel zodiacum
interpretantur circulum uel duodecim menses et singulis uer-
siculis singula adsignant tempora et his ternos deputant

1 hiacinth. *H* hyacinct(eth *R*). *KR* iacinth. *DΦ* iacinct. *IIB* iudi-
cat *H* 3 tintinn. *RD, IIP.c.* thintin. *H* fulgora *RΦ, IIA.c.* demon-
strat *K* 4 terre *Bp.c.m2* aque *Bp.c.m2* alt. et om. *Φ* 5 con-
sonantia *K* perplexa] add. sunt s. l. *B* 6 reper. *IIA.c.m2B* autem]
hoc *Φ* coloris *Bp.c.m2* auri *Φ* 7 sunt s. l. *B* sunt aes *K*
significare *II* uitales *Φ* colores *Φ* 8 penetret *K*, add. et (eras.) *II*
superhum. *IIDB* superumerali *Φ* duo *R, IIA.c.m2* 9 zmaracd. *B*
smaragd. *KIIF* uny(iH)ch. *HR* onich. *IIBp.c.* onic. *KD, IIBa.c.* oni-
cynos *Φ* sunt *B* 10 humerum *IIDB* tegunt *B* duo hemispheria (o h
ex m m2) *K* hemispheria *H, B* (pr. h p.c.) emispheria *II* in ras. emisferia *D*
gemispheria *R* gemispheria *Φ* 11 alius—alius *Ka.c.* sub] super *Ra.c.Φ*
terram *HRΦ* sit om. *HRΦ* siue om. *Φ* solam *Ra.c.Φ* 12 quae
des. om. *D* super *IIA.c.* rut.] sint rutina *Φ* qua inter rasuras 4 et 2
litt. *II* quae *R* que *Ba.c.* 13 est] add. qua (del. m2) *B* 14 interpre-
(aeK)tatur *KIIA.c.* rationale *Φ* rationabilem (bi eras.) *K* 15 ad instar
IIDB 16 nelatur *KΦ* uolatur *Ba.c.* zoziacum *D* zosiacum *B* socia
cum *Hp.c.* 17 cingulum *Ka.c.Φ* uel XII menses et in mg. inf. *II*
duod.—uers. om. *Φ* et] add. in (exp.) *K* 18 adsignet *D* ad(del.)assignant
(gnant in ras. m2) *B* adstringunt (u ex a) *II* tempora ex tempus *K*
et] ut *Ba.c.m2* his ex bis m2B is *IIA.c.* es *D* deputent *Ba.c.m2*

menses. nec alicui gentilis uideatur expositio. non enim, si caelestia et dei dispositionem idolorum nominibus infamaerunt, idcirco dei neganda est prouidentia, quae certa lege currit et fertur et regit omnia. nam et in Iob arcturum et 6
 5 Oriona et mazuroth, hoc est zodiacum circum, et cetera astrorum nomina legimus, non quo eadem apud Hebraeos uocabula sint, sed quo nos non possumus, quae dicuntur, nisi consuetis uocibus intellegere. pulchre autem hoc ipsum, quod in medio est, appellatur rationale; ratione enim cuncta sunt
 10 plena et terrena haerent caelestibus, immo ratio terrenorum et temporum, caloris et frigoris, et duplex inter utrumque temperies de caeli cursu et ratione descendit; unde et rationale cum ephod fortius stringitur. porro, quod dicitur in ipso rationali $\delta\lambda\omega\sigma\iota\varsigma$ esse et $\alpha\lambda\theta\epsilon\iota\alpha$, id est manifestatio atque
 15 doctrina uel ueritas, hoc ipsum significat, quod numquam in dei ratione mendacium sit, sed et ipsa ueritas multis signis et argumentis monstretur hominibus et usque ad mortales ueniat. unde factum est, ut rationem solis ac lunae et anni et mensuum et temporum et horarum, tempestatum quoque, serenitatis atque uentorum et rerum omnium nosceremus accipientes
 20 insitam a deo sapientiam et ipso habitatore atque doctore domicilii sui nobis et fabricae scientiam demonstrante. super 8

4 cf. Hiob 9, 9. 38, 31—33 14 cf. Ex. 28, 26

1 ne *Hp.r.* exp.] dispositio *K* 2 dispositione *KΦB* infamarunt *IIDB* 3 est neg. *ς*, *add.* dei (*del.*) *B* 4 reget *KΦ* nam *om. D* in *om. HRD* iob (*non* iob) *codd.* araturum *Hp.c.m2*
 5 orionem *IIDB* maiuroth *K* mozuroth *Φ* zodiacum *D* zodiacum *Ra.c.*
 6 castrorum *Hp.c.m2* qua *H* quod *K* 7 quo] quia *ς* possimus *HRΦ*
 8 uocabulis *K*, *om. H* 9 ratione] rat(*c.B*)ionale *HR,Ba.c.* 11 inter] in *Ka.c.II* utroque *Ka.c.IID* utraque *ς* 12 temp.] *add.* et (*exp.*) *B* rationale *Φ* 13 ephod *KII* ephod *Φ* ephoth *B* instringitur *IIB*
 14 et *om. Φ* 16 *pr.* et *s. l. B* 17 omnibus *Φ* ueniant *Ip.c.D*
 18 unde (*u in ras.*) *K* ratione *K* hac (*h eras.*) *II* et *M* mensium *Kp.c.m2Ip.r.B* mensum *HR* 19 quoque] quod quod *K* quoque et *Φ* 21 doctore *post scient. tr. HRΦ* 22 scientiae(e) *KBa.c.,Φ* scientia *Kp.c.* demonstrantem *II* demonstrans te *Φ*

omnia cidaris et uitta hyacinthina caelum monstrat et auri lamina, quae in fronte pontificis est, inscriptumque nomen dei uniuersa, quae subter sunt, dei arbitrio gubernari. id ipsum ego puto sub aliis nominibus et in cherubin quattuor animalibus figuratum, quae ita sibi permixta sunt et haerent, ut in uno inueniantur et reliqua, et quod instanter ante se uadant et non reuertantur; labuntur enim tempora et praeterita relinquentia ad futura festinant. quod autem semper in motu sunt, illud significat, quod et philosophi suspicantur, currere mundum suo ordine et incessabiliter uelut rota in suo axe torqueri. unde et rota in rota est, id est tempus in tempore, et annus in semet ipsum reuoluitur et ipsae rotae eleuantur ad caelum et super crystallum thronus ex sapphiro est et super thronum similitudo sedentis, cuius inferiora ignea sunt, superiora electrina, ut demonstret, quae inferiora sunt, igne et purgatione indigere, quae sursum, in condicionis suae puritate persistere. et quomodo hic in habitu sacerdotis auri lamina desuper est, ita in Ezechiele electrum in pectore et in uertice conlocatur. iustum ergo erat — sicut supra ex parte

4 cf. Ezech. c. 1

1 cydaris *II* caedaris *K* citaris *Ba.c.* chitaris Φ uitta *IIa.c.B* hiacinth. *H* hyacinct. *K* hiacincth. *R* iacinth. *D* iacinct. *II B* iachynthyna Φ monstrant *B* 2 lammina *HRD* scriptumque *IIa.c.Φ, Ba.c.m2* dei nomen (*ex* nominum) *B* dei] $\bar{d}i$ (*s. l. m2*) dum (*eras.*) *K* 3 uniuersae *H* subter] *seq. ras. 3 litt. II* supter' *ex* super terra *K* dei *om. D* 4 cherubim *H* caerubin Φ cerubym *II*; *add. et D, II s. l. Bs. l. m2* anim.] hiezechielis *in ras. m2B* 5 permixte $\Phi p.c.m2$ commixta *K* haerent] erunt Φ in *om. Φ* 6 cetera *g* inst. et *g* 8 autem] enim *II* immotu *II, B(u ex i)* immotum Φ sint Φ 9 significant *II, Dp.c.Ba.c.* 10 et *s. l. m2B* incessabili *HR* -le Φ rotam *B* axa *HR* ac se *B* 11 et *om. K* *pr.* est *s. l. m2K* tempora $\Phi, Ba.c.m2$ 12 ipsum] ipso *II* heleua(*ex e*)ntur *B* 13 crystal. *Ka.c.* cristall. *IIa.c.ΦB* christall. *RD, IIp.c.* ex (*x del. m2*) *K* et Φ saphyro *K* sapphiro ΦB saffiro *II s(s.l.)aphyro D* 14 tronum *RIIa.c., B* (*um ex o*) 15 ele(*c s.l.*)trina *B* 16 inpuritate Φ 17 in *s. l. II* 18 lammina *HRD* est des. *g* ita] *add. et K (exp.) Φ pr. in s. l. m2K* hiezechiele *H* ezechiel *KII* ezechihel *DΦ* 19 conculcatur *K*

diximus —, ut pontifex dei creaturarum omnium typum portans in uestibus suis indicaret cuncta indigere misericordia dei et consacrificaret ei uniuersa conditio, ut non pro liberis ac parentibus et propinquis, sed pro cuncta creatura et uoce
5 et habitu precaretur.

19. Tetigimus expositionem Hebraicam et infinitam sensuum siluam alteri tempori reseruantes quaedam futurae domus strauimus fundamenta. de feminalibus lineis hoc solent dicere: ratio seminum et generationis ad carnem pertinens terrae per
10 eam deputatur — unde ad Adam loquitur deus: terra es et in terram ibis — causasque huius rei, quomodo de paruulo semine et foedissimis initiis tanta uel hominum uel diuersarum rerum pulchritudo nascatur, esse obuolutas et humanis oculis non patere. legimus in Leuitico iuxta praeceptum dei Moysen
15 lauisse Aaron et filios eius: iam tunc purgationem mundi et rerum omnium sanctitatem baptismi sacramenta signabant. non accipiunt uestes nisi lotis prius sordibus nec ornantur ad sacra nisi in Christo noui homines renascantur; unum enim nouum in nouis utribus mittitur. quod autem Moyses lauat, legis
20 indicium est: habent Moysen et prophetas, ipsos audiant, et ab Adam usque ad Moysen omnes pecca-

10 *Gen. 3, 19 14 cf. Leu. 8, 6 18 cf. Matth. 9, 17 etc.
20 *Luc. 16, 29 21 cf. Rom. 5, 12—14

1 creaturae *B* 2 indicare *B* indederet *K* in die Φ misericordia *K* 3 consacr.] cum sacrificaret *KHD* ei] *add.* expiaretur *HD, Bs. l. m. 2* uniuersalis *HD* non] *add.* tantum *B* 4 ac] et Φ prop. et par. *II* pr. et] ac Φ 5 deprecaretur *II* 6 hebraicam *IIa. c. m. 2* Φ infinita *K* 7 temporis *B* domos *IIBa. c.* domui Φ strauimus *B* 9 seminum Φ pertinent *Kp. c.* pertinet *HR* Φ pertinentis *B* 10 unde] *add.* et *II s. l. D* ad *om.* Φ 11 terram] terra Φ 12 et] et de *K* tanta *om.* Φ diuersa *KHR* 14 leuiticum *K* domini *K* moisen *B* mosen *HR* 15 aron *Kp. c.* 16 omnium rer. *II* significabant *HR* 17 ornatur Φ 18 nouo homine *HR* renascamur Φ 19 nouos utres *HR* nouis] nobis *D* Φ moyses *HR* moysen *K* 20 iudic(t *B*) ium Φ *B* mosen *II* moyses Φ 21 ab *om.* Φ mosen *HR* pecc.] *add.* ergo *m. 2B*

3 uerunt. praeceptis dei lauandi sumus et, cum parati ad indumentum Christi tunicas pellicias deposuerimus, tunc induemur ueste linea nihil in se mortis habente, sed tota candida, ut de baptismo consurgentes cingamus lumbos in ueritate et tota pristinorum peccatorum turpitude celetur. unde et Dauid: 5 beati, quorū remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata.

20. Post feminalia et lineam tunicam induimur hyacinthino uestimento et incipimus de terrenis ad alta conscendere. haec ipsa hyacinthina tunica — a Septuaginta ὑποδύτης, id est subu- 10 cula, nominatur — est proprie pontificis, significans rationem sublimium non patere omnibus, sed maioribus atque perfectis. hanc habuerunt prophetae, hanc Moyses et Aaron et omnes, quibus dicitur: in montem excelsum ascende, qui 2 euangelizas Sion. nec sufficit nobis priorum ablutio peccatorum, baptismi gratia, doctrina secretior, nisi habuerimus et opera. unde iungitur et ephod, id est supermerale, quod rationali copulatur, ut non sit laxum nec dissolutum, sed haereant sibi inuicem et auxilio sint. et ratio enim operibus et opera ratione indigent, ut, quod mente concipimus, opere 20

2 cf. Gen. 3, 21 4 cf. Eph. 6, 14 6 Ps. 31, 1 14 *Esai. 40, 9

1 ad ex dum *B*, om. *H* 2 tunica speluncias *R* pelliceas ζ induimur *HR* Φ 3 uestem lineam *K* sese ζ habentem *KII* 4 ut] et *HR* Φ 8 linea tunica *D* hyacinth. *K* iacinth. Φ iacynth. *D* iacinct. *IIB* hiacinthinum *H* hiachinctinum *R* 9 alta (alt in ras.) *K* 10 hiacinth. *HR* hyacinth. *K* iacinth. *D* Φ iacinct. *IIB* ΥΠΟΔΥΤΟΣ Π ΥΠΟΔΥΤΟΣ *D* ΥΦΤΟΔΥΤΗΘC *K* VITOAVTΩN *B* subuelucula (elu eras.) *K* 11 est scripsi et *codd.* propriae *KR* Φ ponti *Ha.c.m.2R*; *add.* est *IIDB* significat *K* significatque *IIDB* 13 proph.— Aaron] moyses et aaron et prophetae *D* moyses *HR* alt. et om. *D* 14 ascende] *add.* tu *D.Bs.l.m.2* 15 nob. suff. ζ prior *Ka.c.m.2* abolitio *B* 16 nisi ex si non *m.2K* 17 unde om. Φ et om. *B* ephod Φ ephod *KII* ephoth *B* ephoc *Ha.c.m.2* superhum. *RIIDB* 18 rationale *D* rationabili *Ka.c.* con(m *ID*)putatur *IID* coaptatur *B* ut] et Φ fluxum *B* neque ζ 19 alt. et eras. *KB*, om. *D* rat. enim] rationem *HR* rat. etenim *D* enim s. l. *m.2B* 20 concepi- mus *K* percipimus *D*

perpetremus. duoque lapides in superumerali uel Christum
 significant et ecclesiam duodecim apostolorum, qui ad prae-
 dicationem missi sunt, nomina continentes uel litteram et
 spiritum, in quibus tenentur legis uniuersa mysteria: in dextris
 5 spiritus, in laeuis littera est; per litteras ad uerba descendimus,
 per uerba uenimus ad sensum. quam pulcher ordo et ex ipso 3
 habitu sacramenta demonstrans! in umeris opera sunt, in pec-
 tore ratio; unde et pectusculum comedunt sacerdotes. hoc
 autem rationale duplex, apertum et absconditum, simplex et
 10 mysticum, duodecim in se lapides habens et quattuor ordines.
 quas quattuor puto esse uirtutes: prudentiam, fortitudinem.
 iustitiam, temperantiam, quae sibi haerent inuicem et, dum
 mutuo miscentur, duodenarium numerum efficiunt, uel quattuor
 euangelia, quae in Apocalypsi describuntur plena oculis et
 15 domini luce radiantia mundum inluminant, in uno quattuor
 et in quattuor singula; unde et $\delta\eta\lambda\omega\sigma\iota\varsigma$ et $\acute{\alpha}\lambda\eta\theta\epsilon\iota\alpha$, id est doctrina
 et ueritas. in pectore sacerdotis est. cum enim indutus quis fuerit 4
 ueste multiplici, consequens est ueritatem, quam corde retinet,
 sermone proferrè. et ob id in rationali ueritas est, id est scientia,
 20 ut nouerit, quae docenda sint, et manifestatio atque doctrina,

8 cf. Leu. 7, 31—34 14 cf. Apoc. 4, 6 16 cf. Ex. 28, 26

1 duo quoque *B* superh. (-le *B*) *IIDB* uel *om.* *B* 2 et *s. l.*
m2K ecclesia *HR*; *add.* in quibus *B* quia *H* 3 continentur
Bp.c. littera *K* 4 spiritu *K* continentur *S* dextra *IID* dex-
 tera *B* 5 lae(c *II*)ua *IIDB* littera] litteris Φ descendimus *K\Phi*
 6 uerbum *K\Phi B* ordo] odor Φ et *s. l.* *K* 7 hum. *IIDB* sunt]
add. et (*eras*) *K* 8 comdunt (= comendunt) *B* cocomident (*pr. co*
eras.) *K* 9 rationale Φ duplex est *KIIDB* 10 misticos *K*
 11 quos *KIID, Bp.c.* 12 iust. et *S* hererent *D* 13 dodenarium *IIR*
eff. num. *S* 14 quae] *add.* et (*exp.*) *K* apocalypsin *D* et] et
 deum laudantia et *B* 15 luce rad.] lucernae ardentes *Ka.c.m2* 16 in]
 in uno Φ singulae *H* *alt.* et *om.* *S* $\Delta\text{H}\Lambda\text{WICIC}$ *D* $\Delta\text{H}\Lambda\text{OCIC}$ *II*
 $\Delta\text{E}\Lambda\text{WCIE}$ *B* $\text{W}\text{H}\Lambda\text{WCIEC}$ *K* *tert.* et *om.* *K* $\acute{\alpha}\lambda\eta\theta\epsilon$. *plus minus*
corrupt. in codd. 18 quamquam *R* 19 prof. serm. *B* id] *add.* et
 (*exp.*) *K* rationale Φ rationali et (*eras.*) *K* ueritatis Φ 20 di-
 cenda *Da.c.m2* sunt *K*

ut possit instruere alios, quod mente concepit. ubi sunt, qui innocentiam sacerdotis dicunt posse sufficere? uetus lex nouae congruit: id ipsum Moyses, quod apostolus. ille sacerdotis scientiam ornat in uestibus, iste Timotheum et Titum instruit disciplinis. sed et ipse uestimentorum ordo praecipuus. legamus Leuiticum: non prius rationale et sic superumerale, sed ante superumerale et deinceps rationale. a mandatis, inquit, tuis intellexi: prius facimus, sic docemus, ne doctrinae auctoritas cassis operibus destruat. hoc est, quod in propheta legimus: seminate uobis in iustitia et metite fructum uitae; inluminare uobis lumen scientiae. primum seminate in iustitia et fructus uitae aeternae metite, et postea uobis scientiam uindicate. nec statim absoluta perfectio est, si quis superumerale et rationale habeat, nisi haec ipsa inter se forti conpage solidentur et sibi inuicem nexa sint, ut et opera rationi et ratio operibus haereat et his praecedentibus doctrina sequatur et ueritas.

21. Quattuor elementa, de quibus supra diximus, et duos lapides uel onychinos uel zmaragdinos et gemmas duodecim, quae ponuntur in rationali, si esset tempus, [ut] discuterem singulorumque naturas et causas tibi exponerem et, quid unus-

6 cf. Leu. 8, 7—8 7 Ps. 118, 104 10 *Os. 10, 12

1 aliud Φ quos *Ka.c.* que *B alt.* quod Φ 2 nocentiam *D* dic. sac. *H* sacerdoti ζ * 3 moyses *HR* 4 thimoth. *H* timot. *B* 5 legimus Φ 6 primus *K* prius a *B* superhum. *IIDB* 7 superhum. *IIDB* deinceps] sic *D* inq. tuis *K\Phi* tuis inq. *cet.* 8 faciamus et *IIDB* doceamus *IIDB* nec *K\Phi* 9 auctoris Φ cassis *H* 11 lucem *K* 12 fructum *IIDB alt. et om. IID* 13 scientiae Φ 14 superhum. *RIIDB* umerale Φ et *om. K* 15 conpagi Φ conpagine *IIDB* conexa *K\Phi, Dp.c.m²* 16 operationi et rationi *IID* operationi *H* operatio rationi ζ et ratio *om. IID* his et Φ 18 et supra *K* 19 onychynos Φ onichinos *IID(h m2)* *B* unichinos *K alt. uel om. \Phi* zmaragd. *H* maracd. *B* smaragd. *KII* 20 ut *seclusi* 21 singularumque *K* que *eras. B* quae *HR, om. \zeta* quod Φ

quisque ualeat, et, quomodo uirtutibus singulis conparetur — et
 sanctus papa Epiphanius egregium super hoc uolumen edidit,
 quod si legere uolueris, plenissimam scientiam consequeris —:
 ego iam mensuram epistulae excedere me intellego et exci-
 5 pientis ceras uideo esse completas; unde ad reliqua transeo,
 ut tandem finiatur oratio. lamina aurea rutilat in fronte; 2
 nihil enim nobis prode est omnium rerum eruditio, nisi dei
 scientia coronemur. lineis induimur, ornatur hyacinthinis,
 sacro balteo cingimur, dantur nobis opera, rationale in pec-
 10 tore ponitur: accipimus ueritatem, profert sermo doctrinam;
 imperfecta sunt uniuersa, nisi tam decoro currui dignus quae-
 ratur auriga et super creaturas creator insistens regat ipse,
 quae condidit. quod olim in lamina monstrabatur, nunc in 3
 signo ostenditur crucis. auro legis sanguis euangelii pretio-
 15 sior est. tunc signum iuxta Ezechiel gementibus figebatur in
 fronte, nunc portantes crucem dicimus: signatum est su-
 per nos lumen uultus tui, domine. bis in Exodo legi-
 mus praecipiente domino et Moyse iussa faciente octo uestium

2 cf. Epiphanii opera ed. G. Dindorf IV 1, p. 141 sqq. 15 cf.
 Ezech. 9, 4 16 Ps. 4, 7 17 cf. Ex. c. 28 et 39

1 comparentur B; add. longi temporis erit alioquin (-qui HR) KHRΦ,
 add. plenius quaesita demonstrare (demonstrare ex demorare m2D demon-
 strarem s) sufficiat (-iet II) quod IIDs, add. longi temporis erit plenius
 quaesita demonstrare (haec del. m2, pro quibus in mg. scr. plenius de-
 monstrarem m2) sed sufficit (ex -tiet) quod B alt. et s. l. m2K, om. B
 2 papas HR epyph. D epif. ΠΦ ephiph. HR ephyf. K 4 exci-
 pientes K 6 lammina HRD rutilat K rutilant R 7 uobis Φ
 prode est K, Ba.r. prodest cet. 8 coronetur Ka.c.m2 induimur et B
 ornemur II; add. fulgoribus s. l. m2B hyacinc(e exp.K)th(t K). KR
 iaci(y D)nth. DΦ iacinct. IIB 9 sacro s baldio Φ datur Ka.c.m2
 opere Φ; add. in superhumerali (ex -le m2) B 11 tam decoro ex
 tandem choro m2K dignis s. l. m2K quaerat II 12 creator]
 creatoris H 13 lammina HRD nunc om. B 14 auri Φ 15 he-
 zechiel Φ hiezechihel H hiczechiel (sic) R hezechielem II ezechielis uo-
 cem D, B (s uocem add. m2) 16 frontes B dicemus Ha.r.I)
 17 exhodo HRΦ 18 mose HR gen. uestimentorum Φ

genera pontificis. in Leuitico de septem tantum scriptum est et refertur, quomodo Moyses fratrem suum Aaron illis induerit: de solis feminalibus nihil dicitur hac, ut arbitror, causa, quod ad genitalia nostra et uerecunda lex non mittit manum, sed ipsi secretiora nostra et confusione digna tegere et uelare debemus et conscientiam puritatis et seminum deo iudici 5
 4 reseruare. de ceteris uirtutibus, uerbi gratia sapientia, fortitudine, iustitia, humilitate, mansuetudine, liberalitate, possunt et alii iudicare: pudicitiam sola nouit conscientia et humani oculi huius rei certi iudices esse non possunt absque his, qui passim in morem brutorum animalium libidini expositi sunt. unde et apostolus: de uirginibus, inquit, praeceptum domini non habeo, quasi Moyses loquatur: 'feminalibus ego non uestio nec inpono alicui necessitatem; qui uult sacerdos esse, 5 ipse se uestiat'. o quantae uirgines et quantorum sperata pudicitia in die iudicii dehonestabitur, quantorum infamata pudicitia a deo iudice coronabitur! igitur ipsi adsumamus feminalia, ipsi nostra uerecunda operiamus, non quaeramus alienos oculos. ita tegantur genitalia, ut nullorum oculis pateant, ne, quando intramus sancta sanctorum, si qua apparuerit turpitude, 20 morte moriamur.

22. Iam sermo finitur et ad superiora retrahor. tanta debet esse scientia et eruditio pontificis dei, ut et egressus eius et

1 cf. Leu. 8, 7—9 12 I Cor. 7, 25 .

2 quomodo *ex modo* K moses HR 3 hac (h *in ras.*) K ac B haec Φ 4 et *s. l.* B et ad HRΦ uerenda ⸑ 5 ipse Φ ipsa Ba.c.m.2 digna] dignantur (ntur *eras.*) B 6 conscientia B et] ac D, om. ⸑ feminum Φ dei iudicio B 7 sapientiam fortitudinem K 8 iustitiam K: *add.* temperantia ⸑ humilitatem mansuetudinem liberalitatem K et *s. l.* m.2B 9 pudicitia K solam ⸑ conscientiam K 10 certi *s. l.* K 11 in *eras.* II more II sunt exp. ⸑ expositę (-e D) Har.D 12 et om. Φ 13 moyses HR 15 se om. RDB quantae] quanta R 16 iudicii diem Φ quantarum Φ 17 a *s. l.* K ipsi ig. ⸑ asum. H assum. R 18 ipsa Φ uerenda Φ operamus Φ 19 *alt.* oculi Φ 20 intrauerimus B; *add.* in HRΠDB 22 trahor III 23 dei (*s. l.* m.2) pont. K *alt.* et KR. om. cet. gressus R eius] *add.* atque regressus incessus B

motus et uniuersa uocalia sint. ueritatem mente concipiat et
 toto eam habitu resonet et ornatu, ut, quidquid agit, quidquid
 loquitur, sit doctrina populorum. absque tintinabulis enim et
 diuersis coloribus et gemmis floribusque uirtutum nec sancta
 5 ingredi potest nec nomen antistitis possidere. haec ad unam 2
 lucubrationem, cum iam funis solueretur e litore et nautae
 crebrius inclamarent, propero sermone dictaui, quae memoria
 tenere poteram et quae diurna in rationali pectoris mei lectione
 conuesseram, satis intellegens magis me loquendi impetu
 10 quam iudicio scribentis fluere et more torrentis turbidum pro-
 ferre sermonem. fertur in indice Septimi Tertulliani liber de 3
 Aaron uestibus, qui interim usque ad hanc diem a me non
 est repertus. si a uobis propter celebritatem urbis fuerit in-
 uentus, quaeso, ne meam stillam illius flumini comparetis.
 15 non enim magnorum uirorum ingeniis, sed meis sum uiribus
 aestimandus.

1 uniuersa eius *B* ueritate *KΦ* 2 totam (*ut uidetur*) *Kp.c.m.2*
 ambitu *B* ut] et *Φ* agitur (*ur exp.*) *B* 3 tintin. *KHΦ* tintinn.
cet. 4 diuersi *Φ* et *exp. B* pluribusque (*que s. l. B*) *IIDB*
 sancta] sanctam (*s. l. m.2*) ecclesiam *K* 5 antistitis *in ras. m.2B* ante-
 stitis *Ka.c.m.2HRΦ* 6 e] a *DB* 7 quem (*m exp.*) *B* memoriae
 (-e *B*) *IID, Ba.c.m.2* 8 retinere *K* rationabili *Φ* mei] me *H*
 lectionem *HR* lectioni *IID* 9 concesseram *IID* loquentis *Bp.c.m.2*
 11 Septimii *ς* tertulliani *DΦ* 12 aaro (*n s. l. m.2*) *II* interito *Φ*
 usque (*ex que*) ad hanc usque (*eras.*) *K* 13 uerbis *ex urbis m.2K*
 14 nem *HR* flumini (*s s. l.*) *K* fulmini *Φ* 16 extimandus *B; add.*
 explicit ad fabiolam *KDΦ* explicit ad fabiolam de cibus et uestibus
 sacerdotalibus *HR* explicit epistola ad fabiolam de ueste sacerdotali *II*

LXV.

AD PRINCIPIAM VIRGINEM EXPLANATIO PSALMI XLIV.

1. Scio me, Principia, in Christo filia, a plerisque reprehendi, quod interdum scribam ad mulieres et fragiliorem sexum maribus praeferam. et idcirco debeo primum obtrectatoribus meis 5 respondere et sic uenire ad disputatiunculam, quam rogasti. si uiri de scripturis quaerent, mulieribus non loquerer. si Barach ire uoluisset ad proelium, Debbora de uictis hostibus 2 non triumphasset. Hieremias carcere cluditur et, quia periturus Israhel uirum non receperat prophetantem, Holda eis 10 mulier suscitatur. sacerdotes et pharisaei crucifigunt filium dei et Maria Magdalene plorat ad crucem, unguenta parat, quaerit in tumulto, hortulanum interrogat, dominum recognoscit, pergit ad apostolos, repertum nuntiat. illi dubitant, ista confidit, uere πορφυρας, uere turris candoris et Libani, quae prospicit 15

8 cf. Iudd. c. 4 et 5 9 cf. Hier. 36, 26 10 cf. IV Reg. 22, 14
11 cf. Matth. c. 27 etc. 12 cf. Matth. 27, 56 etc. cf. Marc. 16, 1
13 cf. Matth. 28, 1 etc. cf. Ioh. 20, 15. 16. 18. 24—29 15 cf. Cant. 7, 4

L = Coloniensis 35 s. IX.

W = Parisinus lat. 1868 s. IX.

X = Parisinus lat. 9532 s. IX.

d = Casanatensis 641 (olim B. IV. 18) s. IX (continet p. 625, 5 hic—9 natus est; p. 624, 9 narrant—14 legitur).

M = Coloniensis 60 s. IX—X.

B = Berolinensis lat. 18 s. XII.

2 ad principiam uirginem *LB* ad principiam uirginem explanatio XLIII (XLIII X) psalmi (salmi ex salmo X) *WXM* eiusdem *d*; Hieronymi nomen exhibent tituli in *LB, d* (eiusdem) 5 obtractat. *Wa.c.m2M* 6 ad] a X 7 uiri] uere *L* 8 barac X ad proel. uol. *g* praelium *LB* 9 hyerim. *W* ierem. *B* clauditur *Wp.c.m2B* 10 reciperat *L, Wa.c.m2* -eret *B* olda eis *W* chaldeis *L* heldois ex hedois *B* 11 phar.] iudei *B* crucifixerunt *M* 12 magdalene *W* -na *Bp.c.m2* unguenta *L* parat *om. W* 13 hortul. *L, Mp.c.* hortol. *cet.* pergit ad *om. B* 14 apostolis *B* 15 *pr.* uere *om. W* HYPTITIC (in *mg. m2* ardens) X HYPTITIC (in *mg. m2* pirgitis) *M* HYPTIC *W* PINTYIC *B* πορφυρας *g, om. L*

faciem Damasci, sanguinem uidelicet saluatoris ad sacci pae-
 nitentiam prouocantem. defecerant Sarrae muliebria et ideo 3
 Abraham ei subicitur et dicitur ad eum: omnia, quae dicit
 tibi Sarra, audi uocem eius. illi defecerant muliebria,
 5 tu numquam habuisti: sexus deoratur a uirgine, Christum
 portat in corpore, iam possidet, quod futura est. Rebecca
 pergit ad interrogandum deum et eius responsione condigna
 audit oraculum: duae gentes in utero tuo, et duo
 populi de uentre tuo diuidentur. illa duos generat
 10 dissidentes, tu unum cotidie concipis, parturis, generas, unione
 fecundum, maiestate multiplicem, trinitate concordem. Maria, 4
 soror Moysi, uictorias domini canit, (Rachel moriens parit)
 et Bethleem nostram atque Ephratam stirpe nominis sui signat
 in posteros. filiae Salphaad hereditatem inter fratres merentur
 15 accipere. Ruth et Hester et Iudith tantae gloriae sunt, ut sacris
 uoluminibus nomina indiderint. Anna prophetissa generat filium
 leuitam, prophetam, iudicem, sacro crine uenerabilem, et offert
 eum in tabernaculo dei. Thecuitis mulier regem Dauid inter-
 rogatione concludit, aenigmate docet, exemplo dei mitigat.
 20 legimus et aliam sapientem feminam, quae, cum obsideretur 5
 ciuitas et propter unum perduellem dux exercitus Ioab muros

3 *Gen. 21, 12 5 cf. I Cor. 6, 20 sec. Vulg. 8 *Gen. 25, 23
 11 cf. Ex. 15, 20 12 cf. Gen. 35, 19. Matth. 2, 18 14 cf. Num. 27,
 1—6 16 cf. I Reg. c. 1 et 2 18 cf. II Reg. 14, 1—20 20 cf. II
 Reg. 20, 16—22

2 sarrae (-e B) Xp.r.B 3 ei a(ha B)braham LB 4 sara Xp.r.B
 tu numq. hab. muliebria Ba.c. muliebria tu numq. hab. muliebria L
 5 Christum] dum W 6 corpore ex pectore M 7 dominum M eius]
 sua s 8 oracula B 9 duo L 10 cott. Xp.c.m2LM quot. s uni-
 onem X 11 fecundum in ras. m2B secundum LX maiestatem LXB
 multiplici Ba.c. trinitatem X concorde B 12 Rachel—parit
 addidi, om. codd. 13 et] add. Rachel s bethlehem B ephratam
 Wa.c. ephratam B ephratham s 14 salphaad L salphaath B 15 hester
 Wp.c. esther s 16 indiderent L -rit W profetissa X prophetes W
 17 leuitem Ba.c.m2 crine] nomine B 18 tabernaculum W tecui-
 tis W thecuites L,B (h m2) tecuites M 19 dei del. m2B 21 perd.]
 perdere uellet L; add. in sapientia sua X murus L,XMa.c. murum B

ariete quateret, locuta est ad populum in sapientia sua et tantae multitudinis periculum muliebri auctoritate sedauit. quid loquar de regina Saba, quae uenit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis et testimonio domini condemnatura est omnes uiros Israhel? Helisabet uterò prophetat et uoce. Anna, filia Fanuelis, in templo templum efficitur dei et cotidiano ieiunio caelestem inuenit panem. sequuntur mulieres saluatorem et ministrant ei de substantia sua. ille, qui de quinque panibus quinque milia hominum exceptis mulieribus et paruulis aluit, escas sanctarum mulierum non recusat accipere. 10 cum Samaritana loquitur ad puteum et saturatus conuersione credentis cibos, qui coempti fuerant, negligit. Apollo, uirum apostolicum et in lege doctissimum, Aquila et Priscilla erudiunt et instruunt eum de uia domini. si doceri a femina non fuit turpe apostolo, mihi quare turpe sit post uiros docere 15 et feminas?

2. Haec et istius modi, *σεμνοτέρα* filia, perstrinxi breuiter, ut nec te paeniteret sexus tui nec uiros suum nomen erigeret, in quorum condemnationem feminarum in scripturis sanctis uita laudatur. gaudeo et ueluti quodam tripudio effertur ani- 20 mus meus, cum in Babylone inueniuntur Danihel, Ananias, Azarias, Misahel. o quam multi sunt senes et iudices Israhel,

3 cf. III Reg. 10, 1—13 5 cf. Luc. 1, 41—45 cf. Luc. 2, 36—38
7 cf. Matth. 27, 55 etc. 8 cf. Matth. 14, 14—21 etc. 11 cf. Ioh. 4, 7—34 12 cf. Act. 18, 24—26 21 cf. Dan. 1, 6

2 tantae] ante *L* auctoritatis *L* euadit *L* 3 quae] qui *W*
4 salomonis *L* solomonis *X* et *s. l.* *B* 5 Isr.] Ierusalem *ç* helisabeth *WM* elisabeth *L*; *add.* in *W* proph.] prophete] id *ex* prophete] *m2W*
6 phanuelis *W* dei eff. *B* cott. *Xp.c.m2M* quot. *ç*
7 sequuntur *X* sequentur *L* secuntur *çet.* 8 subst. sua] facultatibus suis *B*
12 empti *M* fuerint *X* appollo *W* 14 docere *L, Xa.c.m2*
15 apostolo—sit *in mg. m2* (*in t. sit eras.*) *B* sit] *add* si (*exp. m2*) *W*
17 et *om. M* CEMNOTAT *X* EMNUTAIN *M* monita *W, om. LB*
filia *om. W* 18 *pr.* nec] ne *B* sexui tuo *W* nom. suum *ç*
erigere *W* 21 in *om. M* inuenitur *ç* daniel *LM* daniel *çet.*
annanias *L* 22 misael *B* o quam] et *W*

quos rex Babylonius frigit in sartagine sua, quam multae Susanna, quod interpretatur 'lilium', quae candore pudicitiae sponso sarta componunt et coronam spineam mutant in gloriam triumphantis! habes ibi in studio scripturarum et in sanctimonia 2
 5 mentis et corporis (magistras) Marcellam et Asellam: quarum altera te per prata uirentia et uarios diuinorum uoluminum flores ducat ad eum, qui dicit in Cantico: ego flos campi et lilium conuallium, altera, ipsa flos domini, tecum mereatur audire: ut lilium in medio spinarum, sic
 10 proxima mea in medio filiarum. et quia de floribus et liliis loqui coepimus semperque uirginitas floribus comparatur, oportunum mihi uidetur, ut ad florem Christi scribens de multis floribus disputem.

3. Quadragesimum quartum psalmum legens in titulo repperi:
 15 in finem pro his, qui commutabuntur, filiorum Core (in) intelligentiam, canticum pro dilecto. in Hebraico scriptum est: 'lamanasse al sosanim labne core meschil sir ididoth', quod nos Latine uertimus: uictori pro liliis filiorum Core, eruditionis canticum amantissimi.
 20 Symmachus more suo manifestius 'triumphum' pro 'floribus' interpretatus est. igitur 'sosanim' uel 'pro his, qui commutandi sunt' uel in 'lilia' transfertur et 'flores' et 'meschil' quoque et

1 cf. Hier. 29, 22 2 cf. Dan. 13, 2 3 cf. Matth. 27, 29 etc.
 7 Cant. 2, 1 9 *Cant. 2, 2 15 *Ps. 44, 1

1 babilonis B frigit Wp.c.m2B sua om. W 2 candorem B
 3 gloria Mp.r. 4 triumfantes L tibi M, om. LB et in sanct.]
 diuinarum W 5 magistras addidi, om. codd. ascellam Ma.r., om. W
 6 te om. M per om. W uarius WXa.c. diu. uol.] diuersarum
 (sic) odorum W 7 ducat] add. te s. l. M 9 meretur W 14 reperi B
 15 mutabuntur L chore LM 16 <in>intelligentiam Engelbrecht
 graecum textum secutus intelligentiū X intelli(e M)gen(n om. Bm2)tia cet.
 intelligentiae S intellig.—dil. in mg. m2B delicto Bm2 ebraico
 WXM 17 lammassece B al] ai B sosanim LM lamne LM
 meschi W mechil L mchil B 18 sir] add. pro B in latinum S
 uicturi L uiciri W 19 chore L, Xp.c. amantissimum X, Ba.c.m.2
 20 simachus W simmacus B 21 sosan. B sosān. W sosann. L sos-
 san. X susannem M uel] uhel M 22 alt. et om. JB meschil B

'eruditionem' et 'doctissimum' sonat; 'ididia' antiquum Salomonis
 2 est nomen, qui alio sensu 'pacificus' appellatur. quattuor
 autem psalmi, licet in posteriore titulorum parte dissentiant,
 hoc principio praenotantur: quadragesimus quartus, quinquagesimus nonus,
 sexagesimus octauus, septuagesimus nonus, e 5
 quibus duo medii inscribuntur 'Dauid', primus et nouissimus
 'filiorum Core et Asaph'. de cunctis dicere non est huius
 temporis; quem coepimus, explicemus.

4. Recte, qui in saeculorum fine mutandi sunt, de quibus
 apostolus loquitur: omnes dormiemus, sed non omnes 10
 inmutabimur, referuntur ad finem. et hoc ipsum mysterium
 lectorem praeparat ad intellegentiam spiritalem. ubi enim simplex
 et apertus est sensus, quid necesse est audientem intellegentiae
 praemoneri et dici ad eum: qui habet aures audiendi.
 2 audiat? canticum quoque canitur carissimo atque dilecto, 15
 quia propter illum ueniet sanctis promissa mutatio. quae quidem
 et in hac uita intellegi potest, quando exuimur ueteri
 homine et induimur nouo, qui renouatur in cognitionem secundum
 imaginem creatoris, et gloriam domini contemplantes in
 eandem imaginem transformamur quasi a gloria in gloriam. 20
 3 nec est tempus ullum, quo non mutetur sanctus praeteritorum
 obliuiscens et in futurum se extendens, cum interior noster
 homo renouetur de die in diem et inmutabilis deus, qui lo-

4 cf. Ps. 44, 1. 59, 1 5 cf. Ps. 68, 1. 79, 1 10 *I Cor. 15, 51
 14 Matth. 13, 9 17 cf. Eph. 4, 22—24. Col. 3, 9—10 22 cf. Rom.
 7, 22. Eph. 3, 16

1 erudicione *W* sonat] *add.* sir canticum *ς* idida *B* anti-
 cum *L* (canticum *m2*) *Xa.c.m2* solomonis *Xa.c.m2* 2 quia *ς*
 sensu *in ras.* 7—8 *lit.* *m2B* 3 posteriori *B* 5 e] et (*t exp.*) *M*,
om. X 6 scribuntur *WB* 7 chore *MB* 9 qui in *ex* quin *W*
 saec. in *B* finem *L* de *ex e m2B* 10 om̄s inmutabitur *X*
 11 mistyrium *L* ministerium *W* 12 spiritalem—intell. *in mg.* *m2B*
 14 praemoneri *in ras.* *m2B* praemonere *L* praemoueri *W* dici *ex*
 duci *B* 16 mutuatio *W* 17 exuemur *L* 18 cognitione *ς*; *add.* dei
s. l. *m2B* 19 contemplantis *Xp.c.m2M, Ba.c.m2* 20 transformatur *X*
 21 ullum *ex* illud *m2B* quo *ex* quod *m2B* qua *L* mutuetur *L*
 sanctus] *sps* (= spiritus) *M* praet.] *add.* et (*exp.*) *W* 23 deus *om. B*

quitur per prophetam: ego deus et non mutor, propter nos mutauerit faciem suam, formam serui acceperit et de Iudaea transmigrans ad Philistiim, qui interpretantur 'poculo corruentes' — inebriati enim fuerant aureo calice Babylo-
 5 nis —, primum derisus sit propter stultitiam crucis, deinde susceptus propter gloriam triumphorum. carissimus autem ille 4
 est, de quo et Esaias canit: cantabo canticum dilecto dilecti uineae meae et euangelium: hic est filius meus dilectus, in quo mihi conplacui, hunc audite, cui
 10 non unus propheta, sed omnis chorus filiorum Core nunc laudes canit. qui sint autem filii Core, id est caluariae, in quadragesimo primo psalmo competentius disputatur. et ut 5
 sciamus textum cantici titulo conuenire, mutationem de alio ad aliud discit et filia, cui praecipitur, ut antiqui parentis
 15 oblita regis se amplexibus paret. uictorem autem eum esse, qui dicit: confidite, ego uici mundum et ad quem ista adulescentis oratio est: a te uictoria et sapientia et gloria et ego tuus seruus, profecto nouit, qui domino uincente superauit et est particeps triumphorum eius et qui inmarci-
 20 scibilem gloriae coronam de candore bonorum operum et de uarietate uirtutum texuit saluatori.

5. Eructauit cor meum uerbum bonum. pro quo

1 *Mal. 3, 6 2 cf. Phil. 2, 7 4 cf. Hier. 51, 7 5 cf. I Cor. 1, 18 7 *Esai. 5, 1 8 *Matth. 17, 5 11 cf. Ps. 41, 1 14 cf. Ps. 44. 11 16 Ioh. 16, 33 17 Esdras Graecus (I) 4, 59 20 cf. I Petr. 5, 4 22 Ps. 44, 2

1 dominus *L* 2 formamque *g* accipiens *B* 3 philistim *XB*
 philisthim *L* interpretatur *W, Ba.c.m2* 4 corruentis *W*; *add.* et
 (*exp.*) *W* 6 suscepimus *B* carissimum *W* 7 et *om. g* isaias *LM*
 dilecto dilecti *scripsi* dilecto *B* dilecti *L* dilectae *WXM* 9 mihi] *add.*
 bene *L* conplacuit *Lar.B* 10 omnes *W* Core] chore *LM* cores *B*
 11 chore *L* 14 aliut *X* alium *B* discit *L* dicit *WXM* docet (*ocet*
in ras. m2) *B* et] ut *g* ut] aut *W* par. aut *W* 15 obliui-
 scatur *g* regis *B* se] sed *B* paretur *W* eum *om. L*
 17 uictoriae *M* 18 noui *B* qui] quia *Xp.c.* quid *W* qui in *L, Ba.c.m2*
 19 superatur *L* quia *Xp.c.* inmarcesc. *Mp.c.* inmarcess. *B*
 21 exuit *W* 22 eructauit *MB*

interpretatus est Symmachus: commotum est cor meum
 uerbo bono indicans ad alterius sermonem cor dicentis motum
 et spiritu sancto futura Christi sacramenta pandente
 etiam hunc in eloquium prorupisse, ut, quemadmodum ceteri
 de aduentu eius locuti sunt, et iste loqueretur. ructus autem
 proprie dicitur digestio cibi et concoctarum escarum in uen-
 tum efflatio. quomodo ergo iuxta qualitatem ciborum de sto-
 macho ructus erumpit et uel boni uel mali odoris flatus in-
 dicium est, ita interioris hominis cogitationes uerba proferunt
 et ex abundantia cordis os loquitur. iustus comedens
 replet animam suam, cumque sacris doctrinis fuerit satiatus,
 de bono cordis thesauro profert ea, quae bona sunt, et cum
 apostolo loquitur: an experimentum quaeritis eius, qui
 in me loquitur Christus? quidam ex persona patris dic-
 tum intellegi uolunt, quod ex imis uitalibus et cordis arcanis
 uerbum suum, quod in se erat semper, protulerit iuxta alte-
 rius psalmi uaticinium: ex utero ante luciferum genui
 te, et quomodo uterus non significat uterum — neque enim
 deus diuiditur in membra —, sed eandem substantiam patris
 filiique demonstrat, sic cor et uerbum, quod profertur ex corde,
 patrem ostendere et filium. et quod sequitur: dico ego opera

1 *Ps. 44, 2 9 cf. Rom. 7, 22. Eph. 3, 16 10 Matth. 12, 34.
 Luc. 6, 45 12 cf. Matth. 12, 35. Luc. 6, 45 13 II Cor. 13, 3
 17 Ps. 109, 3 21 Ps. 44, 2

1 simachus W simmacus B commotus W cor] or B 2 ad
 s. l. W motum] esse comm(m B)otum LB 3 et] est X 5 eius
 adu. B 6 degestio WM cybi ex cybo m2X non coctarum Hp.c.m2
 7 efflatio L ergo] enim s 8 et] ut W pr. uel om. s 9 in-
 teriores L hominis om. W cogitationes ex -nis m2X cogitationem
 L, Ba.c.m2 10 et om. B habundantia codd. praet. M comedens B
 11 saturatus L repletus B 12 boni LB proferet W profer B
 eā B 14 quid.—patr.] quid. ex persona xpi quidam ex persona patr. L
 personā W 15 imis] intimis in ras. m2B arcanis ex arcana m2B
 arch. LWX 16 protulit L 18 et] ut s 19 in membra diu. LB
 20 quod om. L 21 ostenderit Bp.c.m2 ostendit M alt. et s. l. m2 B,
 om. L quod ex quot m2X

mea regi, illi coaptant intellegentiae: ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt, quod dicente patre operatus sit filius; omnia, quae pater facit, eadem et filium facere similiter et patrem manentem in eo operari cuncta per 5 filium.

6. Dico ego opera mea regi. propheticus chorus Christi ecclesiae sacramenta dicturus, ne carmine uideatur indignus et ob conscientiam peccatorum dicatur ei: ut quid tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os 10 tuum?, opera sua regi, quem laudaturus est, confitetur, ut uel, si bona sunt, ipse suscipiat uel, si mala sunt, mundet; facitque, quod iussus est: dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris, et: iustus accusator sui est in principio sermonis. ἰδιώματα autem non solum Hebraicae sed et Latinae 2 15 linguae est pro syntagmatibus et scriptis 'opuscula' dicere. ergo et iste, qui laudes cantaturus est domino, carmen suum et opusculum consecrat ei et pro Musis gentilium ipsum inuocat in principio, quem laudaturus est.

7. Lingua mea calamus scribae uelociter scribentis. pro quo nos interpretati sumus: lingua mea stilus scribae uelocis. extrema pars prologi est; et cum praecedentibus iunge, quod sequitur: eructauit cor meum in laudes dei sermonem bonum et opuscula mea, quibus eum praedicaturus sum, ipsi potissimum consecraui. debeo ergo et 2

1 Ps. 32, 9. 148, 5 2 cf. Ioh. 14, 31 3 cf. Ioh. 14, 12
6 Ps. 44, 2 8 *Ps. 49, 16 12 *Esai. 43, 26 13 *Prou. 18, 17
19 Ps. 44, 2 20 *Ps. 44, 2

1 illi coa(coo B)ptant XB illico (ilico WM) aptant LWM illi aptant S
2 ipse om. M 3 omnia enim LB quaecumque L 4 et om. X
man. in eo patr. X 6 Christi] add. et LB, X in mg. m2 7 nec
Xa.r.M 9 et in mg. W 10 ut] et L, om. W 11 faciatque WXM
12 iussum B iustum W 14 IdiOMA M IOIWMA L IdEOMA X
qAIWMA (s. l. idioma) B idoma W ebraicae (-ce W) WM 15 eni-
gmatis L sintagm. (sintacm. Xp.c.m2) cet. et scriptis—iste om. W
16 caniturus M 19 mea s. l. m2B, om. W 21 pr(a)ecid. W, Xa.c.m2
22 eructauit XM 24 potentissimum L ergo om. W

linguam meam quasi stilum et calamus praeparare, ut per illam in corde auribus audientium scribat spiritus sanctus; meum est enim quasi organum praebere linguam, illius quasi per organum sonare, quae sua sunt. stilus scribit in cera, calamus uel in charta uel in membranis aut in quacumque materia, quae apta est ad scribendum. mea autem lingua in similitudinem scribae uelocis, quem notarium possumus intellegere, quodam signorum compendio breuiatum euangelii stric-
 3 tumque sermonem exarabit in tabulis cordis carnalibus. si enim lex per manum mediatoris digito dei scripta est et, quod
 10 destructum est, glorificatum est, quanto magis euangelium, quod mansurum est, per meam linguam scribetur a spiritu sancto, ut illius laudes, ad quem in Isaia dicitur: uelociter spolia detrahe, cito praedare, uelox in corde credentium sermo describat!

8. Speciosus forma prae filiis hominum. in Hebraico: decore pulchrior es filiis hominum. finito prohoemio hinc narrationis exordium est et fit apostropha ad ipsum amantissimum et dilectum et regem, cui dicentis opera consecrata sunt. quaeritur autem, quomodo pulchrior sit
 20 cunctis filiis hominum, de quo legimus in Isaia: uidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed erat species eius inhonorata et deficiens a filiis

9 cf. Prou. 3, 3. 7, 3. II Cor. 3, 3 10 cf. Ex. 31, 18 etc. 13 Esai. 8, 1 16 Ps. 44, 3 17 *Ps. 44, 3 21 *Esai. 53, 2—3

1 ut—4 sunt *part. in ras., part. in mg. m2B* ut] et *Bm2* 2 corde] *add. et L, Bm2* 3 enim est *s* quasi *om. L* 5 *pr. uel]* aut *W* *cartha WX* *carta B* *tert. in s. l. m2B, om. L* 6 est] sunt *W* 8 quaedam *W* breuitatum *M* euangelis *W* 9 exarauit *B* 10 dei dig. *W* et quod—glorif. est *in mg. m2B, om. L* 12 scribetur a *in ras. m2B* scribitur a *WM* scriptura *L* 13 ad *om. M* quem *eras. (s. l. cui m2)* *M* quam *W* isaia *La.r. hysaia B* esaia *W* 14 corda *B* 15 describat *L. Xa.c.m2* 16 ebraico *W* 17 pulchrior es *B* pulchrioris *L* 18 prohoemio *XM* prohemio *ex* proemio *W* prooemio *L* proemio (*proe in ras. m2*) *B* apostrafa *L* 19 *alt. et exp. m2X* 20 pulchrior *LB* 21 ysaia *B* esaia *W* 22 decore *W*

hominum; homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem, quia auertit faciem suam. nec statim scriptura dissonare uideatur, quia ibi ignobilitas corporis propter flagella et sputa et alapas et clauos et iniurias patibuli commemoratur, hic pulchritudo uirtutum in sacro et uenerando corpore. non quo diuinitas Christi hominibus comparata formosior sit — haec enim non habet comparationem —, sed absque passionibus crucis uniuersis pulchrior est: uirgo de uirgine, qui non ex uoluntate uiri, sed ex deo natus est. nisi enim habuisset et in uultu quiddam oculisque sidereum, numquam eum statim secuti fuissent apostoli nec, qui ad comprehendendum uenerant, corruissent. denique et in praesenti testimonio, in quo ait: homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem, reddit causas, quare ista perpessus sit: quia auertit faciem suam, id est paululum diuinitate subtracta corpus iniuriae dereliquit. quidam hunc uersiculum superioribus copulant, ut speciosus forma prae filiis hominum non ad Christum, sed ad calamum referatur.

9. Effusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in aeternum. in editione uulgata pro 'benedixit' 'unxit' legimus; sed sciendum, quod error scriptorum septuaginta translatoribus non debeat inputari, qui hoc loco cum Hebraica ueritate concordant. legentes illud: Iesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud deum et homines et in alio loco: admirabantur super uerbis gratiae eius, quae egrediebantur de ore illius, et

9 cf. Ioh. 1, 13 11 cf. Matth. 4, 18—22 etc. cf. Ioh. 18, 6
 13 *Esai. 53, 3 15 *Esai. 53, 3 17 Ps. 44, 3 19 *Ps. 44, 3
 21 cf. Ps. 44, 8 23 *Luc. 2, 52 25 *Luc. 4, 22

1 et s. l. m2B 2 quia] qui B uertit X 5 hinc (n exp.) M
 eiusdem. speciosus forma. hic d pulchritudo WdB 6 quod d 7 form.]
 fortior L firmior W 8 absque] adque X pulchrior dB 9 non
 s. l. W uiri om. B 12 compreh. eum s 13 pr. in] de (exp. m2) B
 15 sit] est L qui auertit Xp.c.m2B de diu. subtracta B 17 cum
 sup. LB 18 xpo M referat L 19 bened.] unx(cxWM)it WXM
 23 ebraica W 24 aet. et sap. s pr. et om. LWM 25 uer-
 bum B 26 illius ex illo m2B

quod in potestate habebat sermonem, intellegere possumus, quo sensu dictum sit: effusa est gratia in labiis
 2 tuis. Noe inuenit gratiam coram deo in diebus suis et Moyses et reliqui prophetarum, sed omnis gratiae multitudo in labiis saluatoris effusa est, quae in breui tempore totum in- 5
 pleuit orbem: tamquam sponsus processit de thalamo suo; a summo caelo egressio eius et occursus illius
 3 usque ad summum eius. nam et sancta Maria, quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, plena gratia salutatur et apostolus sciens praedica- 10
 tionem suam non in eloquentia saeculari, sed in uirtute dei omnes mundi superasse doctrinas ait: et sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus sapientiae uerbis, sed in ostensione spiritus et uirtutis, ut sit fides nostra non in sapientia hominum, sed in 15
 4 uirtute dei. seque ipsum reprehendens, quia dixerat: amplius autem omnibus laboraui, statim intulit: non autem ego, sed gratia dei, quae mecum est, et rursum: quia gratia eius, qui in me est, non fuit uacua. proprie autem in saluatore uerbum effusionis adiungitur, ut 20
 significet gratiae largitatem, secundum illud: effundam de spiritu meo super omnem carnem et: caritas dei
 5 effusa est in cordibus nostris. et nota, ut omnium, quae dicuntur, intellegentiam ad personam eius referas, qui adsumptus ex Maria est, quod propter gratiam labiorum in 25

1 *Luc. 4, 32 2 *Ps. 44, 3 6 *Ps. 18, 6 7 *Ps. 18, 7
 9 cf. Col. 2, 9 10 cf. Luc. 1, 28 12 *I Cor. 2, 4—5 16 *I Cor. 15, 10
 19 *I Cor. 15, 10 21 *Ioel 2, 28 22 *Rom. 5, 5

1 potestatem *L* habebit *X* 2 est *s. l. W* 3 domino *ς* 4 gratia et *W* 6 orbem et ipse *ς* thalamo *WB* 8 quia] que *B* qui *W*
 11 eloquia *B* 12 separasse *W* doctrinis *W* *pr. et om. M*
 13 mea *om. M* persuas.] *add. humanae (-ne B) B s. l. m2 ς* 16 ipsum] eum *W* quia *ex* qui *m2B* 17 intulit *WXa.c.* 20 saluatorem *WXM*
 21 gratia *W* 23 diff(eras.)effusa *W* diffusa *LB* ut] quod *ς* 24 uincuntur *M* eius *om. W* refferas *X* referat *ς* 25 adsumtus *ex*
 adsumitur *m2M* gratia aliorum *W*

aeternum benedictus esse dicatur tale quid et apostolo prae-
dicante: humiliavit se factus oboediens usque ad
mortem, mortem autem crucis. propterea deus
illum exaltauit et dedit ei nomen super omne
5 nomen. sicut enim ibi forma serui passionis iniuria est et 6
exaltatio nominisque donatio ad patrem reditus, ita hic effusio
gratiae et benedictio in sempiternum ad eum referenda est,
qui potest humiliari et crescere.

10. Accingere gladio tuo super femor tuum, po-
10 tentissime, specie tua et pulchritudine tua. in He-
braeo: accingere gladio tuo super femor, fortissime,
gloria tua et decore tuo. istum arbitror locum te optime
intelligere et accinctam Christi gladio militare. ut autem scias
semper uirginitatem gladium habere pudicitiae, per quem
15 truncat opera carnis et superat uoluptates, gentilis quoque
error deas uirgines finxit armatas. accinxit et Petrus lumbos 2
suos et ardentem lucernam habuit in manibus. quod autem
femor significet opera nuptiarum, his breuiter exemplis doce-
beris. Abraham mittens ad uxorem quaerendum filio suo Isaac
20 dicit maiori domus suae: pone manum tuam sub femore
meo et adiurabo te per dominum deum caeli, non

2 *Phil. 2, 8—9 5 cf. Phil. 2, 7 9. 11 *Ps. 44, 4—5 16 cf.
Luc. 12, 35 20 *Gen. 24, 2—3

2 semetipsum *B* 3 propterea] propter quod et (et *om.* *B*) *B*_g 4 exalt.
ill. (ill. in *mg.* *m*2) *B* donauit *LB* illi *W* sup. o. nom.
om. *M* 5 formā *W, Mar.* pass.] *om.* in *t.*, in *mg.* *m*2 in pass. *B*
et *om.* *W* 6 reditur *L* redditur *B* redit *g* haec *M* 7 bene-
dictionis *WXM* ad eum in semp. *B* 8 humiliare *M* 9 accinge *B*
gladio (o in *ras.* *m*2) *B* tuo—11 gladio in *mg.* *m*2*B* femur *MB*
10 ebreo *WM, Ba.c.* 11 tuo (o in *ras.* *m*2) *B* femor *L, Xa.c.* femur
cet.; *add.* tuum *s. l.* *m*2 *B, g* 12 te locum *g* 13 et *om.* *g* ac-
 et Bersabee, ciuitas iuramenti, regnumque Salomonis nomen
 sumit a fontibus. Rebecca inuenitur ad puteum. Rachel propter
 aquas subplantatoris osculo salutatur. Moyses filias sacerdotis 15
 Madiam aperto puteo ab iniuria uindicat. praecessor domini
 in aquis fontium iuxta Salim, quod interpretatur 'pax' siue
 6 'perfectio,' Christo populum parat. ipse saluator post baptisma
 et sanctificatas suo lauacro Iordanis aquas regnum caelorum
 incipit praedicare. primum signum ex aquis facit, Samaritana 20

1 cf. Gen. 7, 17 cf. Gen. 8, 6—11 2 cf. Matth. 3, 16 etc.
 3 cf. Ex. c. 14 6 *Ps. 73, 13—14 10 cf. Ex. 15, 23. 25 11 cf.
 Ex. 15, 27 12 cf. Gen. 21, 25 cf. Gen. 26, 14—22 13 cf. Gen. 21, 31
 cf. III Reg. c. 1 14 cf. Gen. c. 24 cf. Gen. 29, 11 15 cf. Gen. 25, 25
 cf. Ex. 2, 16—17 16 cf. Ioh. 3, 23 18 cf. Matth. 3, 13—15 etc.
 20 cf. Ioh. 2, 1—11 cf. Ioh. 4, 7—30

1 taetermino *W* 2 ita] *add. et LΣ* noae *WDB* 3 pharaho *Σ*
 4 egipto *WB* tipo *WB* 6 *alt. tu om. W* contribulasti *W* 7 tu—
 magni *om. W* 8 capita *D* magni *om. B* *pr. et om. Σ* 9 hydr.—
 faciunt] et lymphaticos faciunt hydrophobas *W* ydrofobas *L* idropofas *B*
 hydropas *D* ydropas *Σ* ὑδροφόβους *Σ* 10 lymphaticos *W* limph. *LEB*
 merra *D* mirra *W* my(u m2 *L*)rra *LΣ* mara^o (*pr. r exp.*) *B* mare *Σ*
 11 sept.] *XX W* 12 all(*l W*)ophili *codd.* 13 bersabeeae *LED* ber-
 sabee *WB*; *add. et W* salamonis *ΣW* 14 rachael *L* prope
Bp.c. 15 oculo *W* 16 madian *codd. praeter W* praecursor *Σ*
 precursor *D* 18 saluator noster *LΣ* post *s. l. m2 Σ, om. L*
 19 sanctificata *L* 20 aqua fecit *Σ*

uocatur ad puteum, sitientes inuitantur ad potum. Nicodemus
discit occulte, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto,
non intrare eum regna caelorum. quia ab aquis coeperat, finiuit
in aquis: latus percutitur lancea et baptismi atque martyrii
5 pariter sacramenta funduntur. post resurrectionem apostolos 7
mittit ad gentes, praecipit eis, ut baptizent eas in mysterio
trinitatis. paenitet facti populum Iudaeorum et statim a Petro
ad baptismum mittitur. antequam parturiant, parit Sion et
nascitur gens simul. Paulus, persecutor ecclesiae et lupus
10 rapax Benjamin, Ananiae oui submittit caput nec ante recu-
perat aspectum, quam curet baptismo caecitatem. eunuchus
Candacis reginae lectione prophetica Christi baptismati prae-
paratur; mutat contra naturam Aethiops pellem suam et
pardus uarietates suas. qui Iohannis acceperant baptismum, 8
15 quia spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizantur, ne quis
putaret e gentibus aut Iudaeis aquas sine spiritu sancto ad
salutem posse sufficere. uox domini super aquas, domi-
nus super aquas multas, dominus diluuium inha-
bitare facit. dentes eius sicut grex detonsarum,

1 cf. Ioh. 3, 5 4 cf. Ioh. 19, 34 5 cf. Matth. 28, 19 etc. 7 cf.
Act. 2, 37—41 8 cf. Esai. 66, 7—9 9 cf. Act. 9, 17—18 cf.
Gen. 49, 27 11 cf. Act. 8, 27—38 13 *Hier. 13, 23 14 cf.
Matth. 3, 11 17 Ps. 28, 3. 10 19 *Cant. 4, 2

1 sitiens inuitatur ζ potum] puteum *W* nicodemus *B* nicho-
demus *W* nicodimus *La.c.m2* nicodemo *D* nic(ch $\Sigma m2$)odimo *Lp.c.m2\S*
2 discit *Wa.r.B* dicit *cet.* et *om.* *W* sancto *om.* ζ 3 eum] *add.*
in *codd.* *praeter W* regno *Ba.c.* regnum *L\S* quia] qui *W* quod *L\S*
finit *L\S,B* (nit in *ras. m2*) finiunt *D* 4 latus] *add.* *xpi codd. praeter W*
5 mitt. apost. ζ apostolus *La.c.W* 6 gentes et ζ prae(e)cepit
L\S D eis] ei *W* eos Σ ei *W* in *om.* *B* ministerio *B*
7 populum *s. l. \Sigma, om. L* 8 baptismum ζ syon *B* 10 annanie
(*pr. n s. l.*) Σ submittit *ex* submittat *B* 11 curet (*e in ras. m2*) *B*
eunuchus *B* eunuchus *W* 12 candachis *Lar.* reginae] *add.* aeth(eth
L et B)iopum *codd. praeter W* baptismate *Ba.c.* baptismum *L, \Sigma a. c.*
13 ethiops *L* ethiops *W* etiops *B* 15 sanct. spir. *W* 16 e *W* ex
cet., om. ζ iud. ac gent. Σ aut *W* ac *cet.* aqua *B* 19 facit] *add.*
et proicit in profundum maris omnia peccata nostra *B* (*cf. p. 692, 8*)
detonsarium *D*

quae ascenderunt de lauacro, omnes gemellos ha-
 9 bentes, et infecunda non est in eis. si non est infe-
 cunda nec sterilis, omnes habent ubera lacte rorantia, quae
 cum apostolo possint dicere: filioli mei, quos iterum
 parturio, donec Christus formetur in uobis, et: lac 5
 uobis potum dedi, non escam. Micheas de gratia baptismi
 uaticinatur: ipse auertet et miserebitur nostri; de-
 merget iniquitates nostras et proiciet in profun-
 dum maris omnia peccata nostra.

7. Quomodo in lauacro omnia peccata merguntur, si una 10
 uxor supernatat? beati, quorum remissae sunt iniqui-
 tates et quorum tecta sunt peccata. beatus uir,
 cui non inputauit dominus peccatum. arbitror, quod
 possimus et nos huic aliquid cantico iungere: 'beatus, cui non
 2 inputauit dominus uxorem'. audiamus et Ezechielem, filium 15
 hominis, quomodo de eius uirtute pronuntiet, qui hominis
 futurus est filius: adsumam uos de gentibus et asper-
 gam super uos aquam mundam et mundabimini ab
 omnibus inmunditiis uestris; et dabo uobis cor
 nouum et spiritum nouum. 'ab omnibus', inquit, 'mun- 20
 dabo nos sordibus'. in 'omnibus' nihil praetermittitur. sordes
 3 emundantur: quanto magis munditiae non coinquantur? dabo

4 *Gal. 4, 19 5 I Cor. 3, 2 7 *Mich. 7, 19 11 Ps. 31, 1—2
 17 *Ezech. 36, 24—26 22 *Ezech. 36, 26

1 lauacro W habentes foetus S 2 inf.] fe(fe S)cunda S, Ba.c.
 3 sterelis LW, Sa.c. rorantiam W rotantia D 4 possint W possunt
 cet. 6 michaeas S bapt. gratia LED 8 et proiciet—nostra in
 mg. sup. S, om. L et om. W proiecit W profundo SD
 10 quomodo ergo S in om. W lauacro W mergantur Ba.c., Sa.c.
 (in mg. add. peccata m2) sic SD, La.c. 11 uxor s. l. W sunt
 om. B 13 inputabit Sp.c.m2 14 possumus S aliquid huic LS
 aliquod D beatus uir S 15 inputabit D et om. B ezechiele-
 lem S hiezechielem L in ezechiel W 16 de eius] et L 17 asper-
 gam S ad(d exp.)spa(e s.l.m2)rgam L adspe(e in ras. m2)rgam B 18 mun-
 damini La.c.B mundabo mihi W 19 et om. LS 21 praetermittitur
 (alt. i ex a) B si sordes (si s in ras. m2) B 22 quoinq. LW inq. B
 dauo D; add. uobis LED

cor nouum et spiritum nouum; in Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque praeputium, sed noua natura. unde et cantamus canticum nouum et ueteri homine deposito non ambulamus in uetustate
 5 litterae, sed in nouitate spiritus. hic est calculus nouus, cui
 nouum nomen inscribitur, quem nemo scit legere, nisi qui illum acceperit. quotquot enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus, consepulti ei per baptismum in morte, ut, quomodo
 10 surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitae ambulemus. totiens nouitatem legimus et tamen maculosum nomen uxoris non potest ulla nouitate deleri? consepulti sumus Christo in baptis-
 mate et resurreximus per fidem operationis dei, qui
 15 suscitauit eum a mortuis. cumque essemus mortui in delictis et in praeputio carnis nostrae, conuiuificauit nos cum illo donans omnia delicta, delens, quod aduersum nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis; et ipsud tulit e medio
 20 affigens illud cruci. omnia nostra cum Christo mortua
 sunt, uniuersa chirographi ueteris peccata deleta: solum nomen uiuit uxoris? dies me deficiet, si cuncta, quae ad potentiam baptismi pertinent, de scripturis sanctis uoluerō digerere et

1 *Gal. 6, 15 3 cf. Ps. 32, 3 etc. 4 cf. Rom. 7, 6 5 cf. Apoc. 2, 17 7 *Rom. 6, 3—4 13 *Col. 2, 12—14

1 enim] hoc B 3 natura W creatura cet. et om. S 4 uetere W depositum ex deposita m2W ambulemus Wp.c.m2 6 nomini B inscribitur W scribetur D scribitur cet. quem W quod cet. 7 illum W illud cet. 8 marte D mortem S ipsius Σ 9 consepulti enim Σ ei om. Σ (sumus s. l. m2) ei sumus S in bap̄tismo W mortem La.c.ΣB 11 nouitatem S uitae] u (eras.) et (exp.) nos (exp.) L toties S 13 enim sumus in x̄po in bap̄tismo W 16 alt. in om. W cumuiuificauit W 18 cirograph. B cyrograph. Σ cyrograu. W cyrofrar. L 19 ipsud W ipsum cet. tullit W e B de W 21 chirographi W cirographi B cyrograph(fL)i LΣD deleta Ba.c.m2; add. sunt S 22 me] mei La.c.D mihi ΣB deficient LΣa.c.,D 23 digerere W disserere (ss in ras. m2) Σ

natiuitatis secundae, immo in Christo primae, ponere sacramenta.

8. Antequam dictandi finem faciam — iam enim intellego me mensuram excedere epistulae —, uolo superiora capitula, in quibus futuri episcopi uita describitur, cursim exponere, ut apostolum non in unius uxoris elogio, sed in omnibus, quae praecipit, doctorem gentium suscipiamus. simul obsecro, ne quis me in sugillationem istius temporis sacerdotum scripsisse, quae scripsi, aestimet, sed in ecclesiae utilitatem. ut enim oratores et philosophi describentes, qualem uelint esse perfectum oratorem et philosophum, non faciunt iniuriam Demostheni et Platoni, sed res ipsas absque personis definiunt, sic in descriptione episcopi et in eorum expositione, quae scripta sunt, quasi speculum sacerdotii proponitur. iam in potestate et conscientia singulorum est, quales se ibi aspiciant, ut uel dolere ad deformitatem uel gaudere ad pulchritudinem possint. si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: opus, non dignitatem, laborem, non delicias: opus, per quod humilitate decreseat, non intumescat fastigio. oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse: id ipsum, quod ad Titum: si quis est sine crimine, omnes uirtutes in uno sermone comprehendit et paene rem contra naturam exigit. si enim omne peccatum, etiam in otioso uerbo, reprehensione dignum est, quis est ille, qui absque peccato, id est sine reprehensione, uersetur in mundo? sed futurus pastor

7 cf. I Tim. 2, 7 17 I Tim. 3, 1 19 I Tim. 3, 2 21 *Tit. 1, 6 23 cf. Matth. 12, 36

1 primo *L* primum *Σ* 4 mens. me *D* 5 describitur *W* 6 uxoris uirum *D* 7 praecipit *W* praecepit *cet.* doctor *Lp.r.* 8 sugillatione *D* sugillationem *B* sacerdotium *La.c.* 9 existimet *D,B* (exi in ras. m2) existimet *W* ecclesiam *Σ* 10 esse ualent *W* 11 faciant *W* demo(on *ΣW*)steni *codd.* 12 Pl. sed] plathonis et *W* ipsa *L* 15 constihentia (h eras.) *W* ut] et *W* 16 pulcr. *DB* pulchritudinem (tu *add.*) *W* 17 pr. deserat *W* 19 per] pro *L* fastigio *B* fastiio *W* fastidio *LΣD* 21 quod *W* quoque *cet.* at *W* 22 et *om. L* 23 exegit *La.c.Σ* uerbo s. l. *Σ, om. L* 25 hoc mundo *Σ*

ecclesiae talis eligitur, ad cuius comparationem recte grex
 ceteri nominentur. definiunt rhetores oratorem: 'uir bonus,
 dicendi peritus.' ante uita, sic lingua inreprehensibilis quaeritur,
 ut merito suscipiatur. perdit enim auctoritatem docendi, cuius
 5 sermo opere destruitur. unius uxoris uirum: de hoc supra 5
 diximus. nunc tantum admonemus, ut, si unius uxoris uir
 etiam ante baptismum quaeritur, cetera quoque, quae prae-
 cepta sunt, ante baptismum requiramus. neque enim competit
 uniuersa post baptismum et unum hoc mandatum intellegere
 10 ante baptismum. sobrium siue uigilantem — *νηφάλιος* quippe 6
 utrumque significat —, prudentem, ornatum, hospitalem,
 doctorem: sacerdotes, qui ministrant in templo dei, prohi-
 bentur uinum et siceram bibere, ne in crapula et ebrietate
 adgrauentur corda eorum et ut sensus officium exhibens deo
 15 uigeat semper et tenuis sit. quod autem infert 'prudentem',
 excludit eos, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam
 sacerdotum. nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra
 in uitio erunt. 'ornatum' quoque *ἐπίτασις* est prioris uerbi, id 7
 est 'inreprehensibilis'. qui uitia non habet, inreprehensibilis
 20 appellatur; qui uirtutibus pollet, ornatus est. possumus et
 aliud intellegere ex hoc uerbo iuxta illud Tullii: 'caput est
 artis decere, quod facias'. sunt enim quidam ignorantes men-
 suram suam et tantae stoliditatis ac uecordiae, ut et in motu

2 cf. Catonis sententia p. 80 Jordan 5 I Tim. 3, 2 10 I Tim.
 3, 2 12 cf. Leu. 10, 9 13 cf. Luc. 21, 34 21 cf. Cicero de or. I 132

1 comparatione *D* 2 nominantur *ex* -natur *W* ret. *DB* reth. *ΣW*
 rect. *L* uir *W* qui sit *D* qui sit uir *cet.* 3 uitam *Σar.D* 4 ut *W*
 ut doctus *cet.* perdet *W* dicendi *LΣBa.c.* 5 in opere *Σ*
 destruitur *W* 6 tantum *W* autem *cet.* hoc tantum *ς* ammon. *ΣB*
 10 seu *B* *NNΦΑΑΙΟC LΣD NNΦΑΝΙΟC B NHΦΑΑΕΙΟC W*
 14 adgrauantur *W* 15 ten. sit.] tenuisset *Σa.c.* tenuissent *W* 16 ex-
 cludet *La.c.m2DB* 17 sacerdotis *B* 18 *ΕΠΙΤΑCΙΕ Σ ENITACIC D*
 et *TITACIC B* et *ΠΤΑCΙ L ETΠΙΤΑCΙT W* est *ex* et *m2L* 19 in-
 preh. *W* inreprehensibilem *Bp.c.m2, om. D* 20 polletur natus *W*
 22 decere *ς* docere *codd.* quod *s. l. Σ, om. L* quid *W* 23 suam
s. l. Σ, om. L tantae] tanta est *WD* ante *LBa.c.* stoliditatis *La.c.Σ*
 soliditatis (ti *s. l. W*) *War.Ba.c.m2* oliditatis *Wpr.Da.c.m2*

et in incessu et in habitu et in sermone communi risum
spectantibus tribuant et quasi intellegentes, quid sit ornatus,
comant se uestibus et munditiis corporis et lautioris mensae
epulas parent, cum omnis istius modi ornatus et cultus sordibus
8 foedior sit. quod autem doctrina sacerdotibus expetatur, et ueteris 5
praecepta sunt legis et ad Titum plenius scribitur. innocens
enim et absque sermone conuersatio quantum exemplo prodest,
tantum silentio nocet; et latratu canum baculoque pastoris
luporum rabies deterrenda est. non uinolentum, non per-
cussorem: uirtutibus uitia obposuit. 10

9. Didicimus, quales esse, discamus, quales non esse debeant
sacerdotes. uinolentia scurronum est et comissatorum uenter-
que mero aestuans cito despumat in libidines. in uino luxuria,
in luxuria uoluptas, in uoluptate inpudicitia est. qui luxuriatur,
uiuens mortuus est: ergo, qui inebriatur, et mortuus et se- 15
pultus est. Noe ad unius horae ebrietatem nudat femora sua,
quae per sexcentos annos sobrietate contexerat. Loth per tem-
ulentiam nesciens libidini miscet incestum et, quem Sodoma
non uicerat, uina uicerunt. percussorem autem episcopum
ille condemnat, qui dorsum suum posuit ad flagella et male- 20
2 dictus non remaledixit. sed modestum: duobus malis unum

5 cf. Leu. 10, 10—11 cf. Tit. 1, 9 9 I Tim. 3, 3. Tit. 1, 7
13 cf. Eph. 5, 18 15 cf. I Tim. 5, 6 16 cf. Gen. 9, 21 17 cf. Gen.
9, 28—29 cf. Gen. 19, 31—38 20 cf. I Petr. 2, 23 21 I Tim. 3, 3

2 spectantibus *Bp.c.m2* expectantibus *cet.* tribuant] praebeant *g*
3 comant *W* comunt *LΣ, Bp.c.* communi *D* ornant *Ba.c.* 4 parent *W*
parant *cet.* omnis] omnes *L* hominis *Wp.c.m2* modi ornatus
om. W 5 foediores *Σ* foedior *cet.* sint *Σ* a sacerd. *codd.*
praeter W expetatur *W* ex(xs *Σ* pectatur *LΣB* expectetur *D* et
om. W 8 et *W* nam *cet.* nam et *g* latratus *Σ* que *eras. Σ*
9 luporumque *Σp.c.* deterrenda *B* 11 *pr.* esse *W* esse debeat
mus cet. non *om. D* 12 scurorum (*sic*) *W* commiss. *La.c.m2ΣWD*
commiss. *Ip.c.m2* comess. *B* 13 que] quem *W* aestuans] sta-
tuans *W* despumat *LΣD, Ba.c.m2* libidinem *LΣ* luxuria *La.c.m2W*
14 luxuria *La.c.m2* luxuriatur *LΣa.c.m2, W* 15 *pr.* et *om. W*
17 loht *W* lot *g* temolentiam *W* th(h *eras.*)emo(u *m2*)lentiam *L*
18 et *om. D* 20 suum *W, om. cet.*

obposuit bonum, ut temulentia et ira modestia refrenetur. non
 litigiosum, non auarum: nihil enim inpotentius arrogantia
 rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant et parati
 5 semper ad lites in subiectum sibi gregem tumidis sermonibus
 tonant. auaritiam in sacerdote uitandam et Samuel docet nihil
 coram populo eripuisse se cuiquam probans et apostolorum
 paupertas, qui refrigeria sumptuum a fratribus accipiebant et
 praeter uictum atque uestitum nihil se aliud nec habere nec
 uelle gloriabantur. quam ad Timotheum auaritiam, ad Titum
 10 turpis lucri cupiditatem apertissime notat. domum suam 3
 bene regentem: non ut opes augeat, non ut regias paret
 epulas, non ut caelatas patinas struat et Phasides aues lentis
 uaporibus coquat, qui ad ossa perueniant et superficiem car-
 nium non dissoluant artifici temperamento, sed ut, quod populis
 15 praedicaturus est, prius a domesticis exigat. filios habentem
 subditos cum omni castitate: ne scilicet imitentur
 filios Heli, qui in uestibulo templi cum mulieribus dormie-
 bant et religionem praedam putantes, quidquid optimum in
 hostiis erat, in suas delicias conuertebant. non neophytum, 4
 20 ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli:
 mirari satis non queo, quae hominum tanta sit caecitas de
 uxoribus ante baptismum disputare et rem in baptisate mor-

1 *I Tim. 3, 3 5 cf. I Reg. 12, 1—5 8 cf. I Tim. 6, 8 9 cf.
 I Tim. 3, 3 et Tit. 1, 7 10 *I Tim. 3, 4 15 I Tim. 3, 4 17 cf.
 I Reg. c. 2 19 I Tim. 3, 6

1 adposuit *LED* refrenentur *Σp.c B* 2 enim *W* est *cet.* inpu-
 dentius *B* 5 tonant *ex* consonant *m2B* samuhel *LΣp.c., D* 6 se
s. l. B, om. L 7 accipiebat *Σa.c.* 9 gloriabatur *Σa.c.* *alt.* ad]
 at *W* 11 opes] possessiones *B* parat *D* 12 patenas *LWp.c.m2, ΣDB*
 instruat *LΣ, Ba.c.m2* et] non ut *ς* pasides (e *ex i m2*) *W* fasides
cet. 13 coquant *W* cocat *B* superficie(-iae *L*) *LD* superficies *Σ*
 carnis *ς* 14 artificii *B* temperamento *W* temperando *L, Σa.c.* ut
s. l. Σ, om. L populo *L* 15 praedicaturus *W* praecepturus *cet.*
 16 nec *Lar.* 17 ely *B* eli *ς* dormiebat *D* 18 quicquid *ΣDB*
 19 nonne ophitum *WB* nonne ofitum *LD* nonne offitum *Σ* 20 inc. in
 iud. *W* 22 disputat *D*

tuam, immo cum Christo uiuificatam, in calumniam trahere, cum tam apertum euidentque praeceptum nemo custodiat. heri catechumenus, hodie pontifex; heri in amphitheatro, hodie in ecclesia; uespere in circo, mane in altari; dudum fautor striorum, nunc uirginum consecrator: num ignorabat apostolus 5 tergiuersationes nostras et argumentorum ineptias nesciebat? qui dixit: unius uxoris uirum, ipse mandauit inreprehensibilem, sobrium, prudentem, ornatum, hospitem, doctorem, modestum, non uinolentum, non percussorem, non litigiosum, non auarum, non neophytum. ad omnia claudimus oculos, 10 6 solas uidemus uxores. quod autem ait: ne in superbiam elatus incidat in iudicium diaboli, quis non exemplo uerum probet? ignorat momentaneus sacerdos humilitatem et mansuetudinem rusticorum, ignorat blanditias Christianas, nescit se ipse contemnere, de dignitate transfertur ad digni- 15 tatem; non ieiunauit, non fleuit, non mores suos saepe reprehendit et adsidua meditatione correxit, non substantiam pauperibus erogauit: de cathedra, quod dicitur, ad cathedram, id est de superbia ad superbiam. iudicium autem et ruina diaboli, nulli dubium, quin adrogantia sit. incidunt in eam, qui in 20

7 I Tim. 3, 2 cf. I Tim. 3, 2—6 11 *I Tim. 3, 6

1 calumniam *eras*. L calumnia W 3 cath(t B)ecuminu(i L, Sa.c.)s
 L²DB cathecūmus (cathicūminus m²) W eri B ampiteathro W
 aufiteatro B am(n L)phith(t L²)eatrum (-tro Sp.c.) L²D 4 altare La.c.
 altario s factor B histrium Bp.c.m² ystrionum Sp.c.; *uulgari
 forma* (strionum = histrium) *per contemptum usus est Hieronymus*
 5 uirginem Wa.c.m² consecratur W 6 nostras *eras*. W 7 inrepre-
 hensibilem W 10 non neophytum W nonne ofitum LDB nonne offitum Σ;
*add. m. 1: non percussorem, seq. in mg. m²: non litigiosum non auarum
 non neoffitum (del.) Σ ad haec omnia s* 11 ait s. l. Σ, *add. nonne
 offitum B superbia W* 12 iud.] laqueum B 13 uirum W igno-
 rat (at in ras. m²) B 14 ignoret La.c. 15 nesciat La.c.Σ ipse W
 ipsum cet. 16 flebit B suas W 17 meditate(-ti Σ) L²La.c. 18 ero-
 gabit La.c.m² chathedra W quod W quomodo LD quo (*eras*)
 quomodo Σ con in ras. 7 litt. (*ult. o adhuc apparet*) m²B quodam
 modo s dicitur W ducitur s chathedram W 19 ruina W ruinas
 cet. 20 quin ex qui in B quod L

puncto horae necdum discipuli iam magistri sunt. oportet
autem eum et testimonium habere bonum ab his, ⁷
qui foris sunt: quale principium, talis et clausula. qui
inreprehensibilis est, non solum a domesticis, uerum et ab
⁵ alienis consono ore laudatur. alieni et extra ecclesiam sunt
Iudaei, heretici atque gentiles. talis ergo sit pontifex Christi,
ut, qui religioni detrahunt, uitae eius detrahere non audeant.
at nunc plerosque cernimus uel fauorem populi in aurigarum
modum pretio redimere uel tanto omnium hominum odio
¹⁰ uiuere, ut non extorqueant pecunia, quod mimi inpetrant
gestibus.

10. Haec, filii Oceane, sollicito timore perquirere, haec ma-
gis ecclesiae custodire debebunt, hos in sacerdotibus eligendis
canones obseruare, non propria odia et priuatas simultates
¹⁵ carpentemque semper auctorem suum inuidiam legem Christi
interpretari. uide, quantum testimonium sit huius, quem arguunt,
bimariti, cui praeter uinculum coniugale — et hoc ante bap-
tismum — nihil aliud ab aemulis obici potest. qui praecepit non
² moechandum, ipse dixit et: non occides. si non moe-
²⁰ chamur et occidimus, transgressores legis sumus. qui totam
legem obseruauerit et offenderit in uno, fit omnium
reus. itaque, cum obposuerint nobis uxorem ante baptismum,

1 *I Tim. 3, 7 18 *Iac. 2, 11 19 cf. Iac. 2, 11 20 *Iac. 2, 10

2 et test. eum *LΣ* eum *om. B* 3 casula *Ba.c.* 4 a] ad *W*
uerum *W* sed *cet.* et *om. B* 5 hore *Σa.r.WB* et s. l. *Σ, om. L*
ecclesia *W* 7 religione *W* (*ex releg.*) *D* 8 fauore in *W* 9 morem *Σ*
10 extorqueat *W* mimi] *seq. ras. 2 litt. B* minimi *L, Wa.c.m2* minime
Wp.c.m2 11 gentibus *Σ* 12 timore] *add. non propria hodia (del.) W*
magis] magistri *Bp.c.Σ* 13 debebunt *W* debeant *cet.* has *D* 14 cano-
nice *ex canonae m2L* propria *W* iuxta propria *cet.* (*cf. supra ad*
l. 12) hodia *W* 15 carpentes (*s in ras. 4 litt.*) *Σ* suum s. l. *B,*
om. L suam *W* inuidia *ΣW* 16 test. sit *W* sit test. *cet.* 17 bima-
riti *W, Bp.c.m2* mariti *cet.* coniugalem *LD* 18 praecipit *W*
19 mech. *D* maech. *L* mec. *B* moehc. *ex* mehc. *Σ* moechamur *W*
mecaerimur (*ueri exp.*) *B* me(moe *Σp.c. mae L*)chauerimus *LΣD* 20 et
W sed *cet.* occidamus *Wa.c.m2* sumus legis *D* 21 seruauerit *LΣD*
22 obposuerit *Wa.c.*

nos ab eis omnia, quae post baptismum praecepta sunt, requiramus. praetereunt, quod non licet, et obiciunt, quod concessum est.

LXX.

AD MAGNUM, ORATOREM URBIS ROMAE. 5

1. Sebesium nostrum tuis monitis profecisse non tam epistula tua quam ipsius paenitudine didicimus. et mirum in modum plus correctus placuit, quam errans laeserat. certaerunt inter se indulgentia parentis et filii pietas, dum alter praeteritorum non meminit, alter in futurum quoque officia ¹⁰ pollicetur. unde et mutuo nobis tibi que gaudendum est, quia nos filium recepimus, tu discipulum conprobasti.

2. Quod autem quaeris in calce epistulae, cur in opusculis nostris saecularium litterarum interdum ponamus exempla et candorem ecclesiae ethnicorum sordibus polluamus, breuiter ¹⁵ responsum habeto: numquam hoc quaereres, nisi te totum

2 et] et (= etiam) B cessum W

K = *Spinaliensis* 68 s. VIII.

L = *Coloniensis* 35 s. IX.

M = *Coloniensis* 60 s. IX—X.

Φ = *Guelferbytanus* 4156 s. IX—X.

l = *Vaticanus lat.* 341 s. X—XI.

m = *Vaticanus lat.* 354 s. XI.

B = *Berolinensis lat.* 18 s. XII.

5 ad magnum oratorem urbis romae cur interdum in tractatibus suis saecularium litterarum utatur exemplis *K* ad magnum oratorem urbis rome de exemplis saecularium litterarum *l* ad magnum oratorem urbis romae *M m* ad magnum oratorem *LΦB*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in omnibus codicibus praeter K* 6 saebesium *K* seuesium *Φ* sibesium *L* libesium *B* proficisse *KLΦ* 7 penetudine *Φ* 8 correctus *l* laeserant *KΦa.r.* 10 non s. *l. m2 Φ* officio *L* 11 et *K (exp.) Mlm, om. cet.* uobis *Φ* quia et *K* 12 recipimus *KΦ* 13 epist.] *add. t K* tuae *g* 15 candore *Φ* ethnic. *La.c.B* ethnic. *la.r.* 16 habeo *Φ* quae(e *Φ*)reis *Ka.c.Φ* te] se *Φ*

Tullius possideret, si scripturas sanctas legeres, si interpretes earum omisso Uolcatio euolueres. quis enim nesciat et in Moysi ac prophetarum uoluminibus quaedam adsumpta de gentilium libris et Salomonem philosophis Tyri et proposuisse
 5 nonnulla et aliqua respondisse? unde in exordio Prouer- 2
 biorum commonet, ut intellegamus sermones prudentiae uer-
 sutiasque uerborum, parabolas et obscurum sermonem, dicta
 sapientium et enigmata, quae proprie dialecticorum et philo-
 sophorum sunt. sed et Paulus apostolus Epimenidis poetae
 10 abusus uersiculo est scribens ad Titum: Cretenses semper
 mendaces, malae bestiae, uentres pigri. cuius heroici
 hemistichium postea Callimachus usurpauit. nec mirum, si 3
 apud Latinos metrum non seruet ad uerbum expressa translatio,
 cum Homerus eadem lingua uersus in prosam uix cohaereat.
 15 in alia quoque epistula Menandri ponit senarium: corrup-
 punt mores bonos confabulationes pessimae. et
 apud Athenienses in Martis curia disputans Aratum testem
 uocat: ipsius enim et genus sumus, quod Graece dicitur:

2 *Volcatius scripsit commentarios in Ciceronis orationes, cf. Hieron. adu. Rufin. I 16* 5 cf. Prou. 1, 1—6 10 Tit. 1, 12 12 cf. Callimachus hymn. I 8 15 *I Cor. 15, 33 = Menandri fr. 218 Kock 18 Act. 17, 28 = Aratus Phaen. 5

2 eorum *L, Ba.c.m2* uolcatio *K* uulgatio *l* uulg(g ex c m2)atione Φ
 uulcatio *cet.* euolueris *K* uolueris Φ nescit *L* et s. *l. m2 K*
 3 moyse *M Φ l, mp.c.m2* moysen *B* moisen *L* ac] et in ζ adsumpta
 de *om. K* de] a *B* 4 salamonem *K* solomonem Φ phil. Tyri]
 philophistari Φ tiri *mB* tiri *K* nonn. prop. ζ 5 exord. prou.]
 exordiorum *K* 6 ut ex et *M* uersutias] uersutas *l, mBp.r.* 7 que]
 quoque *LB* 8 sapientum ζ aenigm. Φ et] ac *K* 9 epiminae-
 dis *K* 10 semper s. *l. m2B, om. L* 11 mala Φ uentris *Km, Ma.c.m2*
 eroici *L* hieroici Φ 12 emistichium Φ *lB* e(e *L*)mistic(h s. *l. M*)ium *LM*
 emisticum *m* et misticum *K* callimachus Φ calimach(c *B*)us *Ma.c.m2lmB*
 chalimachus *L* 14 omeros *Ma.c.m2* omerus *lm* in prosam *om. l*
 prosa *L* eo hereat Φ 15 alio Φ manendri Φ ponet *LB*
 16 pess.] malac(-e) *L Φ B* 17 atenienses *B* athenenses Φ athinienses *K*;
 add. et *LB* cura *l* 18 inuocat *Bp.c.m2*

- 4 τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν et est clausula uersus heroici. ac ne
parum hoc esset, ductor Christiani exercitus et orator inuictus
pro Christo causam agens etiam inscriptionem fortuitam arae
retorquet in argumentum fidei. didicerat enim a uero Dauid
extorquere de manibus hostium gladium et Goliae superbissimi 5
caput proprio mucrone truncare. legerat in Deuteronomio domini
uoce praeceptum, mulieris captiuae radendum caput, super-
cilia, omnes pilos et ungues corporis amputandos et sic eam
habendam in coniugio. quid ergo mirum, si et ego sapientiam
saecularem propter eloquii uenustatem et membrorum pulchri- 10
tudinem de ancilla atque captiua Israhelitin facere cupio, si,
quidquid in ea mortuum est idolatriae, uoluptatis, erroris,
libidinum, uel praecido uel rado et mixtus purissimo corpori
6 uernaculos ex ea genero domino sabaoth? labor meus in fami-
liam Christi proficit, stuprum in alienam auget numerum 15
conseruorum. Osee accipit uxorem filiam Debelaim, id est

3 cf. Act. 17, 23 5 cf. I Reg. 17, 51 6 cf. Deut. 21, 10—13
16 cf. Os. 1, 2—4

1 τοῦ] ΤΩΙ Β γὰρ] ΤΑΡ ΛΙ ΤΑ Κ καὶ γένος uarie corruptum
in codd. ἐσμὲν] ΕΤΜΕΝ ΛΒ ΕΝΜΕΝ m ΕΜΕΝ l ΙΜΕΝ Μ est]
es Φ eroici L hieroici (pr. i exp.) K hieronici Φ ac ex a L
hac Φ 2 parum] per uim l est Φ doctor KLB 3 agent Φ
etiam ex et m2K inscribcionem ex scribcionem m2K arae re(re
s. l. m2)torquet K are torquet L retorquet Φ arte torquet ς 4 didi-
cerit Φ uiro KΦ, L.a.c. 5 extorquere (ext in ras. m2) B destor-
quere L goliae (li in ras. m2) M goliath KΦ superbissimum
L, l.a.r. 6 capiat L proprie Φ legerat enim K 7 mu-
lieri LB 8 amputandas L 9 in om. MΦlm coniugium Ma.c.
11 captiuam Φ hisrahelitin Φ.a.c. i(hi Φ)sraheliten Mlm, Φp.c. israhe-
litē L isrlitē B istrabelitem (pr. t exp.) K israelitidem ς cupio KΦ,
add. et (in ras. m2B) cet. 12 eam K, Ba.r. ortum l ydolatriae l
idolatria L, Ba.c.m2 idololatriae ς uoluptates L, Ba.c.m2 uoluptati-
bus Φ errores L, Ba.c.m2 14 sabaot LΦ meus] mercis L
familia Φlm, Ba.c.m2 15 xpo Ma.c. aliena ex alina Φ 16 con-
seruo* (s. l. rum) Φ conseruulorum l oseae LMlm ose B accipit
KΦ accepit cet. uxorem fornicariam gomer filiam partim in mg.,
partim in ras. m2B filiam s. l. m2K debellai L debalaim l
debahalim K id est dulc. om. ς

dulcedinum, et nascitur ei de meretrice filius Iezrahel, qui uocatur 'semen dei'; Isaias nouacula acuta barbam et crura peccantium radit; Ezechiel in typo fornicantis Hierusalem tondet caesariem suam, ut, quidquid in ea absque sensu et uita est, auferatur.

3. Cyprianus, uir et eloquentia pollens et martyrio, Firmiano narrante mordetur, cur aduersus Demetrianum scribens testimoniis usus sit prophetarum et apostolorum, quae ille ficta et commenticia esse ducebat, et non potius philosophorum ac poetarum, quorum auctoritati ut ethnicus contra ire non poterat. scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius: priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius et Apollinaris fortissime responderunt. quorum Origenes octo scripsit libros, Methodius usque ad decem milia procedit uersuum, Eusebius et Apollinaris uiginti quinque et triginta uolumina condiderunt. lege eos et inuenies nos comparatione eorum inperitissimos et post tanti temporis otium uix quasi per somnum, quod pueri didicimus, recordari. Iulianus Augustus septem libros in expeditione

2 cf. Esai. 7, 20 3 cf. Ezech. 5, 1 6 cf. Lactantius diuin. inst. V 4, 3—7

1 dulcedinū (n̄ in ras. m2) B dulcedine ex -nē L zesrahel L
 2 domini K isayas l ysaias L esaias KB barbam (in mg.) et
 crura (in ras.) m2B barba Φ 3 radit] add. et s, add. in Φ
 ezechiel Φ hiezechiel (-hel m) Mlm typo Mp.c.m2lm tipo cet. ihe-
 rusalem lB tondet K, Mp.c. totondit B tondit cet. 4 caesariam K
 ut] et L 5 auferat Φ 6 pr. et] etate (add. et s. l. m2) B, om.
 MΦlm martirio LB misterio K 7 aduersum K 9 commenticiae
 (a exp., non e!) K commentacia L commentatitia Mlm ducebat KΦ
 dicebat cet. 10 ac] hac Φp.c. et l auctoritate Φ ut eras. m,
 om. l contra ire] contraria s 11 celsius Mlm porphir. B
 porfyr. m porfir. KLMl priore Φa.c. prior L 12 origenis KMΦlm
 metodius KLB; add. usque ad decem milia procedit uersuum (exp.) Φ
 eusebius exp. Φ appollin. K apollon. Ma.c. appollon. Φ 13 ori-
 genis KMΦ origines L metodius KLB 14 et om. lB apollo-
 naris Φ 15 et eras. Φ 16 comparationes B 17 uix] rex Ka.c.m2
 somnum KL somnium cet. 18 septem] semper Φ expeditionē Φ

Parthica aduersum Christum euomuit et iuxta fabulas poetarum suo se ense laceravit. si contra hunc scribere temptauero, puto, interdices mihi, ne rabidum canem philosophorum et historicorum doctrinis, id est Herculis claua, repercutiam? quamquam Nazareum nostrum et — ut ipse solebat dicere — Galileum statim in proelio senserit et mercedem linguae putidissimae conto ilia perfossus acceperit. Iosephus antiquitatem adprobans Iudaici populi duos libros scribit contra Apionem, Alexandrinum grammaticum; et tanta saecularium profert testimonia, ut mihi miraculum subeat, quomodo uir Hebraeus et ab infantia sacris litteris eruditus cunctam Graecorum bibliothecam euoluerit. quid loquar de Philone, quem uel alterum [uel secundum] uel Iudaeum Platonem critici pronuntiant?

4. Curram per singulos: Quadratus, apostolorum discipulus et Atheniensis ecclesiae pontifex, nonne Adriano principi Eleusinae sacra inuisenti librum pro nostra religione tradidit et tantae admirationi omnium fuit, ut persecutionem grauis-

1 partica *KLB* particam Φ aduersus *LB* euomuit] *add. s. l.*
m2 pessime (*eras.*) *K* et—lacer. *om. Mtm* 3 interdices *KM Φ ,ma.c.*
 rapidum *KM* et *om. LB* 4 histoic. Φ histerich. *l* sthoric. *K*
 stoicer *L* stoicorum *B* (oicorum *in ras. m2*) ζ est *om. l* erculis *LB*
 clauam Φ clauae *Ma.c.* percutiam ζ 5 nazoreum *Ba.c.* nazarenum
Mp.c. solebat (*ba in ras. m2* t *s. l. m2*) Φ soleat *l* 6 gali-
 laeum *m* gallilaeum *K* galileam Φ praelio *Φ lmB* 7 puditis-
 simae *K* putridissime (*r exp.*) *B* conto ilia] contumelia *LMlmB*
 conto milia (*m eras.*) *K* percussus Φ iosephus (*osephus in ras.*
m2) *B* iosepus Φ iosippus *L* antiquitatum *Kp.c.m2* 8 scribit *K Φ*
 scripsit *cet.* apion. *KB* appion. *cet.* 10 testimonium Φ hebraeos
KMa.c. 11 eruditū Φ iunctam *L* 12 bibliotecam *M,ma.c.* bliblio-
 tecam *B* reuoluerit *LB* phylone *l* filone *Mm* 13 alterum] ter-
 cium *K* uel secundum *seclusi praeunte Vallarsio* uel iudaeum
eras. m *alt.* uel *om. LB* iudaeo Φ critici Φ heretici *L, Ba.c.m2*
 cretici *cet.* 15 disc. apost. *K* 16 et *om. K* atheniensi *L* attre-
 niensis (*r exp.*) *B* pont. eccl. ζ adriano *ex hariano* Φ arriano *K*
 17 eleusine *Φ m* eleusina *LB* 18 tantae] ante *L* omnium (*um in*
ras. m2) *B* omnibus *L* ut] et *L* durissimam *LB*

simam illius excellens sedaret ingenium? Aristides philosophus, uir eloquentissimus, eidem principi Apologeticum pro Christianis obtulit contextum philosophorum sententiis; quem imitatus postea Iustinus, et ipse philosophus, Antonino Pio et filiis
 5 eius senatuique librum contra gentes tradidit defendens ignominiam crucis et resurrectionem Christi tota praedicans libertate. quid loquar de Melitone, Sardensi episcopo, quid de Apollinari, Hierapolitanae ecclesiae sacerdote, Dionysioque,
 2 Corinthiorum episcopo, et Tatiano et Bardesane et Irenaeo, Photini martyris successore, qui origines hereseon singularum,
 10 ex quibus philosophorum fontibus emanarint, multis uoluminibus explicarunt? Pantaenus, Stoicae sectae philosophus, ob praecipuae eruditionis gloriam a Demetrio, Alexandriae episcopo, missus est Indiam, ut Christum apud Bragmanas et illius
 15 gentis philosophos praedicaret. Clemens, Alexandrinae ecclesiae presbyter, uir meo iudicio omnium eruditissimus, octo scripsit Stromatum libros et totidem Ἰστοριῶσεων et alium contra gentes, Paedagogi quoque tria uolumina. quid in illis indoctum, immo quid non de media philosophia est? hunc imitatus Ori-

1 excedens *l* arithides *L* arithidis Φ aristiades *B* 2 apolegicum *Mm* 4 antonio *Ba.c.m.2* 5 gentiles *g* 6 totam Φ libertatem Φ 7 *pr.* quod Φ militone *M Φ lm* sardiensi *Ma.r.* *alt.* quod Φ *add.* loquar (*exp.*) *M* 8 appollinare *Mtm* ap(pp Φ)ollonari Φ , *Ba.c.m.2* apollinario *g* hieropo(o s. l. Φ)litane *L Φ* iheropolitane *B* dionisique *Ma.c.* dinisioque *Ba.c.* honisioque *L* dionisioque *cet.* 9 corint. *B* chorinth. *Ka.c.* bardesanae *KB* bardessane *L* bardasane *Mm* barnasane *l* yreneo *l* hire(e ex i Φ)neco *L Φ* hirineo *Mm* hyreneo *B* hierineo *K* 10 fotini *lB* potini *KL* origenes *B* origenis *K Φ lm* orientis *M* heresion *M Φ* herese *L* ereseon *B* sing. et *g* 11 emanarent *KL, Φ p.c.* 12 pantaen. *Mm* panthen. *L* phanten. *Kp.c.* panten. *cet.* sthoicae *K* 13 alexandrine *L* alexandrino *B* 14 est] *add.* in s. l. *K Φ* Bragmanas *scripsi coll. p. 444, 10* bragmanos *B* bracmanas *L* brachmanas Φ bracamanas *K* brachamanas *Mlm* 16 uir *om.* *Mlm* eruditissimum Φ 17 strommatum *m* strum(m ex mm)atum *M* 17 ἱστοριῶσεων *plus minusue corruptum in codd.* contra gentes] congregantes *L* 18 quod Φ 19 quod *L Φ* de media] denidia *l* dimidia ex dimedia *m2M* de *om.* *lB* est *om.* Φ imitatus est *K* imitatur Φ orientis *K Φ*

genes decem scripsit Stromateas Christianorum et philosophorum inter se sententias comparans et omnia nostrae religionis dogmata de Platonē et Aristotele, Numenio Cornutoque confirmans. scripsit et Miltiades contra gentes uolumen egregium Hippolytusque et Apollonius, Romanae urbis senator, propria opuscula condiderunt. extant et Iulii Africani libri, qui temporum scripsit historias, et Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, uiri apostolicorum signorum atque uirtutum, et Dionysii, Alexandrini episcopi, Anatolii quoque, Laodiceanae ecclesiae sacerdotis, nec non presbyterorum Pamphili, Pierii, Luciani, Malchionis, Eusebii, Caesariensis episcopi, et Eustathii Antiocheni et Athanasii Alexandrini, Eusebii quoque Emiseni et Triphyllii Cyprii et Asterii Scythopolitae ac Sarapionis confessoris, Titi quoque, Bostrensis episcopi, Cappadocumque Basilii, Gregorii, Amphiloerii: qui omnes in tantum philosophorum doctrinis

1 stromatheas *KL, B* (*alt. a eras.*) strommateas *Mm* 2 nostra *LM*
 3 aristotile *M, Bp.c.m2* aristole *Ka.c.m2* numenio *ex humenio K*
 numinio Φ numedio *B* nymenio *Mm* nemenio *l* 4 melediades *K* mili-
 tiades *cet.* hippolitus *KL\Phi* (h)ypolitus *lB* yppolitus *Mm* 5 que]
 quoque *Bar.s* qui *L* appollonius Φ *lmb* senator *L* senatores
Kp.c.m2Bp.c.\Phi cond. op. *B* 6 iuli *K, Ba.c.* affricani Φ *B*
 affricā *L* temp.—qui *om. L* 7 hystorias *m* historiam *K* ystoriam *B*
 storiam Φ teodori *ex eodori K* theodorii Φ 8 dionisii *L\Phi**m* dio-
 nisi *K* (*us add. m2*) *MB* 9 anatoli *Ba.c.m2* anatholii *Mm* anatholi
KL anotholii *l* laodiceanae Φ laodocene *l* laudicene *LB* 10 non]
add. quoque (*del.*) *B* psbitra Φ pamphili (*pam in ras. m2*) *B*
 pamphili *K* panfili *L* pamphilii Φ pampili *Mm* pieri *K, Ba.c.* pyeri *L*
 11 malchidonis *Kp.c.m2* malcyonis *L* eusebi *Ka.c.m2* cessariensis
 (*pr. s exp.*) *l* eustathii—*Alex.*] drynii *L* eustatii (-*ti M*) *Mm* eu-
 stha(*add. th s. l.*)ii *K* eustasii *l* eustachii *B* anthiocini et athanasi *in*
mg. K antioceni *B* antiochenae *l* anthiocene Φ 12 athanasi *K\Phi*
 atanasii *B* quoque] que *Ka.c.m2L* emisini Φ emesini *K* mi-
 seni *l* triphilli *l* trifilli *LMm* triphili *B* trifilii Φ trephylly *ex* trephli
m2K 13 cyprii *ex cypri m2K* ciprii *MmB, om. \Phi* asterici *B*
 scytopolite *B* scitopolitae (-*te*) *LMm* schytopholitae (*alt. h eras.*) Φ
 schitopolitae *K* ac] et *s* sarapyonis *L* saraponis *la.c.* serapionis *B*
 tyti *l* 14 botrensis *l* capadocumque *B* cappodocumque *M* capp.
 quo Φ 15 amphiloerii *Kl* an philoeis *L*

atque sententiis suos referserunt libros, ut nescias, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem saeculi an scientiam scripturarum.

5 Ueniam ad Latinos. quid Tertulliano eruditius, quid
 acutius? Apologeticus eius et contra gentes libri cunctam
 saeculi continent disciplinam. Minucius Felix, causidicus Ro-
 mani fori, in libro, cui titulus 'Octavius' est, et in altero
 contra mathematicos — si tamen inscriptio non mentitur auc-
 torem — quid gentilium litterarum dimisit intactum? septem 2
 10 libros aduersus gentes Arnobius edidit totidemque discipulus
 eius Lactantius, qui de ira quoque et de opificio dei duo
 uolumina condidit; quos si legere uolueris, dialogorum Cice-
 ronius ἐπιτομήν reperies. Victorino martyri in libris suis, licet
 desit eruditio, tamen non deest eruditionis uoluntas. Cyprianus,
 15 quod idola dii non sint, qua breuitate, qua historiarum omnium
 scientia, quo uerborum et sensuum splendore perstrinxit!
 Hilarius, meorum temporum confessor et episcopus, duodecim 3
 Quintiliani libros et stilo imitatus est et numero breuique
 libello, quem scripsit contra Dioscorum medicum, quid in
 20 litteris possit, ostendit. Iuuenus presbyter sub Constantino


1 ref(ffi)erunt *Llm, Ma.c.m2* resarciunt ζ nescis quod Φ 2 an
s. l. m2L 4 pr. quod Φ tertulliano Φm eruditus *L* 5 acutius *M*
 apologeticus *Mm* apollogeticus Φ apologetico *LB* cuncta Φ 6 con-
 tinentes *L* obtinent ζ minutius *MΦlm* mincius *La.c.* causedicus
KΦl romanus Φ 7 octavius Φ octauus *cet.* 8 mathematicos *K*
 mathematicos *B* 9 litterum *la.c.* scripturarum ζ et (*s. l. m2*) sep-
 tem *K* 10 aduersum *KΦ* 11 qui ex quo Φ *alt. de om. B* opi-
 fitio *l, B* (*pi in ras. m2*) officio Φ 12 quod *L* dialegorum *L*
 dialogo *K* dialogum *Mm* dyalogum *l* ciceronis *K, La.c.m2l* ciceronis eis
Lp.c.m2 ciceronis in eis *cet.* 13 repp(*p L*)eries ETIITOMHN (EVTW-
 MHN *B*) *LB* ἐπιτομήν plus minusue corruptum in *codd.* repe-
 ries *Ll* victorino (*u in ras. m2*) *B* martiri *LIB* marthiri *K*
 14 ciprianus *B* 15 dii *s. l. m2K* sunt *l* quam breue *L* *alt. quā L*
 16 quo] quoque *Mlm* quorum ζ splendorem *L, Ma.r.* pertrinxit *L*
 pertrinxit *K* praestrinxit *B* 17 hylarius *m* ylarius *l* temp.
 mea(*o s. l.*)rum conf. Φ meorum conf. temp. ζ duodecem *KΦ* 18 cū-
 tiliani *L* est *om. l* 19 contra *om. L* quod Φ 20 posset $\Phi, MBp.c.m2$
 ostendi *B*

historiam domini saluatoris uersibus explicauit nec pertimuit euangelii maiestatem sub metri leges mittere. de ceteris uel mortuis uel uiuentibus taceo, quorum ex scriptis suis et uires manifestae sunt et uoluntas.

6. Nec statim praua opinione fallaris, contra gentes hoc esse 5
licitum, in aliis disputationibus dissimulandum, quia omnes
paene omnium libri exceptis his, qui cum Epicuro litteras non
2 didicerunt, eruditionis doctrinaeque plenissimi sunt. quamquam
ego illud magis rear, quod dictanti uenit in mentem, non te
ignorare, quod semper doctis uiris usurpatum est, sed per te 10
mihi proponi ab alio quaestionem, qui forsitan propter amo-
rem Historiarum Sallustii Calpurnius cognomento Lanarius sit.
cui quaeso ut suadeas, ne uescentium dentibus edentulus
inuideat et oculos caprearum talpa contemnat. diues, ut
cernis, ad disputandum materia, sed iam epistolari angustia 15
finienda est.

12 cf. Sallust. hist. fragm. I 95 Maurenbr. et Hieron. apol. c. Ruf.
I 30 (XXIII 441 M) et epist. CII 3

2 legis *K* legem *L* 3 ex *KΦ*, *Ls.l.m2* in *ς*, *om. cet.* suas *Φa.c.*
4 manifestes *L* manifestatae *K* 5 opinione *l* falleris *LMlm*
esse] est *L* 6 simulandum *L* quia] qui *Φ* 7 epicurio *Ma.r.*
littere *Φ* 8 plenissimae (-me *m*) *LM,ma.c.m2* 9 illum *Mm* quod
rear *Φ* rear *Ka.c.m2* reor *LB* mente *l* 10 semper doctis
L,Ba.c. doctis semper *Φ* semper a doctis *cet.* 11 forte *ς* 12 sallusti
Ka.c.m2L salustii *MlmB* capurnius *Ma.c.* calpurnus *K* calpornius *L*
calphurnius *l* 13 cui] qui *L* aedenti ullus *L* 14 oculus *KLΦ*
15 epistolaris *Mlm* epistulariae *L* 16 est] *add.* explicit ad magnum
oratorem *K* explicit epis h̄ier ad magnum oratorem urbis romae *M*





BINDING SECT. APR 10 1980

BR
60
C6
v.54

Corpus scriptorum
ecclesiasticorum latinorum

10

CIRCULATE AS MONOGRAPH
AS MONOGRAPH

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY
